This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.


+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/


1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

928
S3215

AMOENITATES LITERARIÆ,

Quibus

VARIÆ OBSERVATIONES,

Scripta item quædam anecdota & rariora Opuſcula exhibentur.

Tomus Duodecimus.



FRANCOFURTI & LIPSIÆ,
Apud DANIEL. BARTHOLOMÆI & FILIUM.
M DCC XXX.

VIRO
SUMME VENERANDO,
AMPLISSIMO DOCTISSIMOQUE
DOMINO
M. JOANNI
GEORGIO
MERZIO
REVER. MINISTERII
EVANGELICI IN INCLUTA
IMPERIALI KAUFBYRA
ANTISTITI,
CONSISTORIALI
ITEM ATQUE
SCHOLARCHAE
PLURIMIS NOMINIBUS A LONGO
ANNORUM DECURSU PRAECLARISSIME MERITO,
SOCERO MEO PARENTIS INSTAR PIE COLENDO,

MEMOREM DEVOTUMQUE PRO TOT EXIMIIS TENERRIMI IN ME MEOSQUE AFFECTUS DOCUMENTIS ANIMUM,

ET INTEGERRIMUM, QUO VENERABILES EJUS CANOS LUBENS MERITOQUE PROSEQUOR,

CULTUM PUBLICE
TESTATURUS
PAGELLAS HASCE
CONSECRATAS CUPIO,

SIMUL-

SIMULQUE
SUPREMUM NUMEN ARDENTISSI-
MIS PRECIBUS SUPPLEX
IMPLORO,

UT EUM IN SEROS USQUE AN-
NOS SOSPITEM ET OMNIGENA
FELICITATE ACCUMU-
LATUM

IN ECCLESIAE, CUI LAUDABILI-
TER PRAEEST, EMOLUMENTUM
FAMILIAE SUAE PRAESIDIUM
AC DULCE DECUS MEUM
DENIQUE ET MEORUM
SOLATIUM SERVET.

Gener Ejus Obſer-
vantiſſimus

Jo. Georgius Schel-
hornius.

389895

Syllabus Articulorum hujus Tomi.

I. *Jacobi Zimmermanni Vindiciæ Diſſertationis de Atheismo Platonis, contra D. N. H. Gundlingium.* p. 369.

II. *Memoria M. Joannis Schmidii, Theologi Cœci.* 515.

III. *Jo. Georgii Frickii de Joanne Morono S. R. E. Cardinali, Articulisque, quibus ab Inquiſitionis officio juſſu Pauli IV. olim tanquam Lutheranismi ſuſpectus & in vinculis detentus accuſabatur, Obſervatio.* 537.

IV. *Ad Chriſtianiſſimum Galliarum Regem Humillima Supplicatio pro Impreſſorio.* 587.

V. *Hiſtoria Dialogorum Cœlii Secundi Curionis de Amplitudine beati Regni Dei.* 592.

VI. *Epiſtolæ quædam ineditæ.* 628.

VII. *Petri Cardinalis & Epiſcopi quondam Auguſtani Literæ Indulgentiarum, in Eccleſiæ Brenzianæ gratiam.* 698.

I. Ja-

I.

Joh. Jacobi Zimmermanni VINDICIAE (a) DISSERTATIONIS DE ATHEISMO PLATONIS

Contra ea, quæ Gundlingianorum part. 43. & 44. peracerbe monuit

D. Nicol. Hieron. Gundlingius,

JCtus Halenſis, & S. Reg. Maj. Boruſſ. Conſiliarius Intimus.

(a) Harum primam tantum partem jam exhibemus, alteram ſequenti Tomo reſervantes.

Celeb. Sam. Werenfelſius
Epigramm. LXII.

Ut ſentiant omnes idem
in ſingulis minutiis
fieri nequit, nec poſcitur.
Hunc ut feram, qui non poteſt,
quodcunque credo, credere,
fieri poteſt & poſcitur.

Sectio I.

ANnus eſt, & quod excurrit, ex quo *Diſſertationem* conſcripſi, de *Atheismo Platonis*; Eam *Conjunctiſſimus mihi Schelhornius*, pro ſuo erga me adfectu, nono Tomo *Amœnitatum Litterar.* inſeruit. Animus erat, ſpecimine hoc qualicunque, oſtendere, quâ ratione, veteres Atheismi poſtulatos, defenderem. Haud obſcure ſimul ſignificavi, gratiſſimum mihi fore, ſi Viri Eruditi aut publice, aut privatim monituri eſſent, quid in hoc ſpecimine deſiderarent: neque enim tam mihi ſuffenus ſum, ut exiſtumem, me ſine aliorum monitis & conſilio, *opus*, quod meditor, *Apologiam* nempe, *Virorum Illuſtrium falſo Atheismi ſuſpectorum* ritè perfe-

ctorum

ſturum & exornaturum eſſe. Ampliſſimus enim hîc ſe aperit campus. Neque enim ratiocinandum tantum eſt; ſed Veterum Syſtemata Philoſophica rite introſpicienda; attendendum non minus ad res, quam ad verba. Evolvenda veterum monumenta aliquando obſcuriſſima, & in ſummam eorum cogitata redigendâ; legendi moderni, qui non ſine cura veterum ſapientiæ Conſultorum decreta explicarunt; cavendum, ne Antiquitatis ſtudio, præjudicatis opinionibus, mala interpretatione, amore ſectæ, decipiamur; ut alia taceam. Hæc omnia magnam attentionem, indefeſſam lectionem poſtulare, nemo non videt. Nihil minus autem credidi, quam quod auxilii, & conſilii loco, aliorum iram & indignationem in me provocaturus eſſem. Animus non erat hoc ſpecimine, quenquam lædere aut ſine neceſſitate adverſarios quærere. A *litibus animus meus alieniſſimus* eſt. θείᾳ quâdam μοίρᾳ ab ipſa juventute moderati animi ſtudium amavi & adhucdum amo. Pretioſius etiam tempus eſſe exiſtimo, quam ut nihil profuturis concertationibus teratur, litium, logomachiarum, & controverſiarum, plus ſatis eſt. Verum eſt, examinavi in ſecundâ diſſertationis meæ parte, *Cl. Gundlingii rationes*

tiones, quibus probare voluit, Platonem Spinozæ ſententiæ addictum eſſe, putavi Virum doctum, & libertatis ſentiendi amantiſſimum, modeſtum cogitationum ſuarum Examen malam in partem haud interpretaturum, ſed levem hunc diſſenſum, æquo animo laturum, & ſicubi lapſus fuero, ſine acerbitate, cauſam erroris demonſtraturum. *Æquiſſimum* hoc eſſe credidi, multas ob rationes. *Problema eſt*, de quo diſputamus, *fatente Gundlingio*. Non agitur de capitibus Religionis, cum ſalute connexis; ſed quæſtione non magni momenti. Nec cœtus ſacri, nec Reipublicæ Litterariæ, nec meâ maximopere intereſt, utrum *Plato* Atheus fuerit, nec ne. Perquam inficetum autem eſſe credo, in tali quæſtione ita diſputare, ita paratragædiari, quaſi de re omnium momentiſſima ageretur. Dudum eſt, ex quo viri ſapientes, eos, qui ob levem diſſenſum in alios debacchantur, in numerum eorum, quos Galli *des Pedants* vocant, retulerunt. *Æquiſſimum* hoc eſſe putavi, quod nec famæ, nec Eruditioni *Cl. Viri* detraxerim, quod modeſtiſſime cogitata mea in medium protulerim, quod titulos, quibus quorundam aures gaudent, ſuis locis non omiſerim, paratiſſimumque tandem me eſſe demonſtraverim, meliora, ſiquidem erraſ-

erraſſem, audiendi, veritatemque ambabus, ut ajunt, manibus, ampleđendi. Sed opinio me fefellit. Examini quidem ſubjecit Diſſertationem meam; ſed ita, ut conquerendi de eo habeam juſtiſſimas cauſas. *Plena enim eſt diſſertatio ejus criminationibus, dicteriis, inconditis ſalibus. Ignorantiam, ſtuporem, ſtultitiam* exprobrat; nihil denique eorum omittit, quæ impotentiam animi, & intolerandum faſtum, ſignificare poſſent. Utrum hæc meritus ſim, utrum hæc agendi ratio *Cl. Gundlingii ætate, Eruditione, famâ* digna ſit, judicent Viri prudentes & à ſtudio partium alieni. Hactenus ego exiſtimo, nihil magis Litteras in contemtum adducere poſſe; quàm ſi illi, qui cæteros *modeſtiâ, æquitate* & *prudentiâ* ſuperare deberent, cerdones & ruſticos imitentur, qui quod *argumentis* non poſſunt, *conviciis* nituntur conſequi. Par pari non referam. *Umbraticorum Doctorum mores* mihi diſplicent quammaxime. Examinabo *ſine bile*, rationes, quas contra meam ſententiam in medium protulit; diſcutiam fundamenta, quibus ſyſtema ejus innititur, non oblivifcar eorum, quæ ad rei ſummam quidem non pertinent, quibus tamen aut ſententiam meam ſubvertere, aut in alienum ſenſum detorquere

voluit; tandem ſi quis dignus vindice nodus *in Diſſert.* 31. *Gundlingianorum* parti inſertâ, occurrit, ut ſolvam, non ſecem, operam dabo.

II. Antequam autem rem ipſam aggrediar, duo præmonenda ſunt. Prius reſpicit ea, quæ circa finem Diſſert. ſuæ monet D. Gundling. *Putat nempe is, minus rectè illos facere, qui Veteres ab impacto Atheiſmi crimine, omnibus viribus nitantur liberare; mirum eſſe, eos, qui quantum Virus in Syſtemate Veterum lateat, oſtendere allaborent, improbari, cum tamen in cæteris dogmatibus omnium confeſſione turpiter lapſi ſint; ipſum Apoſtolum Paulum dixiſſe, Sapientes inter Gentiles vanis Sophiſmatibus deluſos fuiſſe; ſe eâdem ratione, quâ plurimi Veteres defendant, Spinozam ipſum purgaturum &c.* Cum hæc non me ſolum tangant, ſed Viros me longe excellentiores doctioresque, poſſem multis teſtimoniis Cl. Virorum *Cudworthi, Clerici, Fabricii* aliorumque, uti ad invidiam à me amoliendam. Sed cum brevitati hîc ſtudendum ſit, hoc labore ſuperſedeo, futuro Operi DEO dante illa inſerturus, non quidem eo animo, ut errori aliquod pondus auctoritate aliorum addam; ſed propter illos, qui a me diſſentiunt. Dantur enim

homi-

homines adeo perverſi, qui quamprimum audiunt Virorum male audientium patrocinium ſuſcipi, maligne hoc inſtitutum interpretentur: ſunt qui exiſtimant, quo magis Veterum Philoſophorum Decreta deprimant, eo majus Religioni Chriſtianæ decus ac ornamentum accedere; ſunt denique, qui *P. Baylii*, Viri ſane ingenioſiſſimi, nimiâ admiratione abrepti, in id omnibus viribus connituntur, ut omnes fere, eosque celeberrimos, *Orientis*, *Græciæ* & *Latii Philoſophos* in cenſum Atheorum referant. Poſtremi iſti imprimis, putant, cæteros, qui hac in parte diſſentiunt, nec Veteris Philoſophiæ cognitione, nec magno judicio, aut peritiâ Syſtema aliquod examinandi, inſtructos eſſe. Ut tamen aliquâ ex parte hîc *D. Gundlingio* ſatisfaciam, breviter dicam, quâ ratione in hoc argumento verſaturus ſim.

III. Et *primò quidem non probo illos, qui omnia ex antiquis Philoſophis, Poëtis, &c. corradunt, quæ externâ quâdam verborum ſpecie rectè dicta videntur, paulo accuratius autem expenſa, aut longe alium habent ſenſum, aut manifeſtam impietatem involvunt.* Peccaverunt in eo non ſemel antiqui Patres Eccleſiæ, qui aut defectu examinis, aut ſtudio

partium, quæcunque ad opiniones ſuas tuendas facere poterant, hinc inde arripiebant. Notum quid factum ſit in Diſputationibus de Trinitate. Peccarunt etiam multi ex modernis, quos recenſere nil attinet. Juſta eſt igitur hâc in parte Virorum Doctorum querela. *Secundo* improbo eorum ſententiam, qui *ideo tantum Syſtema eorum, qui plerosque Veterum in numerum Atheorum referunt, rejiciunt, quia certis quibusdam principiis, a Theologis quibusdam receptis, contrarium videtur.* Sanè nunquam ita argumentandum eſt: hæc ſententia, ſi vera eſſet, hypotheſibus noſtris, cauſæ noſtræ adverſaretur, ergo neganda & refellenda eſt. Solidioribus fundamentis principia Religionis *Naturalis & Revelatæ* ſuperſtructa ſunt, quam ut conceſſo etiam Atheiſmo illo plerorumque Veterum Philoſophorum, in periculum adducantur. Malè ratiocinati fuerint Veteres, deliraverint, in monſtroſas prolapſi fuerint ſententias; hoc rationes immotas, quibus Religionis Chriſtianæ fundamenta, ſecundum rigidiſſimas rectæ ratiocinationis leges, probare poſſumus, minime tangit. *Tertio: Neminem tamen ſine urgente neceſſitate Atheiſmi, quo peſtilentior error non datur, poſtulandum puto; ſive antiquus ſit, ſive modernus,*

nus, ſive Gentilis, ſive Chriſtianus. Novimus enim, quæ cum hâc accuſatione mala plerumque conjuncta eſſe ſoleant, ſæpe Viri præſtantiſſimi & innocentiſſimi, dulce Patriæ ſolum, uxorem, fidiſſima amoris pignora deſerere, & in exilium, ad rogos, metalla migrare debuerunt. Non quidem antiquis illis Philoſophis hâc ratione nocere poſſunt accuſatores, ſed viventibus plerumque nocivum concitant periculum. Dantur enim eheu! litteratiſſimo hoc ſeculo multi, qui celeberrimos eosque innocentiſſimos Viros turpiſſimi erroris reos agere non verentur. *Quarto: Tum autem nullam nobis neceſſitatem veteres Atheismi poſtulandi, impoſitam eſſe credo, quando (a) totius Syſtematis nexus non patet, aut (b) patet quidem, ſed graviſſimorum & hiſtoria Philoſophica peritiſſimorum, obſtant perſpicua teſtimonia in contrarium allata, quæque longe aliam Syſtemati induunt faciem, (c) aut ubi adeſt rationum utrinque allatarum æquilibrium, (d) vel unicum teſtimonium, cæteris rei aliàs peritis, altum ſilentibus, (e) aut tandem ſi verba, quibus utuntur Veteres, adeo perplexa ſint, ut quam poteſtatem habeant, nec ipſi definiverint, nec aliunde lucem adferre poſſimus.* Ubi hæc manifeſte deprehenduntur, æquitatis leges poſtulare credo,

ut nihil temerè adſeramus. In Syſtemate *Spinozæ* hæc omnia locum non habent. Adhibuit definitiones, axiomata, propoſitiones perſpicuas, corollaria, ita ut totius Syſtematis nexum omnes, qui in alienum ſenſum ſtudio cogitata ejus pertrahere nolunt, facile perſpicere poſſint. At in examine ſententiarum, quas veteres Philoſophi in medium protulerunt, frequentiſſime ea, quæ dixi, occurrunt. Quod ſuo loco clariſſimis exemplis demonſtrabo. Addantur interim ea, quæ de hoc argumento erudite *monuit Clariſſimus & conjunctiſſimus Vir J. Brukerus Otii Vindelici parte prima.*

IV. Diffiteri ſimul nolo, multas ob rationes mihi eorum ſententiam diſplicere, qui *neglectis illis cautelis*, quas ſupra adduxi, pleroſque Veterum Philoſophorum in numerum Atheorum referunt. Nocet enim *primo bonis literis.* Dudum conqueſti ſunt Viri præſtantiſſimi, ab Adoleſcentibus quidem *Hiſtoriarum Scriptores, Poëtas, Comicos,* legi; *Philoſophos* autem plerumque negligi. Iidem tamen ſimul fatentur, nihil Scriptis *Platonis, Xenophontis, Stoicorum* in univerſum &c. excellentius apud Veteres legi. Quod ſi omnia illorum cogitata de Deo rebusque divinis, purum putum Atheiſmum invol-

involvunt, excutiendi hi libri e manibus ingenuorum Adoleſcentium; neque enim ad verba tantum, ſed ad ſenſum præcipue, attendere debent. Præſtat Græcæ & Latinæ Linguæ imperitum eſſe, quam ab ipſa Juventute Atheismi venenum imbibere. Cum *Harduinus* omnia fere veterum monumenta pauciſſimis exceptis confiɛta, & nudius demum tertius nata, adſereret; non ſine cauſa Viri docti, & inter illos *Cl. la Croze* exiſtumarunt, Jeſuitam illum, forte & alios conſortes, id agere, uti antiqua illa veterum monumenta, quæ ad Religionis Chriſtianæ confirmationem multum faciunt, e manibus Chriſtianorum excutiantur, atque ita impietas & ſuperſtitio triumphet. Abſit ut *Doctiſſimos Viros*, qui pleroſque Veterum, in Catalogum Atheorum referunt, tanti flagitii reos habeam; haud tamen exiſtimarim, prorſus vanum eſſe, metum illorum, qui putant, *elegantiorum Litterarum ſtudium* aliquid detrimenti pati. Philoſophiæ ſaltem accuratioris ſtudium, meâ opinione, non parum ſufflaminatur. *Deerunt, qui ſuadebunt, ſi ſuaſiſſe periculum ſit*, inquit Darius apud Curtium. Deerunt ſane, qui cum detrimento oculorum voluptatum, contemtu, omnibus viribus veritatis inquirendæ ſtudio vaca-

vacabunt, ſi poſt tot exantlatos labores, nullum fere aliud prœmium exſpectare poſſunt, quam ut peſtilentiſſimorum errorum accuſati, omnium invidiæ exponantur, præſertim ſi a receptis ſententiis recedant paulo longius. Accedit, quod hac ratione *divinæ rationis vis*, non parum ſine neceſſitate labefactetur. Concedo lubens, notiones de Deo rebusque divinis, Religionis Chriſtianæ luce, & experientiâ mirum in modum emendatas, & colluſtratas fuiſſe, tam debilem tamen *rationis vim* eſſe, ut omnes ferè *veteres Philoſophi*, qui acerrimo, per omnem vitam, veritatis ſtudio tenebantur, in Atheiſmum prolapſi ſint, nec elabendi rimam perſpexerint, perſuadere mihi non poſſum. *Injurium* mihi hoc videtur in *ipſum Auctorem Rationis*. Neſcio quâ ratione homines illi ἀναπολογητοι dicendi ſint, qui adhibitâ omni diligentiâ, Numen tamen dari, ab adſpectabili rerum univerſitate diſtinctum, vix ac ne vix quidem perſpicere potuerunt. Saltem conſectarium illud, quod magna eruditionis ſpecie urſit *Baylius*, rationem nempe ita eſſe comparatam, ut in divinis omnia quidem ſubvertere, nihil autem certi invenire poſſit, mirifice confirmatur. Duriſſimum præprimis mihi videtur, cum *D. Gundlingio* adſerere, omnes,

qui

qui creationem ex nihilo non ſtatuant, neceſſario ad emanationem omnium rerum ex divina eſſentiâ confugere debere. Novit ille quam pulcherrimè, quantis difficultatibus obſepta ſit, hæc ipſa doctrina, de creatione omnium rerum ex nihilo; novit P. *Baylii* conatus; haud ignorat inter ipſos Chriſtianos multos dari, qui exiſtimant, neque ex voce ברא, aut κτίζειν, neque aliis ex locis *V. & N. Teſtamenti* probari poſſe, omnia ex nihilo producta eſſe. At hi ipſi de Numinis exiſtentiâ perſuaſiſſimi ſunt. Non poſſum igitur diffiteri, me propter rationes adductas, in eorum eſſe ſententiâ, qui putant, mitius cum antiquis illis agendum eſſe: meliora tamen docentes, ut hîc, ſic in cæteris, lubens audiam.

V. *Alterum, quod notandum, hoc eſt.* D. *Gundlingius* non ſemel conqueritur, me, quid *Atheiſmi* nomine intelligerem, nullibi definiviſſe. Verum hoc eſt. Sed minime neceſſe eſſe putavi, exhibere definitionem Atheiſmi in genere. *Quæſtio eſt, utrum Plato Spinozæ ſententiæ addictus fuerit, nec ne.* Eum in finem *Spinozæ* ſententiam ad *duo revocavi capita, nimirum unicam dari ſubſtantiam, eamque DEum eſſe*: probavi autem non ſolùm, Platonem Deum a materia prorſus diſtinxiſſe,

ſtinxiſſe, ſed & nullo eandem vinculo cum Deo conjunxiſſe. Scio dari Atheos, qui a *Spinozæ* ſententia recedunt, ſed *de hoc* in præſenti diſputatione non *quærebatur*. Quæritur tantum, utrum argumenta mea ita comparata ſint, ut probent, Platonem à *Spinozæ* ſententia alienum fuiſſe. Fruſtra igitur non ſemel ingeminatur, requiri cauſam quandam externam a materia & mundo diverſam. Eum enim argumentorum meorum ſcopum eſſe, ipſa res clamat. Hoc tantùm dico, me Athei nomen illi dare non poſſe, qui perfectiſſimum Numen, idque optimum ac liberrimum agnoſcit, virtutes cæteras tanto Numine dignas extollit, Jus Deo in materiam concedit, & omni rerum Univerſitati proſpicere ait; ſimul tamen materiæ æternitatem profitetur. Aut enim dicendum eſt, omnes errores de Dei natura & virtutibus, omnem Numinis cultum ſubvertere, aut quosdam tantum. Prius plane durum eſt. Pauciſſimi mortalium mentem ad ſublimia illa perfectionum divinarum Capita contemplanda evehere poſſunt. *Cum ad illum mentis humanæ intentio, & acumen, & memoria pervenerit; quaſi abductis, & conſumptis omnibus viis, ſubſiſtit, hæret, deficit: nec eſt aliquid ulterius, quo progredi poſſit*, uti ele-

ganter

ganter loquitur Lactantius Lib. V. Sect. 7. Omnes præterea ratiocinationes noſtræ de Deo, & perfectionibus ejus, nituntur comparatione quâdam noſtrarum perfectionum cum virtutibus divinis inſtituta. Quis autem neſcit, quàm facile hac in parte errare poſſimus? Ergo illi errores circa attributa divina exitiales ſunt, qui directè impediunt, quo minus Supremum Numen venerari, & colere poſſimus. Ita v. gr. qui libertatem omnem Deo detraheret, eumque in cauſam quandam, cæco impetu agentem, transformaret, is ſine dubio attributum aliquod ſubverteret, quocum omnis Religio, & legum reverentia ſimul tolleretur. Fateor illos, qui æternitatem materiæ ſupponunt, ſententiam fovere, quæ cum virtutibus divinis per omnia rite conciliari haud poteſt; Ita tamen eam comparatam eſſe, ut omnem ſubvertat Numinis exiſtentiam, probari rite poſſe, quammaxime diffido.

VI. Putat tamen D. Gundlingius. hinc Sect. 97. ita loquitur. *Ego haud immerito cenſui, eos qui æternitatem materiæ admittunt, ac defendunt, lapſu prono & facili, in ἀθεότητα incidere. Zimmermannus contra. Ratio quæ mihi ſedet, eo redigitur, Deum ſic iri compulſum, ut vel materiam adtingat & fabricet,* *ceu*

ceu faber lignarius, opusque relinquat levi vento periturum: aut ſeſe infundat in materiam, ut in ipſo conſiſtat, & perſiſtat. Deus opus periturum fabrefaciens, non eſt DEus, quia id perfectioni ejus infinitæ repugnat; at DEus imperfectus interea non erit DEus. Quod ſi vero influat Divinitas, aut ſe ſe infundat in rem productam, DEus confundetur cum mundo; mundus erit ipſe DEus, & DEus mundus: Q. E. D. ad hæc adjicit Elegantiſſimi Ingenii Vir: *Quid Zimmermannus? loquiturne an tacet? Tacet; ac demum linguam ſolvens reſpondet contradicendo, nec ſe mihi adſentiri poſſe enuntiat.* Videat D. *Gundlingius* utrum ſequentia ſatisfaciant: & 1. quidem notari velim, me nullibi adſeruiſſe, eos, qui æternitatem materiæ tuentur, in Atheismum facile prolabi haud poſſe: hoc tantum dixi Sect. 18. p. 958. *DEum tollere omnes, qui materiæ æternitatem tuentur, licet Rectorem univerſi agnoſcant, qui rebus omnibus proſpiciat, Cl. Viro probandum incumbet.* Quæritur igitur, non utrum in *Atheismum prolabi poſſint*, ſed utrum *veri Nominis Athei ſint*, Numenque eo ipſo tollant, quia æternitatem materiæ tuentur. 2. Minimè autem id probat Dilemma allatum. De poſteriore membro, infuſione nempe Dei in materiam nihil

nihil dicam. Examinemus tantum primam partem, de qua propriè ſermo eſt. DEus, ait *Gundlingius*, compelletur, ut materiam fabricet, opusque relinquat levi vento periturum. Sed *primo* addere debuiſſet, Deum, antequam animum ad elaborandam materiam adjeciſſet, *liberum* fuiſſe; potuiſſe materiam illam æternam in confuſione relinquere, nullaque adeò, vel intrinſeca, vel extrinſeca neceſſitate, compulſum fuiſſe, ad materiam exornandam. Quod ſi jam accedant rationes, vel ex bonitate vel ſapientia Dei repetitæ, patet nullo modo dici poſſe neceſſitate quadam DEum compulſum fuiſſe ad materiam fabricandam. 2. Quod ſi DEus velit materiam æternam exornare, quæritur, *quo jure* agere poſſit in materiam æternam, & quomodo *id jus exequi poſſit.* Quod *poſterius* attinet, quæſtio huc redit: quomodo ſubſtantia intelligens, movere poſſit materiam, eamque exornare: hæc autem difficultas non minus in ſyſtemate eorum, qui æternitatem materiæ tuentur, occurrit, quam eorum, qui creationem ex Nihilo credunt. Nemo enim hactenus nexum illum, qui intercedit inter voluntatem ſubſtantiæ intelligentis, & motum materiæ, explicare potuit. Quod vero *prius* attinet,

major difficultas eſt in ſyſtemate eorum, qui materiæ æternitatem agnoſcunt. Illi enim qui DEum ex nihilo cuncta produxiſſe, adfirmant, eo ipſo adſerunt, DEum jus habere in materiam, a ſe conditam. At qui materiæ æternitatem tuetur, cauſam dare non poteſt poteſtatis hujus, quam DEus ſibi arrogat. Et hoc maxime urſerunt, non minus Veteres, *Simplicius*, *Hierocles*, *Tertullianus*, quam *Recentiores*, *Baylius*, *Jaquelot*, aliique. Producam unicum locum Hieroclis a Baylio jam aliisque allatum. Τι γαρ τι μαθων, *inquit*, ἁ μη ὑπεστησε, διαταττειν πειρᾶται παντως του της ἐυταξιας ἀυτοις ἐν τῃ ἀγεννησιᾳ της ἑαυτων Φυσεως κειμενης; το γαρ ἀγεννητως καθ᾽ ἑαυτο ὑφεστως ἐιτι προσλαβοι, παρα φυσιν προσληψεται. Το δε παρα Φύσιν διατεθηναι κακον τῳ μετατρεπομενῳ, ὡστε ἐκ ἀγαθον τῃ λεγομενῃ ὑλῃ το κοσμεισθαι, ἐιπερ ἀγεννητος ἐιη μη ἀπο χρονε μονον, ἀλλα και ἀπο τε ἀιτιε. h. e. *Quorſum enim ea, quæ non condidit, digerere conatur, cum omnino bona ordinatio in natura eorum ingenita conſiſtat. Si quid enim ingenito, ac per ſe ſubſiſtenti, addatur, præter naturam fiet. Quod autem præter naturam efficitur, vitiatur, quare dictam materiam ornari minime bonum, ſiquidem non ſolum in tempore, ſed etiam absque cauſa ingenita ſit.* Baylius eandem difficul-

ficultatem fortius adhuc urget; ipſa tamen ejus verba adferre nolumus. Patet igitur omnem difficultatem in eo ſubſiſtere, quod duorum æternorum principiorum adſertores oſtendere non poſſint, quo jure DEus rem, per ſe æternam, mutare poſſit. Sed num ideò Athei illi ſunt, qui hoc adſerunt? num negant DEum elaboraſſe materiam, quia quo jure id fecerit, explicare non poſſunt? Plato, qui æternitatem materiæ agnovit, ex *ordine univerſi, concluſit dari cauſam æternam, ſapientiſſimamque*, adſeruit DEum *ſolâ bonitate* commotum, ad materiam exornandam ſe accinxiſſe: *agnovit* igitur cauſam primam, ſapientiſſimam, optimam; *agnovit* materiam per ſe eſſe inertem, licet æternam; *agnovit* omnem adſpectabilis hujus rerum omnium univerſitatis ordinem, ſoli Numini adſcribendum. Hæc ſatis oſtendunt, æternitatem materiæ, non obſtitiſſe, quo minus & DEum agnoſceret, & virtutes excellentiſſimas eidem adſcriberet. Credimus nos DEum materiam ex nihilo feciſſe, & rectiſſime quidem. Sed quam primum oſtendere volumus, quâ ratione immenſa illa rerum ſenſibilium moles exorta fuerit, ſeu quis ſit nexus inter voluntatem entis intelligentis, licet infiniti, & ortum

 mate-

materiæ, ejusdemque exornationem, hære-
mus. Neque ideo tamen argumenta no-
ſtra pondus ſuum amittere, jure credimus.
Verbo error eſt, & quidem graviſſimus, adſe-
rere materiam eſſe æternam, Atheismus non
item. 3. Sed directè contemplemur argumen-
tum *D. Gundlingii.* Si DEus ait materiam æter-
nam fabricet, tum neceſſe eſt, ut opus peri-
turum levi vento permittat. Sed cur mun-
dus ille dicitur periturus? num *reſpectu ma-
teriæ*, ex qua conſtat, num *reſpectu voluntatis*
ejus, *qui eum mutare & perire vult?* at ma-
teria ex mente eorum, qui æternitatem ejus
tuentur perire non poteſt. In noſtro Syſte-
mate mundus in ſe ſpectatus perire poteſt,
minime autem perit, *ob voluntatem Condi-
toris. Plato* mundum itidem non *peritu-
rum* dixit ob *voluntatem* optimam Numinis.
At quomodo probabitur, Deum opus peri-
turum fabrifacientem, non eſſe DEum?
DEus manet perfectiſſimus, optimus, licet
fabricaverit mundum, qui in ſe ſpectatus
perire, & in nihilum redire poſſet. Quæ-
ritur igitur tantùm, utrum DEus, qui mate-
riam æternam fabricavit, eandem *conſervare
poſſit, ne pereat.* Sed quid obſtat ex ſenten-
tia eorum, qui DEum materiam exornare
poſſe ajunt, quo minus eandem conſervet?

Sup-

Supponit enim *Gundlingius*, DEum materiam æternam exornare poſſe, ſi hoc poteſt, eandem etiam exornatam tueri poteſt; num forte vult ejus nullam habere rationem? Sed unde hoc tandem probabit? Si *Baylii* rationes repetiiſſet aſſerendo, DEum in materiam, cui nec exiſtentiam, nec eſſentiam dediſſet, nullam habere poteſtatem, tum longe major futura fuiſſet difficultas. Sed in hoc quod adfert argumento, licet pro more μέγα πολλῆς φαντασίας in medium prolato, nulla plane eſt vis, ad probandum, eos, qui æternitatem materiæ aſſerunt, in cenſum Atheorum referendos. Non jam dicam, circa imputationem conſequentiarum, diſpiciendum, non ſolum, quid ex *nexu ſyſtematis* alicujus ſequatur, ſed & quammaxime, *quid ex ſententia ejus, qui ejusmodi ſyſtema defendit, fluat:* nec repetam etiam, quod dudum alii monuerunt, quam difficilè mens noſtra creationem ex nihilo concipere poſſit; quot Viri optimi aliàs & ſagaciſſimi crediderint, DEum ex materia quadam jam præexiſtente, mundum formaſſe; & in revelatione perſpicuè creationem è nihilo non tradi. Hæc enim ſunt notiſſima.

VII. Sed veniamus tandem ad rem ipſam. Eum in finem *primo argumenta mea, quæ in diſſertatione mea attuli, denuo repetam, eaque ulteriùs explicabo, & vindicabo. 2. Syſtema D. Gundlingii directe examinabo. 3. Quædam ad materiam hanc illuſtrandam facientia adjiciam.* Platonem, Spinozæ ſententiæ addictum non fuiſſe, ſequentibus probavi rationibus: 1. *Celebrem hunc Sapientiæ Antiſtitem Ens aliquod æternum ſapientiſſimum, quod DEum vocamus, agnoviſſe.* 2. *Eum ſolerter Numen illud a materia diſtinxiſſe.* 3. *Nullo neceſſario vinculo cum materia conjunxiſſe.* 4. *Summam libertatem & imperium in materiam Deo tribuiſſe.* 5. *Tandem providam Dei Sapientiſſimi in omnia curam profeſſum eſſe.* Repetam igitur ſingulas propoſitiones eaſdemque contra *D. Gundlingii* exceptiones vindicabo. Quum autem *Status Quæſtionis* hûc redeat: *Utrum nempe Plato duas, æternas, & per ſe ſubſiſtentes ſubſtantias, DEum nempe, Ens æternum, Sapientiſſimum, Optimum; & materiam extenſam, diviſibilem, a Deo prorſus diverſam, nullo vinculo connexam, nec ullâ ratione eſſentiæ divinæ participem, agnoverit, nec ne?* Pluribus in ea excutienda laborabo. Negat enim *D. Gundlingius materiam* in ſyſtemate Platonis ſubſtantiam eſſe.

eſſe. *Sect.* 54. *ait materia per ſe non eſt Ens, ſed accidens, neutiquam ſubſtantia. ſect.* 55. *neque enim unquam Plato materiam pro ſubſtantia venditavit, quâ nuda eſt materia, ac ſine divinitate concipitur.* Ut alia loca, in quibus idem repetit, taceam. Diligentiſſime igitur, quid de Deo, & materia *Plato* ſenſerit, diſpiciendum eſt; uti eo magis pateat, utrum materiam æque ac Deum, pro ſubſtantia *Plato* habuerit.

VIII. Velim autem *primò* ante omnia obſervari *Platonem & Platonicos, ita de natura DEI loqui, ut aperte teſtentur, DEum omnem fere mentis noſtræ captum ſuperare, & ut cum ſchola loquar omnes categorias tranſcendere.* Attuli in diſſertatione mea notiſſimum locum Platonis ex *Timæo*, in quo ſub perſona Timæi Plato ita loquitur: Τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. Non quidem negaverim Platonem ambigue, tecteque de hoc graviſſimo capite loqui aliquando, ex more Veterum, qui nondum initiatis quædam celabant; ipſam tamen *rei difficultatem*, & *impenetrabilem fere obſcuritatem*, multum etiam huc contuliſſe, nemo inficias iverit; imprimis ſi aliorum, eorundemque Philoſophiæ Platonicæ peritiſſimorum

cogitata perpenderit. Ita *Proclus* Lib. II. cap. 11. ὑμνήσωμεν αὐτὸν, οὐχ ὅτι γῆν καὶ οὐρανὸν ὑπέστησεν λέγοντες· οὐδ' αὖ ὅτι ψυχὰς καὶ ζώων ἁπάντων γενέσεις, καὶ ταῦτα μὲν γὰρ, ἀλλ' ἐπ' ἐσχάτοις. πρὸς δὲ τούτων ὡς πᾶν μὲν τὸ νοητὸν τῶν θεῶν γένος. πᾶν δὲ τὸ νοερὸν ἐγέφηνε, πάντας δὲ τοὺς ὑπὲρ τὸν κόσμον, καὶ τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ θεοὺς ἅπαντας, καὶ ὡς θεός ἐστι θεῶν ἁπάντων, καὶ ἑνὰς ἑνάδων, καὶ ὡς ἀδύνατον ἐπέκεινα τῶν πρώτων, καὶ ὡς πάσης σιγῆς ἀῤῥητότερον, καὶ ὡς πάσης ὑπάρξεως ἀγνωστότερον, ἅγιος ἐν ἁγίοις τοῖς νοητοῖς ἐναποκεκρυμμένος θεοῖς. h. e. *Laudemus illum, non dicentes ab eo cœlum & terram creata, aut animas, & animalia progenita, nam hæc quidem progenuit, ſed inter ultima. Laudemus eum, quod ante hæc omne Deorum intelligibilium, omne intellectualium genus, omnes ſupra mundum, Deos omnes in mundo creaverit; quippe qui eſt Deorum omnium DEus, Unitas unitatum, ſupra prima impoſſibilia, omni ſilentio ineffabilior, omni exiſtentia ignotior: Sanctus in Sanctis, & ipſis intelligibilibus abſconditus Diis.* *Max. Tyrius diſſert.* 38. p. 403. ſimiliter de Deo loquitur. ὁ μὲν γὰρ θεὸς ὁ τῶν ὄντων πατὴρ καὶ Δημιουργὸς ὁ πρεσβύτερος μὲν ἡλίου, πρεσβύτερος δὲ οὐρανοῦ, κρείττων δὲ χρόνου, καὶ αἰῶνος, καὶ πάσης ῥεούσης φύσεως, ἀνώνυμος νομοθέτης, καὶ ἄῤῥητος φωνῇ, καὶ ἀόρατος ὀφθαλμοῖς. h. e. *DEus enim omnium, quæ extant, Pater Conditorque, ſole antiquior, antiquior cœlo, omni tempore*

major,

major, omni ævo & quicquid in natura mutatur; Legislator ſine nomine, quem vox nulla exprimit, nulla oculorum intuetur acies. Obſervat ibidem *Doctiſſimus Daviſius*, veteres Chriſtianos in eandem conceſſiſſe ſententiam. Et confirmat hoc ingenti teſtimoniorum numero *Petavius Dogmat. Theolog. L. I.* Cap. VI. qui & *Plutarchi*, *Plotini* imprimis, perſpicua de hoc aſſerto addit verba. Hæc loca clariſſime oſtendunt, DEum ex mente *Platonis*, & ſequacium, ſubſtantiam eſſe, analogice quidem conſideratam aliquid nobiscum commune habentem, quatenus propter egeſtatem ſermonis, & rei ipſius ſublimitatem, aliter loqui non poſſumus; revera tamen, ſi verum dicere velimus, omnem mentis noſtræ capacitatem, ſuperantem; quemadmodum omnes, quicunque de natura Dei accurate meditantur, mentemque ab omnibus, quæ in nobis cum aliqua imperfectione conjuncta ſunt, abſtrahunt, facile obſervabunt. Unde meâ opinione rite inferri poteſt, Platonem non ſolum DEum pro ſubſtantia habuiſſe, ſed & omnia, quæ præter DEum exiſtunt, cum ipſo collata, ſubſtantiæ nomen, ne mereri quidem; ſequitur etiam tantum abeſſe, ut *Plato* Deum ex materia quadam ſubtili aut

ſluida conſtare dixerit, ut potius mente etiam noſtrâ & facultatibus ejus, aliquid excellentius & nobilius eſſe, adſeruerit. *In Syſtemate Spinozæ DEus ex infinitis, imperfectiſſimis, abjectiſſimis, miſerrimis, ſenſu omni deſtitutis, ſubſtantiis, componitur.* Qualis enim ratio partium, talis etiam eſt totius.

IX. Hunc autem DEum, ſupra omnia quod cogitamus evectum, *ſubſtantiam* eſſe, & quidem non *tantum fictâ quadam mentis præciſione*, ſed *diſtinctione reali*, probabimus amplius *ex vocibus*, quibus *Plato* in hac materia utitur. Attendi igitur velim ad notiſſimam illam diſtinctionem Veterum, adſerentium, *Platonem duo principia omnium rerum* Θεον και ὑλην, *ſtatuiſſe*. De tertio enim ſuo loco dicemus. Attuli eum in finem teſtimonia *Plutarchi*, *M. Tyrii*, *Diog. Laertii* aliorumque. Vox autem ἀρχη hoc in loco, nihil aliud poteſt denotare, quam principium aliquod reale, conſtitutivum, ſubſtantiam: ex duobus enim illis, Deo nempe & materia omnem adparentem rerum omnium originem derivant. Aliquando etiam αἰτιας vocabant. Sic *Plato in Timæo*, δυο αἰτιαι, το μεν ἀναγκαιον, το δε θειον. Illas autem ἀρχας ita explicant, ut non poſſimus non duo diverſa intelligere ſubjecta. *Auctor Philo-*

Philoſoph. diſtinctè de hac re loquitur. DEum vocat τὸν ποιητὴν καὶ διακοσμήσαντα τόδε τὸ πᾶν, καὶ προνοούμενον αὐτοῦ, *materiam* vero, πᾶσαν τὴν ὕλην ὑποκειμένην. Porro Θεόν adpellat Plato ἀσώματόν τε καὶ ἀνείδεον καὶ μόνοις σοφοῖς ἀνδράσι καταληπτὸν, *materiam* vero ἀσχημάτιστον καὶ ἄποιον προσλαβοῦσαν σχήματα καὶ ποιότητας. Hæc diſtinctionem aliquam *non rationis*, quod *D. Gundlingius* contendit, ſed *realem* & *eſſentialem* inferre, omnes vident, qui a partium ſtudio alieni ſunt. *Plutarchus de placit. Philoſoph.* Lib. I. cap. 2. clariſſime, quid ἀρχῶν nomine intelligendum ſit, *oſtendit.* Sumamus primum tantum exemplum, in quo vox hæc adhibetur. Θαλῆς ὁ Μιλήσιος ἀρχὴν τῶν ὄντων ἀπεφήνατο τὸ ὕδωρ. Quis autem non obſervat, vocem ἀρχὴν aliud denotare non poſſe, quam principium *conſtitutivum*, ſeu *ſubſtantiam?* Novi quidem *Ariſtotelem Lib.* 4. *Metaphyſ.* cap. 1. varias τῶν ἀρχῶν exhibere definitiones, ſed qui argumentum, de quo quæſtio eſt, rite inſpexerit, facile videbit, heic loci illam vocem alio ſenſu ſumi non poſſe. Similiter vox οὐσία, quâ uſus eſt *Plato*, & diſcipuli, cum de Deo & materia locuti ſunt, ſatis oſtendit, Platonem non minus *DEum*, quam *materiam* pro *ſubſtantia* habuiſſe. *Timæus Locrus* pag. 548. *corpus* vocat μερικὴν

οὐσίαν.

ἐσιαν. *Plutarchus* περι της ἐν Τιμαιῳ κοσμογ. p. 1014. de Platone, την ἐσιαν και ὑλην ἐξ ἡς γεγονεν, ἐ γενομενην, ἀλλ' ὑποκειμενην ἀει τῳ Δημιεργῳ εἰς διαθεσιν και ταξιν αὐτης παραχειν. i. e. *Subſtantiam & materiam, ex qua factus eſt mundus, non natam, ſed ſemper ſubjectam Opifici diſponendam & ordinandam ſe præbuiſſe.* Heîc loci ergo *materia* dicitur ἐσια, dicitur *ex ea* mundus factus, *eademque diſtinguitur à Deo.* Nulla hîc locum habet *abſtractio*, neque enim *ex accidenti totus mundus factus eſt*, ſed veri nominis *ſubſtantia.* Timæus Locrus p. 544. non ſolum *materiam* tanquam *æternam quandam ſubſtantiam conſiderat*, antequam NB. DEus ullâ ratione ſe cum ea conjungeret; ſed & *eandem materiam* tanquam *ſubjectum* aliquod, quod varias formas ſeu accidentia admittere poſſit, deſcribit. ταυταν δε ταν ὑλαν ἀϊδιον μεν ἐφα, ἐ μαν ἀκιναῖον. ἀμορφον δε καθ αὐταν, και ἀσχηματιςον, δεχομεναν δε πασαν μορφαν. i. e. *Hanc materiam ajebat eſſe æternam, non vero immobilem; & ab omni forma atque figura per ſe immunem, & liberam, quaslibet tamen formas recipientem. Diog. Laertius in Vita Platonis* p. 86. poſtquam dixiſſet την ὑλην ἀσχηματιςον & ἀπειρον fuiſſe, antequam DEus eandem in ordinem redigeret, addit τρεπεσθαι δε την ἐσιαν εἰς τετ-

ταρα

ταρα ϛοιχεια πυρ, υδωρ, αερα, γην. *Materia* igitur *ſubſtantia* eſt, alias elementa ex ea oriri non potuiſſent. *Plotinus Ennead.* I. L. VIII. Sect. 10. expreſſe & totidem verbis aſſerit *materiam* non eſſe *accidens*, *ſed ſubjectum.* ἡ δε ὑλη, inquit, ȣκ εν αλλῳ, αλλα το ὑποκειμενον και το συμβεβηκος περι αυτο. *Materia non eſt in alio, ſed eſt ſubjectum, circa quod accidens omne verſatur.* *Ennead. Secund.* Lib. IV. ab initio ait: την λεγομενην ὑλην, ait, ὑποκειμενον τι και ὑποδοχην ειδων λεγοντες ειναι, κοινον τινα τȣτον λογον περι αυτης παντες λεγυσιν, ὁσοι εις εννοιαν ἠλθον της τοιαυτης φυσεως, και μεχρι τȣτȣ την αυτην φερονται. h. e. *Omnes, qui de materia diſputant, ſi modo in notitiam ullam hujus naturæ pervenerint, communi deſcriptione eam ſubjectum quoddam, & ſuſceptaculum Specierum eſſe, aſſerunt, atque hactenus conſentire videntur.* Plura loca non adducam. Evolvatur cap. I. L. IV. Tom. 2. *Petavii Dogm. Theolog. Huet. Origen. p.* 32. *Clerici Epiſtola Critica.* Quod ſi igitur *ſtandum* eſt, *Veterum teſtimoniis*, nemo non videbit *materiam* non minus, quam *Deum* pro *ſubſtantia* haberi *Platoni*, atque adeo *merà ſuppoſitione* niti *D. Gundlingii aſſertionem*, *materiam* nimirum *accidens tantum eſſe Platoni*, ſeparatim conſideratam. Nihil addam de voce

ὑποϛασεως,

ὑποςάσεως, quâ Platonici uſi ſunt, & per quam veri nominis *ſubſtantiam* intellexerunt, cum dixerunt tres eſſe ἀρχικὰς ὑποςάσεις. Quæritur enim quid *Plato* ſenſerit, non alii. Videatur interim *Tom. 2. Lib. V. cap. 2. Petavii* & *notæ Eruditiſſimi Clerici.*

X. Hactenus ex *vocibus*, quibus *Plato veteresque* utuntur, cum de *materia* loquuntur, probavimus, materiam *ſubſtantiam* eſſe: diſpiciamus porro, quid de *proprietatibus Dei* & *materiæ* dicant; quod ſi enim *proprietates Dei* & *materiæ inter ſe prorſus diſtinctæ ſint* ex mente Platonis, neceſſario concludendum eſt, *Deum* & *materiam duas* eſſe *ſubſtantias prorſus inter ſe diverſas.* Audiamus igitur Veterum de hac re teſtimonia. In *diſſert. mea* inde a pag. 832. usque ad pag. 849. non ſolum ex ipſo Platone probavi, Deum ex mente hujus Philoſophi ab omni re corporea ſecretum eſſe, & diſtinctum; ſed & argumenta ex ordine rerum, finibusque, ad quos creaturæ factæ ſunt, eundem agnoviſſe, rerum omnium Auctorem, ſummâ & excellentiſſimâ Sapientiâ præditum eſſe. Non commemorabo jam notiſſimam illam diſtinctionem *Platonis* in τα νοητα και τα αἰσθητα, ex qua conſtat, illum *omnem materiam a re intelligibili*, ſolerter

diſtin-

diſtinxiſſe. Priora enim illi vocantur τα θεια, τα ἀληθη, παντελως, ἐιλικρινως ὀντα, ἀει ὀντα, νοητα, ἀδιαλυτα, poſteriora τα ὁμονημως ὀντα, γιγνόμενα, μη οντα, τα μεταξυ των παντελως ὀντων και μη ὀντων. Ex quibus patet *proprietates materiæ & rerum intellectualium ſecundum Platonem* eſſe *diverſiſſimas*, neque *abſtractione* tantum mentis, ſed *realiter* inter ſe *diſtinctas*. Huic inquam argumento non inhærebo, quamvis ita mihi comparatum eſſe videatur, ut nihil *D. Gundlingius* adferre poſſit, quod id ſubvertat; ſed quid de Deo, & materia ſenſerint, ſolum hac vice explicabo, unde patebit, *diſtinctionem* inter Deum & materiam eſſe *realem* quammaxime & maniſeſtiſſimam. *M. Tyrius Diſſert.* I. docturus, quâ ratione ad cognitionem Numinis pervenire poſſimus, ita loquitur pag. 11. verſ. Heinſii: *Perveniemus eo hac ratione, ut ſemper id quod magis notum eſt naturâ, biſariam dividamus: atque ex his rurſus, id quod præſtantius eſt, ſecabimus, donec ad ejus perventum ſit, de quo quæritur, eſſentiam. Alia ergo animata, alia ſine anima ſunt. Sine anima, ut lapides, ligna, & id genus alia. Animata, ut plantæ & animalia. Jam animatum præſtat ei, quod ſine anima eſt. In animato aliud vegetativum, aliud ſenſitivum eſt. Rurſus*

ſenſiti-

ſenſitivum, vegetativo eſt præſtantius. In ſenſitivo aliud rationale, aliud rationis expers eſt. Rurſus rationale id quod rationis expers eſt, antecedit. Sed & in anima rationali, quoniam tota quaſi quadam congeries (nam & nutritivum in ea, & ſenſitivum, & motivum & paſſivum) illud excellit, quod intellectivum dicitur. Sicut ergo animatum ad illud, quod anima expers eſt ſe habet, ita intellectiva anima ad totam. Unde ſequitur intellectivam præſtantiorem eſſe eâ, quæ ex omnibus conflata eſt. In utro ergo Deum, de quo agimus, ponemus? an in multiplici illa congerie? ne DEus ipſe ſiverit. Reliquum eſt ergo, ut tanquam in arce aliqua ſublimi, in principe intellectu, Deum ſtatuamus. Sed & intellectum duplicem video. Alter enim intelligere poteſt, quamvis non intelligat: alter etiam intelligit. Qui tamen nondum eſt perfectus, niſi & ſemper intelligat, & omnia, neque alias alia. Ut ille demum abſolutiſſimus futurus ſit, qui & ſemper & omnia ſimul intelligit. Hiſce adductis exemplo rem illuſtrat pag. 15. ait. *Scimus quidem pulchrum eſſe DEum, & pulchrorum omnium pulcherrimum: non tamen corpus pulchrum, ſed id unde corpori ſua pulchritudo venit. Nec pratum pulchrum, ſed id unde & prato ſua pulchritudo eſt. Denique*

quic-

quicquid in fluvio, aut in mari, quicquid in cœlo cœleſtibusque Diis pulcbrum vocamus; id omne pulcbrum tanquam ex perpetuo limpidiſſimoque fonte inde dimanat. Tantumque ſingula, aut pulcbritudinis, aut ſtabilitatis, aut diuturnitatis inter ſe habent, quantum ex eo fonte trahunt, tantumque a pulcbritudine recedunt & ad interitum ſuum tendunt, quantum ab eo abeunt. Si hæc ſufficiunt, DEum vidiſti. Si nondum, quâ tandem imagine commode exprimi poterit? addit ἐννοει γαρ μοι μητε μεγεθος, μητε χρωμα, μητε σχημα, μητε ἀλλο τι ὑλης παθος. Videmus *Maximum, Philoſophiæ Platonicæ peritiſſimum,* omnia quæcunque in *materiam* cadere poſſunt, *a Deo* removere, & per continuam quandam Entium ſcalam aſcendere, ad ſublime illud contemplationis noſtræ objectum, Deum nempe. Quis autem negabit, eum, qui omnium rerum proprietates, præcipue intellectualium, poſſidet, *eminentiſſimo gradu ſubſtantiam eſſe? diſſert.* 17. *pag.* 185. *Edit. Daviſii:* ουγαρ ἐςι θεω, καθαπερ ἀνθρωπω, της ψυχης το μεν ἀρχον, το δε ἀρχομενον. ἀλλ᾽ ἁπλων το θειον αὐτο, ὅ τι περ νους και ἐπιςημη και λογος. i. e. *Neque enim in Deo altera pars eſt quæ paret, altera quæ imperat, quod fit in homine. Eſt enim ſimpliciſſimum quid divinitas, id eſt mens, ſcientia*

ac ratio. Adde ejusdem *Maximi* integram *diſſert*. 38. *Plutarchus de placit. Phil. Lib. I. cap. 7. aſſerit*, Platonem ſtatuiſſe, *Deum* eſſe *Ens* μονοφυες, μοναδικον, ὀντως ἀγαθον, νȣν, χωριϛον ἐιδος, τȣτεϛι το ἀμιγες πασης ὕλης, μηδενι παθητῳ συμπεπλεγμενον. Innumera ſunt loca in *Plotini operibus*, quibus idem probatur. Unicum tantum producemus, ut brevitati ſtudeamus. Extat is *Ennead. VI. Lib. VII. cap.* 32. *p.* 725. quia autem prolixior eſt, latine tantum eum dabo. *Hîc jam fas eſt quærere*, inquit, *hunc in modum. Age dic anima, ubinam ille ſit, qui tam ingentem pulchritudinem creavit, qui tam excellentem progenuit vitam, qui primam fecit eſſentiam? Cernis, ô anima, ipſam in omnibus & variis ſpeciebus pulchritudinem coruſcantem? Pulchrum quidem eſt, ibi conſiſtere. Sed operæ pretium eſt animum in pulchro jam exiſtentem, undenam hæc ſint, & unde pulchra fiant, inveſtigare. Oportet ſane ipſum pulchrorum omnium Auctorem, eorum nullum penitus eſſe: alioquin ſi quid eorum ſit, pars tantum quædam erit. Igitur neque forma quædam talis eſt, neque potentia quædam. Neque rurſus eſt cunctæ, quæ ibi ſunt exiſtuntque, formæ atque potentiæ: ſed oportet ſuper omnes extare potentias atque formas. Eſt ergo principium ipſum ſpecie vacans, non ita quidem, ut indi-*

geat

geat formâ, ſed potius a quo omnis forma intellectualis exoritur. Quod enim factum eſt, ſi modo fiebat, oportuit aliquid effici: ideoque propriam accepit formam: quod autem â nullo factum eſt; nimirum neque factum eſt aliquid. Hòc igitur nullum Entium eſt, & Entia cuncta: nullum quidem, quia poſteriora hoc Entia ſunt: cuncta verò, quoniam ex ipſo naſcuntur. Cum vero facere omnia poſſit, quam in ſe habeat magnitudinem? an forſan erit immenſum? verum ſi immenſum, magnitudinem habet nullam. Magnitudo enim in rebus ſolum poſtremis habet locum. Jam vero oportet ipſum magnitudinis effectorem NB. non eſſe participem magnitudinis. Quin etiam ipſa, quæ dici ſolet eſſentiæ magnitudo, non eſt quantitas ulla. Habere procul dubio poteſt, quod poſt illud eſt, magnitudinem. Magnitudo vero illius eſt, nihil eo potentius eſſe, nihil æquari poſſe, cum illo. Quo enim ex ſuis illi æquari quis poſſit, cum nihil poſſideat idem? præterea quod dici ſolet, Deum per omnia ſecula perque univerſum ubique regnare, neque ſignificat in Deo menſuram, neque vaſtam rurſus immenſitatem: alioquin quonam pacto reliqua metiretur? neque igitur figuram ullam in eo fingere decet. Hactenus Plotinus & cum his omnibus conſpirat ſententia *Platonis.* In *Diſſertatione mea de*

Atheismo Platonis probavi ipſius Platonis verbis Numen quod cauſa eſt, omnium ſapientiſſimum, eſſe optimum, idem motum omnibus dediſſe, atque ad certos fines cuncta diſpoſuiſſe. Hæc omnia ita ſunt comparata, ut *ſubſtantiæ alicujus intellectualis proprietates clariſſime pandant.* Clarius adhuc mentem ſuam hac ipſa de re aperit *Plato in Phædone* pag. m. 31. Quæſtio eſt de natura mentis; quærit Socrates utrum ejusdem naturæ ſit mens cum corpore. Ἴωμεν, inquit, *δὴ ἐπὶ ταῦτα ἐφ᾽ ἅπερ ἐν τῷ ἔμπροσθεν λόγῳ. αὐτὴ ἡ ἐσία, ἧς λόγον δίδομεν τε εἶναι, καὶ ἐρωτῶντες καὶ ἀποκρινόμενοι, πότερον ὡσαύτως ἀεὶ ἔχει κατὰ ταῦτα, ἢ ἄλλοτ᾽ ἄλλως; αὐτὸ τὸ ἴσον αὐτὸ τὸ καλὸν αὐτὸ ἕκαςον, ὃ ἐςι τὸ ὄν, μή ποτε μεταβολὴν καὶ ἡντινῦν ἐνδέχεται, ἢ ἀεὶ αὐτῶν ἕκαςον, ὃ ἐςι μονοειδὲς ὂν αὐτὸ καθ᾽ αὑτὸ ὡσαύτως κατὰ ταῦτα ἔχει, καὶ ἐδέποτε ἐδαμῆ ἐδαμῶς, ἀλλοίωσιν ἐδεμίαν ἐνδέχεται. Ὡσαύτως ἔφη ἀναγκη ὁ Κέβης, καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἔχειν ὦ Σώκρατες.* i. e. *Redeamus jam ad illa, ad quæ in ſuperiore diſputatione receſſimus. Ipſa eſſentia, cujus interrogando reſpondendoque definitionem hoc ipſum quod eſt aſſignavimus, utrum eodem modo & ſecundum eadem ſe ſemper habet? an aliàs aliter? videlicet & ipſum æquale, ipſum pulchrum, ipſum unumquodque quod eſt Ens,*

utrum

utrum mutationem aliquam ipſa recipiunt, an ipſorum unumquodque ſemper id quod eſt uniforme exiſtens ipſum per ſe ipſum eodem modo & ſecundum eadem ſe habet, neque unquam, neque usquam, neque ullo pacto mutationem aliquam ſuſcipit? neceſſe, ô Socrates, hæc, inquit Cebes eodem modo & ſecundum eadem ſe ſemper habere. Poſtea animam omniaque intellectualia inter ea refert, quæ *ſimplicia*, quæque *eodem modo* ſemper ſe habent, corpora vero inter ea, quæ *tangi*, *videri*, *ſenſibus attingi* poſſunt. Paucis interjectis Cebes ita pergit. *Arbitror equidem, ò Socrates, quemlibet vel indocilem prorſus & pertinacem ex hac diſcurſione conceſſurum, animam per totum, ac per omne, ſimiliorem eſſe ei, quod ſemper eodem modo eſt, quam oppoſito. Quid autem corpus? alteri ſpeciei. Conſidera rurſus hoc pacto. Quamdiu in eodem ſunt anima atque corpus, hoc quidem ſervire atque ſubeſſe natura jubet; hanc vero praeſſe ac dominari. Secundum hæc rurſus utrum tibi videtur, ſimile eſſe divino, utrum mortali? An non putas divinum quidem tale eſſe naturâ, ut præſit & ducat: mortale verò ut ſubjiciatur, ac ſerviat? puto equidem. Utrì igitur horum anima eſt ſimilis? Conſtat, ô Socrates, animam quidem ſimilem eſſe divino, corpus vero mortali.*

Tandem quæ inde conſequuntur, aperit: σκοπει δη εφη, ω Κεβης, ει εκ παντων των ειρημενων ταδε ημιν ξυμβαινει. τῳ μεν θειῳ, και αθανατῳ, και νοητῳ, και μονοειδει και αδιαλυτῳ, και αει ὡσαυτως και κατα ταυτα εχοντι εαυτῳ ομοιοτατον ειναι ψυχην. τῳ δ᾽ ανθρωπινῳ και θνητῳ, και ανοητῳ, και πολυειδει, και διαλυτῳ, και μηδεποτε κατα τα αυτα εχοντι εαυτῳ ομοιοτατον αυ ειναι σωμα. i. e. *Animadverte jam, o Cebes, num hæc ex omnibus, quæ dicta ſunt, conſequantur. Videlicet ipſi divino, immortali, intelligibili, uniformi, indiſſolubili, ſemper eodem modo & ſecundum eadem ſeipſum habenti, animam eſſe ſimillimam; humano vero mortali, nec intelligibili, multiformi, diſſolubili, nunquam eodem modo ſibimet ſe habenti, ſimillimum eſſe corpus.* Alia loca Platonis adducere nolo: univerſa enim facies Philoſophiæ Platonicæ ſatis ſuperque oſtendit, τα νοητα à τοις αισθητοις prorſus eſſe diverſa: quod ſi igitur loca adducta ad rectæ ratiocinationis leges exigamus, neceſſario ex iis colligere debemus, Deum, *mentem præſtantiſſimam, ab omni materiæ labe eſſe ſecretum.* Quod ſi ab altera parte Platonis cogitata de *materia* evolvamus, patebit *proprietates corporum* ſecundum Philoſophi hujus mentem, prorſus eſſe *diverſas.* Notum eſt *Socratem* & *Platonem* in

in ſententiam *Heracliti* conceſſiſſe, adſerentis *materiam in perpetuo fluxu eſſe, inſtabilem, neque eodem ſemper modo ſe habere.* Præter allatum Platonis locum innumera adſunt hujus rei teſtimonia. Paucis tantum erimus contenti. *Laërtius Lib.* 2. *de Sententia Platonis.* αισθητον το μηδεποτε εν τῳ ποιῳ μηδε ποσῳ διαμενον, αλλα αει ρεον και μεταβαλλον, νοητον δε εξ ου μηδεν απογινεται μηδε προσγινεται. In *Timæo* non ſemel de *corpore* tanquam *re omnium imperfectiſſima* loquitur. *S. Empiricus* Lib. 3. cap. 5. p. 142. Edit. *Fabricii* idem teſtatur: παρ' ὁ και Πλατων, *inquit*, γινομενα μεν, οντα δε ουδεποτε καλει τα σωματα. Unde *& Plato vocat corpora quæ gignantur quidem, nunquam autem ſint.* Vide ibi *Cl. Fabricii notas.* Idem ex *mente Platonis* perhibet *Euſeb. præp. Ev. L. XI. cap.* 9. *p.* 523. ut jam de cæteris Platonicæ Philoſophiæ Sectatoribus nihil dicam. *(b)* Quod ſi igitur

 hæc

(*b*) Præter ea, quæ infra Sect. XV. de phraſi Platonicorum, quâ materiam aliquando inter τα ουκ οντα referunt, dicentur, confer Windetum de vita functorum ſtatu pag. 24. Ed. Crenii. dignus etiam eſt locus Cl. Alexandr. Stromat. Lib. V. p. 591. αλλα υλην υποτιθενται οι Φιλοσοφοι εν ταις αρχαις. οι τε Στωικοι, και Πλατων, και Πυθαγορας, αλλα και Αριστοτελης ὁ Περιπατητικος. ουχι δε μιαν αρχην. ιστωσαν ουν την καλουμενην υλην αποιον και ασχηματιστον λεγομενην. προς αυτην και τολμηροτερον ουδε μη ον προς του Πλατωνος ειρησθαι. i. e.

hæc in *Summam* colligamus, & quæ de *materiæ natura* & *proprietatibus* in univerſum omnes teſtantur, perpendamus, nihil aliud inde concludere licet, quam *diverſiſſimas eſſe ſubſtantias, intelligentes, & materiales*, atque adeò ex *mente Platonis* non *unicam tantum dari ſubſtantiam*, ſecus ac *Cl. Gundlingius* contendit.

XI. Antequam ulterius hanc ipſam theſin noſtram probemus, audiemus, quid contra hanc aſſertionem noſtram in medium adferat D. Gundlingius Sect. IV. *Diſtinctionem illam Platonis intelligibilis & ſenſibilis nihil aſſerit probare, inde enim nondum ſequi, Deum Platonem cum materia non confudiſſe; obſervandum intelligentiam dari in omnibus rebus, & natura naturata: diſtinctionem in ſola ratione occurrere.* Sed *hâc diſtinctione* nolui probare, Platonem Deum cum materia non confudiſſe, ſed hoc tantùm, Platonem accuratè τα νοητα, à τοις αἰσθητοις *diſtinxiſſe, atque diverſis illis adpellationibus duas inter ſe diſtinctiſſimas ſubſtantias denotare voluiſſe.*

Materiam ponunt Philoſophi & Stoici & Pythagoras, quin etiam Ariſtoteles Peripateticus; *non autem unum principium. Sciunt ergo eam, quæ vocatur, materiam, quæ ab ipſis dicitur expers qualitatis & figuræ, audacius quoque à Platone dictam eſſe, id quod non eſt.*

buiſſe. Hoc cum ex ipſis vocibus ὀσιας, ἀρχων, proprietatibus item oſtendi poſſit, ſequitur neceſſario, duo illa ſubſtantiarum genera ex mente Platonis diſtincta eſſe. Diſtinctio illa *naturæ naturantis*, & *naturæ naturatæ*, quam *D. Gundlingius* inculcat, nititur ſenſu *Spinozæ*, qua uſus eſt. Cum autem materia in ſyſtemate hujus Viri, pars ſit ad Eſſentiam Dei pertinens, & præciſione mentis tantum a Deo ſeparata, aliunde probandum eſt, Platonem materiam eo ſenſu a Deo diſtinxiſſe. Utrum autem Plato cum Spinoza omnia in unam maſſam, ſeu ſubſtantiam confuderit, infra diſpiciemus. *Sect. CII. D. Gundlingius* probare vult, *Deum Platonis ex ignea conſtare ſubſtantiâ*, provocat ad *Juſtinum M. Laërtium, fragmentum Attici apud Euſebium*, & *Eruditum Gallum*. Examinemus ſingula. *Juſtini M.* locus extat *cohort. ad Gentes*. p. m. 6. in quo *B. Martyr* ita ait: Πλατων μεν γαρ, ὡς ἀνωθεν κατεληλυθως, και τα ἐν ὀρανοις ἁπαντα ἀκριβως μεμαθηκως και ἑωρακως τον ἀνωτατω θεον ἐν τῃ πυρωδει ὀσιᾳ εἰναι λεγει. i. e. *Etenim Plato, perinde ac ſi cælitus deſcenderit, atque ea quæ ſurſum ſunt, accurate didicerit, ac perviderit omnia, ſummum Deum in ignea eſſentia eſſe dicit. Sed aliud meâ opinione eſt, dicere, DEum eſſe*

 ſeu

ſeu habitare in ignea ſubſtantia, aliud Deum conſtare ex igne. Prius, non *poſterius* dixit *Juſtinus*. Hinc idem pag. ſq. aſſerit, Platonem *tria principia* adſtruxiſſe, *Deum nempe, materiam & ideam.* DEum interim in ignea quadam habitare ſubſtantia, crediderunt quidam Orientalium. S. Scriptura ait, Deum habitare in luce inacceſſibili. 1. Timoth. 6. v. 16. ad quem locum conferatur *Vitringa Obſ. Sacrar. L. V. cap.* 16. *p.* 216. *Spanhem. ad Callimach. p.* 612. Si *Jamblicho* credimus, *Ægyptii & Chaldæi* (verba ſunt *Viri Summi Joh. Clerici* in notis ad Exod. cap. 3. v. 2.) *inter alias ſpecies, ſub quibus humanâ præſtantiores naturæ ſe ſe hominibus conſpiciendas præbent, igneam eſſe & variæ flammæ diſcrimina pro naturæ ſub ea latentis præſtantia obſervarant. Sic ille inter alia ſect.* 11. *cap.* 4. *de Myſteriis*: το μεν των Θεων πυρ ἀτομον, αφθεγκτον ἐκλαμπει, και πληροι τα ὁλα βαθη τȣ κοσμȣ, το δε των Ἀρχαγγελων ἀμεριςον μεν, ἐχον δε περι ἑαυτο, ἠ προ ἑαυτȣ προπομπευον, ἠ μετ' ἑαυτο συνεπομενον πολυ πληθος θεωρειται. Το των Ἀγγελων διηρημενον πυρ, πλην ἐν ταις γε τελειοταταις ἰδεαις διαφαινεται. i. e. *Deorum ignis individuus ineffabilisque emicat, impletque totum cæli profundum. Archangelorum verò ignis etiam individuus, habens circa ſe,*

aut

aut ante ſe praeuntem, vel poſt ſe ſequentem magnam multitudinem cernitur. At angelorum ignis diviſus eſt, attamen in perfectiſſima ſpecie adparet. Nimirum Veteres contemplatione ſolis & aſtrorum in admirationem rapti, credebant nihil his excellentius eſſe; probabile igitur eſſe, Deum ejusmodi ſplendidiſſimâ *luce*, tanquam *vehiculo* quodam ornatum. Forte etiam putabant, nullas eſſe ſubſtantias, ab omni prorſus vehiculo corporeo liberas, quæ modernorum etiam quorundam ſententia eſt. Ita nuper demum *Eruditiſſimus mihique faventiſſimus Vir Lud. Bourget in Epiſtolis Philoſophicis Amſtelodami* editis, exiſtumat, *omnes ſubſtantias intellectuales, excepto Deo, ſubtili aliquo corpore veſtitas eſſe.* Hæc, uti nollem temere rejicere, ſic nec adprobare vellem. Quod ſi igitur Plato credidiſſet, DEum, ab omni materiâ ſecretum, ſplendidiſſimâ tamen quâdam luce, tanquam vehiculo, inſtructum eſſe, aſſeruiſſet quidem aliquid, quod probare perſpicuis argumentis non potuiſſet, ſed ideo DEum cum materia haud confudiſſet. *Diog. Laërtii locus*, ad quem *D. Gundlingius* provocat, extat *Lib.* 3: *p.* 87. in quo *Laërtius* adſerit, Platonem dixiſſe, Θεὺς μὲν ἂν ἔχειν τὸ πολὺ πυρινὺς, *Deos quidem majori*

ex

ex parte igneos ipſum continere. Sed qui *antecedentia* & *conſequentia* legit, facile videbit, hunc locum *prorſus nihil ad rem facere.* Sermo ibi eſt de *aſtris*, quæ Plato, ut notum eſt, θεες adpellavit. Hinc ſtatim in ſequentibus ait, γην πρεσβυτατην ειναι των ἐν τῳ ὀυρανῳ Θεων. Ut jam non dicam, *Laërtium Deum a materia*, ex mente Platonis, *clariſſime diſtinxiſſe. Tertiò* provocat *Cl. Gundlingius* ad *Anonymum Gallum*, qui adſerit Platonem cum Heraclito profeſſum, DEum ex igne conſtare. Utrum teſtimonia attulerit, *doctus ille Gallus*, nec ne, ego quidem neſcio. Sine illis autem auctoritas nihil valet heîc loci. *Heraclitum* credidiſſe materiam & mundum ex minutiſſimarum, & rapidiſſimarum particularum compoſitione conſtare, equidem certum eſt; ſed nullum aliud adjeciſſe principium, hoc eſt, quod negamus. Hactenus ſaltem nondum vidi ſubverſa argumenta, quæ in medium adtulit *Clariſſimus Theologus Olearius* ὁ νυν ἐν ἁγιοις. *Baylius* equidem *in Continuat. des penſeés ſur les Cometes p.* 495. idem cum Erudito illo *Gallo* & *Gundlungio* ſentit, imo ad marginem diſſertationum *Cl. Olearii* meminit, ſed ſicco pede transmittit tamen rationes à *Celeberrimo Viro* adductas. *Ultimus* tandem *locus*

extat

extat *apud Euſeb. præp. Evang. LXV. cap. 8. p.* 806. diſputat ibi *Atticus Platonicus* contra *Ariſtotelem*. Inter alia dicit: ὁ μεν (Plato ſcilicet) Φησι τα κατ' ȣρανον την πλειςην ιδεαν ἐκ πυρος ἐχειν. *Cæleſtium quippe rerum ſpeciem maxime Plato facit ex igne.* Sed nemo non videt, *de Dei natura ſermonem non eſſe*, ſed de *aſtris*. Hinc in notis ad h. l. *Doctiſſimus Vigerus* ſequentia addit: *Plato in Timæo pag.* 530. C. *quatuor animantium ideas conſtituit: primam* ȣρανιον θεων γενος. *Secundam* πτηνον και ἐροποςον. *Tertiam* ἐνυδρον ειδος. *Quartam* πεζον και χερσαιον. *Tum de prima*: τȣ μεν ȣν θειȣ, την πλειςην ιδεαν ἐκ πυρος ἀπειργαζετο, ὁπως ὁι λαμπροτατον ιδειν τε καλλιςον ειη. *Addunt Proclus & Alcinous, Platonem ſentire, ex Elementorum flore ac veluti deliciis, excellentiſſimum illud corpus eſſe conflatum, ſic tamen, ut in hac temperatione principem ignis locum obtineret.* Hactenus Vigerus. Ex quibus patet loca a *D. Gundlingio* adducta *minime* probare *Deum ex igne* conſtare.

XII. Antequam probemus, DEum ex mente *Platonis* cum materia conjunctum non eſſe, ulterius probabimus *Platonem* non *unam tantum dari ſubſtantiam* credidiſſe. *Spinoza* quidem adſeruit *unicam* dari ſubſtantiam, unicum Numen, ſed hæc ipſa ſubſtantia

ſtantia ex *infinitis ſubſtantiis*, in unam quandam maſſam confuſis, conſtat. Omnia ſingularia corpora, & ſubſtantiæ intellectuales, ſunt modificationes tantum, magnæ illius ſubſtantiæ. Potius igitur dicendum, infinitas numero ſubſtantias conficere DEum Spinozæ, quam unicam dari, ex Athei hujus mente. Unicum autem dari, præſtantiſſimum, optimum, ſapientiſſimum Numen, ex mente Platonis, probavi in *Diſſert. mea.* *Auctor Gallus de l'Hiſtoire de la Philoſophie payene*, *Haga Comitum* ante aliquot annos editæ p. 119. multis teſtimoniis *Plutarchi*, *Jamblichi*, *Plotini*, *Porphyrii*, *Hieroclis* idem probat. Loca ipſa adducere nolo. Probavi inſuper, Deum ex mente Platonis ab omni materiæ labe ſecretum eſſe. Hoc poſito ſequitur neceſſariò, Platonem plures unâ credidiſſe ſubſtantias. Ab *hoc unico Numine* enim ſolertiſſime diſtinguit *materiam*, & ita quidem, ut *æternam ſubſiſtentiam* eidem adtribuat. Poſſem hoc probare teſtimoniis *Plutarchi*, *Diog. Laërtii*, *Auctoris Philoſophumenæ*: ſed ſufficit unicum *Timæi Locri teſtimonium*, quod extat p. 544. *Opuſc. Myth.* ταυταν δε ταν ὑλαν ἀΐδιον μεν ἐφα, ἐ μαν ἀκινατον, ἀμορφον δε κατ' αὑταν, και ἀσχηματιςον, δεχομεναν δε πασαν μορφαν. Hanc *materiam* dicebat eſſe

æter-

æternam nec vero mobilem, & ab omni forma & figura per ſe immunem & liberam, quaslibet tamen formas recipientem. Quod ſi igitur DEus a materia a Platone non ſolum diſtinguitur, ſed & eidem æterna tribuitur exiſtentia, & ſubſiſtentia per ſe, ſequitur neceſſario, non unicam tantum dari ex mente *Platonis* ſubſtantiam. Si enim DEus à materia nonniſi quadam mentis abſtractione ſecretus eſſet, cur omnes in univerſum, qui *Platonis* dogmata explicarunt, tam ſolerter materiam a Deo diſtinxerunt? cur illa omnium rerum corporearum receptaculum dicitur, ex qua mundus conflatus eſt, ſi a Deo diſtincta non fuit? & quomodo tandem materia, quæ ab æterno ſubſtitit, demum poſtquam Deus eam exornare voluit, ſubſtantia facta eſt? 2. *de Legib. Lib. X.* p. 880. & ſq. pluribus probat *Plato, motum originem* ſuam habere à *mente*, & quidem *præſtantiſſima; corpora vero per ſe ad motum inepta eſſe*; diſtinguit igitur *corpora a mentibus.* Si enim DEus a materia nonniſi mentis quadam abſtractione ex mente Platonis diſtinctus eſſet, tum ſequeretur neceſſario materiam etiam vim movendi habere ex mente Platonis, atqui *impoſſibile* hoc quammaxime ex mente Platonis, prius igitur falſum etiam

eſſe

eſſe neceſſe eſt. 3. Idem probari poteſt ex *opinione Platonis de origine mali.* Non leviter turbabat Veteres doctrina de origine mali. Deo adſcribere auſi non ſunt, quippe quem optimum, ſanctiſſimúmque eſſe, pulchre noverant. Rejiciebant igitur originem & cauſam mali in materiam. Idem fecit Plato, quod multis teſtimoniis probarunt Viri Eruditi, Thomaſius, Wolfius, Brukerus, aliique. Audiendus ipſe Plato in Timæo clariſſime dicens: *βȣληθεις ὁ Θεος αγαθα μεν παντα, φαυλον δε μηδεν ειναι κατα δυναμιν. Voluit DEus bona facere omnia, malum autem nullum eſſe, quantum natura ſive materia pateretur.* Idem in *Theateto* Tom. I. Op. p. 176. *αλλ' ȣτ' απολεσθαι τα κακα δυνατον, υπεναντιον γαρ τι τῳ αγαθῳ αει ειναι αναγκη. Fieri non poteſt, ut mala pellantur, contrarium enim aliquid bono ſemper eſſe neceſſe eſt.* Hæc *ſatis ſuperque* oſtendunt, *materiam*, quæ *origo mali Platoni eſt, a Deo* prorſus *diſcretam*, atque adeo non *unicam tantum dari ſubſtantiam.* Quod ſi enim *materia* nonniſi *præciſione mentis a Deo eſſet diſtincta*, cur omnes in univerſum fere Philoſophi, cur *Plato* imprimis ad materiam confugeret? cur adeo ſolerter ille *το αγαθον* à *τη αναγκη* diſtinxiſſet? annon Deus æque, ac materia, dici potuiſſet

cauſa

cauſa omnium malorum, ſi *realiter* illa duo principia inter ſe diſtincta non fuiſſent? *Scio D. Gundlingium* regerere, *Platonem* Numinis reverentiâ adductum, negaſſe, Deum malorum cauſam eſſe. Sed reverentia illa, ſine dubio innixa erat notionibus, quas de Numine habebat. Cum autem ipſe non ſemel ita de Deo loquatur, ut nihil præcellentius ab homine Revelationis luce deſtituto, dici poſſit; neceſſario concludendum eſt, id inter alia ab eo eam ob cauſam factum, quod materiam rem viliorem eſſe agnoverit, quam ut ad naturam Dei pertinere poſſit. *Probavimus igitur, niſi fallor, perſpicuis argumentis, Platonem plures unâ ſubſtantias agnoviſſe, atque adeo à Spinozæ ſententia alieniſſimum eſſe.*

XIII. Progrediamur igitur & oſtendamus, *Platonem Deum cum materia* prorſus non *confudiſſe*. Diſſertat. meæ Sect. VI. pag. 851. ſequentes adduxi rationes. 1. *Deum ex mente Platonis liberum eſſe.* 2. *Eum fines in exornatione totius univerſi intendiſſe.* 3. *Deum neceſſitati imperare.* 4. *Mentem noſtram liberam eſſe, pœnæ ac præmii capacem.* 5. *Deſtructionem mundi à liberrima Dei voluntate ſuſpendi.* Contra ſingula argumenta quædam in medium adfert *D. Gundlingius*,

quæ examinanda ſunt. *Sect.* 5. *ait: Quin nihil probat contra me, Deum Platonis voluiſſe materiam exornare, fingere, formare: In hoc conſpirabit itidem Spinoza cum Platone. Sed decipitur Zimmermannus, dum voluntatem cum libertate, quemadmodum nos definimus, miſcet, ac pro Synonymis venditat.* Sed vellem quammaxime, ut *D. Gundlingius* oſtendiſſet perſpicue, quâ ratione *voluntatem* cum *libertate* confuderim. Neque enim *veſtigium* hujus erroris mei deprehendere poſſum. *Probavi*, Deum & materiam eſſe duas ſubſtantias, & quidem ſecundum Platonem coæternas; *Probavi, originem motûs, ſecundum Platonem, non à corpore repetendam; probavi, ex contemplatione materiæ, æternum per ſe ſubſiſtentis ex mente Platonis, neceſſario ſequi, DEum potuiſſe a materia exornanda animum cobibere; exornaſſe tamen eam, quod conſilium non poteſt non liberum dici quammaximè.* Per *libertatem* igitur intellexi eam mentis divinæ facultatem, ſecundum quam poteſt aliquid agere vel non agere, efficere vel non efficere; facultatem adeóque ab omni interna, & externa neceſſitate remotam. Talem autem in Deo fuiſſe ex mente *Platonis*, univerſa *Syſtematis Platonici facies oſtendit.* Materia erat æterna, per ſe ſubſiſtens,

ſtens, ἀσχημάτιϛος. Deus mens præſtantiſſima ab omni materiæ labe ſecreta. Non potuit igitur ab ipſa materia ad agendum neceſſario impelli, quæ ne motum quidem habet ſecundum *Platonem*. Exornavit tamen materiam Deus ex mente Platonis, & quidem ad παράδειγμα, quod erat in intellectu divino. Sed quemadmodum nuda contemplatio objecti non infert neceſſitatem, ita nec voluntas rationibus permota ſubvertit libertatem. Cum igitur animum DEus ad exornandam materiam adjecit, libere hoc feciſſe dicendus eſt, quamvis non ſine rationibus. παράδειγμα nobiliſſimæ menti obverſabatur. Acceſſit ſecundum *Platonem bonitas. Rationes* igitur *fabrefaciendi mundi* repetitæ ſunt, *à decentia virtutum divinarum*. Has rationes Dei intellectui obverſantes ſi quis neceſſitatem inferre aſſerit, aut ſine ratione Deum agere tueri debet, aut omnes rationes animum ad agendum inclinantes abſolutam inferre neceſſitatem aſſerere. Quorum utrumque abſonum eſt. Neſcio ergo, ubinam tandem voluntatem cum libertate miſcuerim. Eleganti ſimilitudine mentem meam expreſſit *Jac. Thomaſius, Vir Hiſt. Philoſoph. peritiſſimus, de Stoica mundi exuſtione Diſſert. 2. Sect. 10. Platonicus, inquit, Deus*

Fabro ſimilis eſt, à ſylva ſua per vaſtam viarum intercapedinem diſtracto. Hic ergo quamdiu volet, quieſcit; ubi cupido veniet exercendæ artis, armatus aſciâ movebit ſe ad ſylvam, & illi ſuas ideas, quantum permittet ejus aptitudo, imprimet. *Ex comparatione ſententiæ de creatione* rerum omnium ex nihilo, forſan *lux* accendetur huic ipſi, de quâ agimus, quæſtioni. *Deus ex noſtra ſententia* liberrimus erat, nulla naturæ neceſſitate compulſus ad mundum e nihilo creandum. *Deus ſimiliter ex Platonis mente* a materia longiſſimè disjunctus, libere ad exornandum mundum animum adjecit. *In mente Dei, ſecundum nos*, erant omnium rerum poſſibilium ideæ, & ita etiam omnium poſſibilium mundorum. *Deus in ſe habuit, ex mente Platonis, ſaltem* aſpexit pulcherrimum omnium rerum intelligibilium παράδειγμα, ad quod omnia erant exigenda. *Deus ſecundum nos* potuiſſet per omnem æternitatem tanquam perfectiſſimus & ſufficientiſſimus ſine mundo ſubſiſtere, voluit tamen virtutum ſuarum oſtendere ὑπεροχήν. Creavit igitur mundum ex nihilo. *Platonis Deus contemplabatur* rudem illam & indigeſtam molem, bonus tamen cum eſſet, voluit ad pulcherrimum exemplar materiam, *quantum poterat*, exornare.

nare. Tandem etiam hoc fecit, uti integer *Platonis* Timæus evidentiſſime hoc oſtendit. Quemadmodum autem Deus *ſecundum nos* non ſine cauſa mundum fecit, ſed rationibus ſapientiſſimis adductus, minimè vero neceſſario; ita nec *Platonis Deus* vel *ſine cauſa* vel *neceſſario* materiam fabricavit, ſed bonitate ſolâ commotus. *Liberè* igitur Deus ex noſtra ſententia mundum e nihilo fecit, *libere* etiam Deus *Platonis* mundum fabricaſſe dicendus eſt. Verbo: tolle materiæ æternitatem, & quantum ad rei ſummam pertinet, nullum in utroque ſyſtemate diſcrimen erit. Non hîc quæritur, *quo jure* Deus *Platonis*, materiam fabricare potuerit; ſed quid ipſe *Plato* ſenſerit, ex teſtimoniis Veterum, quibus inſiſtendum eſt. Neque etiam quæritur, utrum Deus *Platonis*, pro lubitu ſemper materiæ imperaverit; fatemur enim, materiam minime ſemper voluntati divinæ obſecundaſſe, ſed hoc tantum; utrum Deus *libere nulla neceſſitate coactus* ad materiam diſponendam acceſſerit, quod in Syſtemate *Platonis* locum habere aſſerimus. Quemadmodum enim Artifex libere animum elaborandæ materiæ injicere poteſt, licet poſtea obſervet, non ex quolibet ligno Mercurium fieri poſſe: ſic Deus *liberrimè, & ſolâ natura Bonitate com-*

motus ad materiam exaſciandam acceſſit, licet in progreſſu ipſa materiæ ineptitudo obſtiterit, quo minus omnia, quæ vellet, efficere potuerit; quæ quidem aſſertio cum Omnipotentia Dei pugnat, ſed primam illam Dei, mundum exornandi voluntatem neceſſariam minime facit. Ex hiſce adeo patet, me *voluntatem* & *libertatem* minime confudiſſe. Sed *Spinoza*, inquit *D. Gundlingius*, idem ſentit cum Platone. Vellem hoc demonſtraſſet. *Spinoza Propoſ. XIV.* ait: *Præter Deum nulla dari, neque concipi poteſt, ſubſtantia.* Propoſ. XV. *Quicquid eſt, in Deo eſt, & nihil ſine Deo eſſe neque concipi poteſt.* Propoſ. XVI. *Ex neceſſitate divinæ naturæ, infinita infinitis modis (hoc eſt, omnia, quæ ſub intellectum infinitum cadere poſſunt) ſequi debent.* Prop. XVII. *Deus ex ſolis ſuæ naturæ legibus, & a nemine coactus agit.* Demonſtrat hanc Propoſitionem ita: *Ex ſola divina naturæ neceſſitate, vel (quod idem eſt) ex ſolis ejusdem naturæ legibus, infinita abſolute ſequi, modo Prop. 16. oſtendimus, & Prop. 15. demonſtravimus, nihil ſine Deo eſſe, nec concipi poſſe; ſed omnia NB. in Deo eſſe, quare nihil extra ipſum eſſe poteſt, a quo ad agendum determinetur, vel cogatur, atque adeo Deus ex ſolis ſuæ naturæ legibus, & a nemine coactus agit,*

agit. Q. E. D. *Nemo non* videt, *Platonem* & *Spinozam* diverſiſſimas fovere ſententias; *Spinoza unicam* agnoſcit *Subſtantiam; Plato Deum & materiam.* *Spinoza* ait, *omnia neceſſario ex Dei natura ſequi*, atque adeo mundum ipſum; *Plato ſolâ bonitate* commotum Deum inducit, ad *materiam* fabricandam. Obſervaſſe tamen mihi videor cauſam, quæ D. Gundlingium induxerit ad adſerendum, me *voluntatem* cum *libertate* confudiſſe. Nimirum exiſtumavit, me hac in parte ſententiam *Cl. & Excellentiſſimorum Philoſophorum, Leibnizii & Wolfii* ſecutum, de qua ipſe peſſimè ſentit. Sect. enim I. *Diſſertat. ſuæ*, ait: *Spinoza, Plato, & Leibnizius cum ſequacibus hac parte conſpirant: quorum neuter indifferentiam in definitione libertatis comprehendi exiſtimat, puta ut ſine cauſa prævia mens noſtra ſeſe determinet & αὐτεξουσίως.* Sed ea in re falſus eſt *D. Gundlingius.* Libertatis definitionem adhibui, quam rigidiſſimi libertatis defenſores tuentur, ne cauſum ſine neceſſitate adverſariis præberem vitiligandi. Cæterum litem illam meam facere nolo. *Injuriam* tamen fieri *Eximiis Viris* credo, quando cum *Spinoza* in eandem referuntur *claſſem.* Poterit autem *D. Gundlingius* hac in parte congredi cum *Illuſtri Wolfio*, qui,

quibus fundamentis ſuperſtructa ſit *Leibnizii* de hoc argumento ſententia, *optime omnium novit.*

XIV. *Secundum argumentum*, quo probavi, Deum ex mente Plàtonis cum materia nullo modo conjunctum eſſe, deſumſi *ex eo, quod Deus Platonis in fabrefaciendo mundo fines intenderit.* Contra hæc quædam monet Sect. LI. *Permittendum*, inquit, *Spinozam negare, Deum omnia propter hominem feciſſe. Jam ut diverſum ab eo Platonem ſiſtat, locum Libri X. de legibus p.* 610. *excitat Apologeta, in quo reperitur, Deum univerſum non propter hominem feciſſe, ſed hominem tanquam particulam, propter univerſum. Nihil hic intellexero, niſi hic paralogiſmum deprehendam inſignem. Plato namque idem dicit, quod Spinoza, mundum non eſſe conditum propter hominem, & tamen regerit: Plato exiſtimat, hominem conditum eſſe propter univerſum. Egregia defenſio! Id enim nihil aliud ſonat, quam homines ſingulos pertinere tanquam partes ad univerſum, idque* ὅλον. Reſpondeo 1. *D. Gundlingius* ſententiam meam & ſcopum argumenti mei *ſciens volensque pervertit.* Sect. VII. uti inſpectio docet, probare aggreſſus ſum, Deum in exornatione univerſi *fines ſapientiſſimos intendiſſe.* Provocavi inter alia

ad

ad locum Platonis de legibus Lib. X. eoque adducto ſequentibus uſus ſum verbis: *Sane elegantiſſimus ille locus clariſſimè oſtendit, Deum ex mente Platonis non ſolum ſingulari ſapientiâ cuncta ordinaſſe, ſed & ad totius Univerſi harmoniam rectè perficiendam animum induxiſſe.* Plane igitur nulla quæſtio erat, utrum univerſum propter hominem, an hominem propter univerſum Deus Platonis fecerit. *In cerebro* igitur *Doctoris Gundlingii*, non meo hæret ille *Paralogismus*. 2. *Si locum Platonis* rite *introſpexiſſet D. Gundlingius*, vidiſſet, locum citatum probare, quod probandum ſuſcepi, nimirum Deum Platonis non ſolum *ſingularum rerum*, ſed *totius rerum univerſitatis rationem habuiſſe*, atque adeo in exornatione univerſi *fines* intendiſſe. *Plato Lib. X. p.* 610. ſupponit, Deum non ſolum ad harmoniam totius univerſi reſpicere, ſed & ſingula ita moderari, ut ad totum relata, pulchritudinem ſummam efficiant. Hinc *Ath. Hoſpes* ita loquitur: *Sed nunc illi duo tribus nobis reſpondeant, qui licet Deos eſſe concedant, alter tamen facile placabiles, alter in rebus parvis negligentes putat, primumque ſic interrogentur. Ambo Deos aſſeritis ſcire, videre, audireque omnia; nihilque ipſos effugere poſſe eorum, quæ*

aut ſenſu, aut intellectu percipiuntur; hacne, ita ſe habere dicitis? An aliter? Sic. *Deinde omnia eos poſſe, quacunque mortales immortaleſve poſſunt?* CLIN. *Absque dubio ita eſſe concedent.* Athen. *Bonos etiam imo optimos eſſe omnes quique confeſſi ſumus.* CLIN. *Omnino.* Athen. *Nulla ergo pigritia, nulla mollitie capi eos poſſibile: quando, quidem tales ſunt, quales eſſe conſenſimus. Nam a timiditate in nobis otium naſcitur: pigritia verò ab otio atque mollitie.* CLIN. *Vera loqueris.* Athen. *Nullus ergo Deorum, otio pigritiaque corruptus, quicquam negligit. Nullius enim timiditatis particeps eſt Deus.* CLIN. *Probè.* Athen. *Ergo relinquitur, ſi parvas paucasque in univerſo negligunt, ut ita negligant, aut quia contemnenda illa eſſe ſciunt, aut quidnam aliud reliquum eſt, quam hujus contrarium?* CLIN. *Nihil penitus.* Athen. *Utrum ergo, ô Vir eximie, te dicère affirmabimus? an quod propter ignorantiam, cum providere debeant, non provideant? an ſicut improbos homines dicimus, meliora quidem videre, ſed voluptate aut dolore fractos deteriora ſequi, ſic Deos quamvis ſciant providendum eſſe, ſimiliter non providere?* CLIN. *Quomodo id fieri poteſt?* Athen. *Praterea res humana, viventis natura participes ſunt: & homo ipſe pra cateris animalibus*

malibus Dei cultor diligentiſſimus eſt. CLIN. *Apparet.* Athen. *Quin etiam mortalia cuncta viventia à Diis fieri poſſiderique, quemadmodum & cœlum univerſum dicimus.* CLIN. *Procul dubio.* Athen. *Jam ergo ſeu parva hæc ſive magna quis dixerit Diis eſſe, nullo modo cum providentiſſimi atque optimi ſint, negligenda ſibi ſua poſſeſſio eſt.* Paucis interjectis quærit Athen. *Quid verò? cum Medicus totum corpus curare velit ac poſſit, ſi magnis providerit, parva contemſerit, an bene huic unquam ſe totum habebit?* CLIN. *Nunquam.* Athen. *Sed nec Gubernatores, nec Imperatores, nec Patresfamilias, neque civitatum moderatores, neque ulli ominino tales, paucis parvis neglectis recte multa & ingentia gubernabunt. Nam lapides quoque magnos ſine parvis bene ſtrui negant Architecti.* CLIN. *Certe.* Athen. *Caveamus autem, ne Deum mortalibus opificibus viliorem putemus. Iſti ſane quanto peritiores ſunt, tanto arte una in propriis eorum operibus & parva ſimul & magna exquiſitius abſolutiusque perficiunt. Deus vero, qui Sapientiſſimus eſt & curare poteſt ac vult: magnis quidem providebit ſolum, parva autem, quæ facilius gubernari poſſunt propter pigritiam & ignaviam negliget?* CLIN. *Nullo modo hanc Hoſpes de Diis opinionem admittendam*

tendam putamus. Poſt pauca jam ſequitur ille locus in *Diſſertat. mea* citatus. *Ubi obſervandum* Juvenem hunc exiſtumaſſe, Deum *rerum parvarum* adeoque *ſui ipſius* nullam curam gerere. Probat igitur Plato & *rerum humanarum* etiam *minimarum* Deum curam gerere. Nullam igitur cauſam eſſe, cur credat, *ſui Deum curam unquam abjecturum.* ἐ γαρ ἀμελήθησῃ, *inquit*, ὑπ' ἀυτῆς, ἐχ ἔτω σμικρος ὢν δοσῃ κατα το της γης βαθος, ἐδ'. ὑψυλος γενομενος εἰς τον ἐρανον ἀναπτησῃ. i. e. *Nunquam ab eo negligeris, nec ſi ita parvus ſis, ut in terra profundum progrediaris, nec ſi adeo ſublimis ſias, ut pennis elatus in cœlum voles. Præterea obſervandum*, quod in hoc loco monet Plato. Nimirum Deum non ſolum ſingulorum hominum curam gerere, ſed & *actiones* ipſorum neque *bonas* neque *malas* ipſum fugere. *Rex ille noſter*, inquit Hoſpes Athenienſis, *actiones omnes hominum animatas eſſe perſpexit, multamque ipſas in ſe virtutem, multam etiam pravitatem habere, quodve factum eſt, animam & corpus, perditionem non pati, neque tamen æternum eſſe, quâ lege Dii ſunt: nam ſi alterutrum borum perderetur, omnis ceſſaret animalium generatio: præterea quod ipſius animæ bonum eſt juvare, quod malum contra nocere: hæc*

inquam

inquam omnia quoniam perſpexit, excogitavit, ubi pars quæque locata maximè; optimè, facillimèque virtuti victoriam, vitio verò, ne vincat, impedimentum in univerſo præbere poſſet. Quod ſi igitur hæc omnia ex rectæ ratiocinationis legibus dijudicemus, patet evidentiſſimè, Platonem adſeruiſſe 1. *In Deo fuiſſe* παραδειγμα *rerum pulcherrimarum.* 2. *Ad id Exemplar voluiſſe mundum condere.* 3. *Deum Sapientiſſimum fines intendiſſe, reſpiciendo, tum ad totius univerſi harmoniam, tum ad ſingularium actionum, hominum ſtatum, quatenus ad univerſi ſalutem ſingula facere poſſunt.* Hinc etiam Deum *Medico* confert, qui παντος ἑνεκα παντα ἐργαζεται προς τα κοινῃ ξυντεινων βελτιςα. Num autem talis *fines* intendere dicendus eſt? putaverim equidem. Verum eſt, *Platonem* in hoc loco adſerere, hominem eſſe particulam univerſi. Idem poteſt dicere Spinoza, *ſed non eodem ſenſu. Plato* hominem conſiderat tanquam *ſubſtantiam prorſus a Deo diverſam*, ſubſtantiam ad *certos fines* conditam, *ſubſtantiam, cujus* curam gerat, non minus quam *univerſorum.* In *Syſtemate Spinozæ* homo non eſt niſi *modificatione* quâdam, uti loquuntur Scholaſtici, *a Deo diſtinctus, pars eſt Dei*, æque neceſſaria ac ipſe Deus, *neceſſario talis,* qualis

qualis eſt; duo ergo cum *idem* dicunt, non *idem* tamen ſenſus eſt. In *Epinomide* pag. 638. idem, quod in loco citato legum profitetur Plato: nam poſtquam dixiſſet, ſolem terra longe majorem eſſe, addit: λαβωμεν δη τις τροπος ἀν ἐιη, τοσȣτον περιφερειν ὀγκον τινα φυσιν τον αὐτον ἀει χρονον, ὁσον καὶ νυν περιφερεται. Θεον δη, φημι, το μεν αἰτιον ἐσεσθαι, καὶ ἐ πωπ' ἑτερως ἐιναι δυνατον. ἐμψυχον μεν γαρ ἐ ποτε γενοιτ' ἀν ἑτερως, πλην δια θεον, ὡς ἡμεις ἀπεφηναμεθα. ὁτι δε τȣτο οἱος τε ἐςι θεος, ἁπασα αὐτῳ ῥαςωνη γεγονε, τȣ πρωτȣ μεν ζωον γεγονεναι παν σωμα, καὶ ὀγκον συμπαντα. ἐπειτα ἐιπερ ἀν διανοηθη βελτιςα, ταυτῃ φερειν. νυν δη περι ἁπαντων τȣτων ἑνα λογον λεγοιμεν ἀληθη. ἐκ ἐςι γην τε καὶ ȣρανον, ἁπαντας τε ἀςερας, ὀγκȣς τε ἐκ τȣτων ξυμπαντας μη ψυχης προς ἑκαςῳ γενομενης, ἢ καὶ ἐν ἑκαςοις, εἰς ἀκριβειαν κατ' ἐνιαυτον ȣτω πορευεσθαι, κατα μηνας τε καὶ ἡμερας, καὶ ξυμπαντα τα γινομενα, ξυμπασιν ὑμιν ἀγαθα γιγνεσθαι. δει δε ὁσῳ φαυλοτερον ἐς' ἀνθρωπος, μη τι ληρȣντα γε, σαφως δε τι λεγοντα φαινεσθαι. ῥυμας μεν ȣν ἐι τις αἰτιας τινας ἐρει σωματων ἢ φυσεις, ἢ τι τοιȣτον ȣδεν σαφες ἐρει. i. e. *Cogitemus igitur, quomodo fieri poſſit, ut tanta magnitudo ab aliqua natura poſſit tanto tempore circumferri. Ego igitur aſſero, Deum cauſam eſſe, nec aliter fieri poſſe. Animatum enim non aliter, quam propter Deum fieri poſſet, ut nos declaravimus.*

Quo-

Quoniam ergo id Deus facere poteſt, facile ipſi fuit primum omni corpori magnitudinique vitam tribuere: deinde quâ ratione optime fieri cogitarit, hâc ducere. Demum de his omnibus veram hanc ſententiam ferri volumus: impoſſibile eſſe terram, cœlum ſtellasque omnes, & quæ ex his conſtant moles, niſi anima aut ſingulis adſit aut inſit adeo exquiſita ratione annis, menſibus diebusque circumvolvi, nobisque omnibus bona omnia facere. Hominem vero decet, quo vilior eſt, eo minus de ipſis nugari; ſed conari potius certi aliquid dicere. Si quis autem impetus corporum aut naturas, aut hujusmodi quicquam ordinis hujus agitationisque cauſam eſſe dicet; perſpicuum nihil adducet. Idem ſentiunt Platonici Juniores. *Plotinus* Ennead. III. Lib. 2. cap. 1. Sect. 3. *argumentatur ab ordine univerſi, & inſipientes* eos pronuntiat, qui ex *parte de toto judicant,* Deumque cuncta ordine non digeſſiſſe dicunt, quod in hac vel illa parte eum non obſervent. Idem Ennead. 4. Lib. 4. cap. 9. ita ait: ὁ δε δη παντα κοσμων Ζευς, καὶ ἐπιτροπευων καὶ διατιθεις, εἰς ἀει ψυχην βασιλικην καὶ βασιλικον νουν ἐχων, καὶ προνοιαν ὁπως γιγνοιτο καὶ γινομενων ἐπιστασιαν, καὶ ταξει διοικων. καὶ περιοδους ἑλιττων πολλας ἠδη καὶ τελεσας, πως ἀν ἐν τουτοις ἁπασι μνημην οὐκ ἐχει, ὁποσαι τε ἐγενοντο καὶ ὁιαι ἁι περιοδοι.

ϱιοδοι. ϰαὶ ὡς ἂν ϰαὶ ἔπειτα γενοιτο, μηχανωμενος ϰαὶ συμβαλλων ϰαὶ λογιζομενος, μνημονικωτατος ἂν εἴη παντων, ὅσῳ ϰαὶ Δημιεϱγος σοφωτατος. i. e. *Jupiter autem exornans omnia & moderans, & diſponens, ſemper animam regiam mentemque regiam poſſidens, & quâ ratione unumquodque fiat, providentiam & in ea quæ fiunt, Imperium. Præterea circuitus multos evolvens, multosque inceptos jam ad finem usque perducens, cur non in his omnibus memoriam habeat, recordatus ſcilicet, quot & quales revolutiones actæ jam fuerint: rurſusque quemadmodum impoſterum fiat, machinans & conjiciens & excogitans, atque ita maximè omnium memor erit, eoque magis quo & ſapientior Architectus.* Hactenus Plotinus. Aliorum loca brevitatis causâ omitto. (*c*) 3. Si cum his jam *conferamus Spinozæ cogitata* de *finibus*, patebit, *Platonem & Spinozam* plane *diverſiſſima* hac in parte ſentire. Propoſ. XXXII. ait: *Voluntas non poteſt vocari cauſa libera, ſed tantum neceſſaria. Hinc ſequitur per corolla-*

(*c*) Addam heic Cauſæ finalis definitionem, quam in Gorgia pag. 467. Plato exhibet: ἀλλ' εἶτι ἐν τῷδε καὶ περὶ παντων; ἐαν τις τι πραττῃ ἑνεκα του, ου τουτο βουλεται ὁ πραττει, ἀλλ' ἐκεινο οὑ ἑνεκα πραττει. i. e. Nonne & hoc de omnibus conſtituendum eſt? Si quid agat alicujus causâ, non quod agit, ſed illud cujus causâ agit.

rollarium 1.um *Deum non operari ex libertate voluntatis.* Sequitur 2. *voluntatem & intellectum ad Dei naturam ita ſe habere, ut motus & quies; & abſolutè ut omnia naturalia, quæ* (per Propoſ. 29.) *à Deo ad exiſtendum & operandum certo modo determinari debent.* Propoſ. XXXIII. *Res nullo alio modo, neque alio ordine a Deo produci potuerunt, quam productæ ſunt.* Prop. XXXIV. *Dei potentia eſt ipſa ipſius eſſentia.* Prop. XXXV. *Quicquid concipimus in poteſtate Dei eſſe, id neceſſariò eſt.* Prop. XXXVI. *Nihil exiſtit, ex cujus naturâ aliquis effectus non ſequatur.* Hanc autem Propoſ. ita demonſtrare vult. *Quicquid*, inquit, *exiſtit, Dei naturam, ſive eſſentiam certo & determinato modo exprimit* (per Propoſ. 25.) *hoc eſt* (per Prop. 34.) *quicquid exiſtit, Dei potentiam, quæ omnium rerum cauſa eſt, certo & determinato modo exprimit, adeoque* (per Propoſ. 16.) *ex eo aliquis effectus ſequi debet.* Q. E. D. His Propoſitionibus ſubjecit appendicem, in quo varia (uti ait) *præjudicia* ſubvertere vult. Inter illa autem pag. 34. refert *communem hominum opinionem adſerentium, omnes res naturales, ut ipſos, propter finem agere;* imo *ipſum Deum*, omnia ad certum aliquem *finem* dirigere. Hanc deinde ſententiam ſubver-

tere argumentis quibusdam nititur, & tandem pag. 36. ita loquitur: *Ut jam autem oſtendam, naturam finem nullum ſibi præfixum habere, & omnes cauſas finales nibil, niſi humana eſſe figmenta, non opus eſt multis. Credo enim, id jam ſatis conſtare, tam ex fundamentis, & cauſis, unde hoc præjudicium originem ſuam traxiſſe oſtendi, quam ex Propoſit.* 16. *& Corollario Propoſ.* 32. *& præterea ex iis omnibus, quibus oſtendi, omnia NB. naturæ æternâ quadam neceſſitate, ſummaque perfectione procedere.* Ex allatis Spinozæ dictis *meridianâ luce clarius* eſt, omnes *fines* ab eo proſcribi, cunctaque ex mente hujus Athei *neceſſariò ex natura divina* exorta eſſe, atque adeo plane a Platone diſſentire. Hæc meâ opinione ſufficere poſſent ad probandum, Deum Platonis fines intendiſſe, non item Spinozæ. Sed ut vel *reluctantes* vim argumentorum meorum ſentiant, loca quædam ex Platonis Timæo addam, quæ clariſſime idem probant. Pag. 709. Verſ. Fic. ita inquit: *Volens itaque Deus omnium, quæ intelligi poſſunt, pulcherrimo & undique abſoluto mundum hunc ſimillimum reddere, animal unum ipſum effecit, aſpectui ſubjectum, animalia cuncta naturæ ſuæ convenientia intra ſuum limitem continens. Ibid.* paulo infra. *Ex omni igne,*

aëre, aqua, terra, ipſius Faber ita ipſum compoſuit, ut nullam cujusquam iſtorum partem aut vim extra relinqueret. Idque ea ratione fecit, primum quidem, ut totum hoc animal, quammaxime perfectum ex perfectis partibus eſſet. Deinde, ut eſſet unum, cum nihil extra relictum fuerit, ex quo alterum generetur. Poſtremo, ne quis ipſum morbus, aut ſenectus attingeret. Pag. 711. *Cum igitur hoc a ſe factum ſempiternorum Deorum pulchrum ſimulacrum moveri & vivere Pater ille, qui genuit, animadverteret, delectatus eſt opere, & hâc ductus lætitiâ opus ſuo multo magis primo illi exemplari ſimile reddere cogitavit. Itaque quemadmodum illud ſempiternum animal eſt, ita univerſum hoc pro viribus tale facere ſtatuit. Illius quidem animalis æterna natura eſt, quod genito operi congruere omnino non poteſt. Idcirco imaginem ævi mobilem effingere decrevit, ac dum cœlum exornaret, fecit æternitatis in unitate manentis æternam quandam in numero fluentem imaginem, quam nos tempus vocamus. Dies porro & noctes & menſes & annos, qui ante cœlum non erant, tunc naſcente mundo naſci juſſit, quæ omnia temporis partes ſunt.* Pag. 712. *Hac ratione conſilioque Dei tempus creare volentis ſol & luna, & aliæ quinque ſtellæ, quæ vocantur erraticæ,*

ratica, facta ſunt, quo temporis numerus diſtinguatur atque obſervetur. Eâdem pag. paucis interjectis. *Sed quia mundus hic nondum animalia omnia inter ſuum ambitum continebat, ex ea parte deficiebat ad illud Exemplar imaginis hujus ſimilitudo. Hoc igitur quod deerat, ſuperni illius exemplo Deus explebat. Quot igitur & quales mens ideas, in eo quod eſt animal inſpicit, totidem & tales hoc mundo contineri oportere excogitavit.* pag. 715. Ad hominis progenerationem progreditur. *Nunc verò, inquit, de prima hominis compoſitione exactius diſſerendum ac probabili ratione monſtrandum, quâ causâ & Providentia Deorum ſingula membra corporis ad ſingula animæ officia ſint accommodata.* Pergit deinde ad ſingula hominis membra. Si hæc non oſtendunt, Deum ex mente Platonis *fines* intendiſſe, fruſtra ad Veterum monimenta provocamus. *Allatis enim teſtimoniis nihil* poteſt adferri *evidentius.* Hinc quid de aſſertis *D. Gundlingii* ſentiendum ſit, ſatis conſtat. *Spinoza, inquit, p. 252. omnia perfectiſſime condita a ſuo affirmat Deo: nec quidquam offendi in natura naturata, quod non inveniat ac trahat aliquid ad ſui commodum, ſed prorſus eſſe diverſum thema, an ea commoda primario ſibi propoſuerit Deus, hicq;*

finis

[illegible] *eum determinaverit ad agendum? poſte-* [illegible] *Plato inficiatur non minus quam Judæus* ἄθεος. Sed quid ſibi volunt illa verba *Cl. Gundlingii*, omnia ex mente Spinozæ perfectiſſime a Deo condita? num ille Deum ab univerſo diſtinxit realiter? num ſejunctus fuit a materia & mundo, antequam hoc conſilium caperet? num fines aliquos intendit, & res ita, non aliter, voluit efficere? num verba Spinozæ, omnia ex neceſſitate divinæ naturæ neceſſario oriri, ſignificant, Deum liberrime ad materiam elaborandam acceſſiſſe? *aut vera rerum prorſus vocabula amiſimus, aut nihil poteſt eſſe Cl. Gundlingii aſſertione falſius:* ut non dicam, nullum perſpicuum locum e Platone adferri, quo ſententiam ſuam probet. Sed pergit *Sect. LII. D. Gundlingius.* Inter alia etiam provocavi ad *conſilium*, *rationesque*, *quas* tribuit *Plato Deo* in exornando univerſo. Contra hæc excipit p. 254. *Præterquam enim quod in Deo conſilium ac deliberatio ceſſare videtur: omniaque tanquam ſpecies & ideæ æternæ in Deo ſunt; etiam claret, actiones omnes divinas ita dici ab eo inſtitutas, illoque ordine, ut videantur ratione certâ ac conſilio inſtitutæ, cum tamen ſolum ab eminenti bonitate & perfectione manent.* Sed quid ſibi

volunt hæc verba, *omnia tanquam ſpecies & ideas æternas in Deo eſſe?* aut ſignificant, omnium rerum ideas in mente divina eſſe, quod ex mente *Platonis* verum eſt, ſed tantum abeſt, ut hoc probet, Deum ſine ratione egiſſe, nulloſque fines intendiſſe, ut nihil magis hoc ipſum confirmet. Aut per τὸ *omnia, ſpecies, & ideas* intelligitur ipſe mundus in Deo exiſtens & cum Deo conjunctus; ſed tum manifeſto ſupponitur, quod in quæſtione eſt. Verum eſt inſuper, Deum *Platonis bonitate* ad univerſum conſtruendum commotum fuiſſe. Sed num inde ſequitur, ergo ſine cauſa, ſine ordine, ſine finium intentione egit? qui aſſerit hominem benignitate commotum ad aliquid præſtandum inductum eſſe, is non ſolum voluntatis adfectum adeſſe innuit; ſed rerum etiam, ſeu hominum, quibus bene cupit, cognitionem. Quo major autem eſt cognitio, eo præſtantius etiam eſt beneficium. At Deus *Platonis* παράδειγμα rerum efficiendarum contemplatus eſt; ad illud mundum effecit, *bonitate* inductus: Ergo non ſolum bonitas aderat, cauſa impulſiva, ſed & *ratio*, *conſilium*, verbo *fines*. Ergo non *videntur tantum* omnia ordine digeſta, ſed *ipſo opere Deus* Sapientiſſimus ita voluit.

XV.

XV. *Tertium argumentum, quo probavi, Deum ex mente Platonis cum materia conjunctum haud eſſe, deſumſi ex eo, quod Plato adſerat, Deum materiæ, & quæ inde oritur neceſſitati imperare.* Probavi hoc teſtimoniis *Platonis, Plutarchi, Apuleji, Alcinoi.* Verum eſt, Platonem hâc in parte non per omnia ſibi conſtare. Concedit enim, Deum κατα δυναμιν, quoad illa pateretur, materiam exornare, quod ſine dubio cum quadam imperfectione conjunctum eſt. Interim idem *Plato*, uti ex *Timæo* conſtat, profitetur, Deum cuncta in ordinem digeſſiſſe, materiamque Imperio Dei ſubjectam eſſe. Omnia huc redeunt: materiam eſſe æternam; Deum materiam exornaſſe, non tamen omnia ex materia Deum efficere potuiſſe, eam tamen certis limitibus circumſcriptam Dei Imperio ſubeſſe. Patet autem hoc clariſſime ex eo, quod Deus ex *Platonis* ſententia *motum dederit materiæ*, quod illa *antiquior ſit, eamque exornaverit.* Locum Platonis, in quo hæc adſerit, attuli in anteced. *Sect. Extat. Lib. X. de leg. p.* 606. *Laërtius Lib.* 3. *p. m.* 86. ait, mundum ex mente Platonis a Deo κατασκευασμενον. *In Epinomide* p. 638. poſtquam adſeruiſſet, Deos eſſe & omnium rerum curam gerere, ita pergit: ει δε μεμνησθε γε, ω Κλεινία,

proferam. Audiamus ergo, quid contra hoc argumentum moliatur *D. Gundlingius. Sect. LIV.* pag. 257. ita inſurgit: *Quamvis*, inquit, *fingeremus materiam a Deo ſeparatim extitiſſe, aut ſeparatam demum fuiſſe ſtatueremus: Zimmermanno profecto præſidium nullum obtinget. Eſt enim divinum iterum cum materia conjunctum: quod perinde erit, ac ſi ſemper manſiſſet materiæ affixum. Nec patrocinabitur illi, quod Deum Platonicum exornaſſe omnia dictitat. Hoc enim nec Spinoza abnuit. Agnoſcit is pulcbritudinem mundi, quæ eſt ornatus ſane exquiſitiſſimus. Quæritur, quomodo exornet? utrum tanquam cauſa immanens, an tanquam cauſa externa efficiens omnipotente ſua virtute? poſterius perſpicue falſum eſt; ſiquidem perſiſtat in opinione rectâ, Deum Platonicum ex nihil nihil creaſſe. Igitur illa* διακοσμησις *e principio manabit interno & neceſſario, quod acceſſit materiæ, quæ per ſe eſt non ens, hoc eſt accidens, neutiquam vero ſubſtantia.* Poſtremum hoc probare aggreditur loco *Porphyrii Sentent. XXI.* in quo Platonicus ille ita loquitur: *Materia variabilis, infinita* (ἄπειρος) *impotens, propterea neque ens, ſed* (ὐκ ὄν) *non ens. Neque ita non ens uti motus, ſed verum non ens* (ἀληθινον μη ὀν) *ſimulacrum & phantaſma molis, quia id*

eſt, quod primo ſubeſt moli impotens & appetitio ſubſiſtentiæ ἔφεσις ὑποςάσεως. *Ergo tum demum materia ſubſtantiam conſtantem & certam accipit, quando forma ex virtute divina influit. Unde Platonici eam appellarunt per ſe* ἀσώματον, *quæ obſervatio E. Grabii ad Irenæum* pag. 28. *Hactenus D. Gundlingius.* Ad hæc ſequentia nota. 1. Eſt, *Cl. Gundlingium* identidem *ſupponere*, quod in quæſtione eſt, nimirum materiam in Deo fuiſſe, & ex eo emanaſſe. Nullibi enim perſpicuum locum ad hoc probandum attulit, quod conferenti *diſſert.* patebit. *Mera* itidem & *precaria* ſuppoſitio eſt, Deum, poſtquam ad materiam fabricandam acceſſit, unum cum materia totum confeciſſe. Probavimus enim, Deum & materiam in *Syſtemate Platonis ſubſtantias eſſe diverſiſſimas, Deumque liberè*, nullâ neceſſitate vel *intrinſecâ* vel *extrinſecâ* coactum, ad eam exornandam acceſſiſſe, quod nullam confuſionem ſanè inſinuat. 2. Cum Deum materiam *exornaſſe* dixi, eo ipſo ſatis clare & quidem Veterum teſtimoniis munitus, probavi, materiam tanquam *ſubſtantiam* a Deo prorſus *diverſam* conſiderandam eſſe; dixi Deum *artifici ſimilem*, qui ſponte ad materiam fingendam accedit. Atqui artifex ex omnium hominum ſententia una cum materia

materia non ſit ſubſtantia, licet in ea perficienda & elaboranda occupatus ſit. De *Spinozæ Deo* idem dici poſſe, nemo credet, qui ſyſtema ejus intelligit. Ille enim aperte fatetur, ex neceſſitate naturæ omnia orta eſſe. Plato ſupponit παραδειγμα Deo obverſans ante mundum conditum, ſupponit *Bonitate* ſolâ commotum ſupremum omnium Dominum, ad materiam effingendam. Ergo rejicit aperte cauſam immanentem. 3. Materiam ex mente Platonis non ſubſtantiam eſſe, ſed accidens probari non poteſt. In ſuperioribus jam hanc ſententiam *D. Gundlingii* perſpicuis locis falſam eſſe oſtendimus. Verum eſt, Platonicos materiam aliquando οὐκ ὀν adpellaſſe, ſed non *eo*, quem fingit *D. Gundlingius ſenſu*. Nimirum ad *intelligibilia* collatam materiam οὐκ ὀν dixerunt, quod in *perpetuo fluxu* & *mutatione* eſſet; quod *absque cauſa externa definitam formam* non haberet. Hanc autem Platonicorum mentem eſſe vel ipſe citatus locus Porphyrii docet. Ad eum enim provocat *Plotinus Ennead. III. Lib. VI. Sect. VII.* pag. 310. poſtquam enim hæc ipſa citata verba *Porphyrii* adduxiſſet, immediate ſubdit: και ἑστηκος οὐκ ἐν στασει, και ἀορατον καθ' ἁυτο, και φευγον το βουλομενον ἰδειν. και ὁταν τις μη ἴδῃ, γιγνομενον, ἀτενισαντι δε οὐχ

ὁρωμενον,

ὁρωμενον, και τα ἐναντια ἀει ἐφ᾽ ἑαυτȣ φανταζομενον. μικρον και μεγα, και ἡττον και μαλλον, ἐλλειπον τε και ὑπερεχον, ἐιδωλον. ȣ μενειν ȣ δ᾽ ἀυ φευγειν δυναμενον. i. e. *Stans quidem non in ſtatu: ſecundum ſe indivifibile & videre volentem effugiens: & quando quis non videt, tunc quodammodo præſens: quando vero quis intentius inſpicit, non perſpectum. Rurſus in ſe ipſo contraria ſemper apparens, parvum, magnum, minus, magis deficiens, ſuperexcedens, ſimulacbrum, neque manens, neque rurſus aufugere valens.* Idem Sect. 10. hujus libri aſſerit, materiam accedente qualitate fieri ποιαν ὑλην. i. e. *Certam ac definitam formam,* quâ antea carebat. Similiter Plato in Politico p. 174. το κατα τ᾽ ἀυτα και ὡσαυτως ἐχειν ἀει, και ταυτον ειναι, τοις παντων θειοτατοις προσηκει μονοις. σωματος δε φυσις, ȣ ταυτης της ταξεως. i. e. *Idem ſemper eſſe & ſecundum eadem, & eodem modo ſe habere, ſolis omnium diviniſſimis convenit: corporis autem natura hujus ordinis non eſt compos. Diog. Laërt.* idem aſſerit *Lib.* 3. *Seg.* 9. 10. quem locum ſupra adduximus. Adhuc clarior extat *eodem Lib.* 3. *p.* 84. χρηται, *inquit,* δε και ταις ἐναντιαις φωναις ἐπι τȣ ἀυτȣ. το γȣν ἀισθητον και ὀν καλει και μη ὀν. ὀν μεν δια το γενεσιν ἀυτȣ ειναι. μη ὀν δε, δια την συνεχη μεταβολην. i. e.

Quin

Quin etiam contrariis vocibus utitur ad idem ſignificandum. Itaque quod ſenſui ſubjicitur, id & eſſe dicit, & non eſſe: eſſe quidem propterea, quod ejus eſt ortus, non eſſe, quia perpetua in mutatione verſatur. Ex quibus locis ſatis patet, materiam ὀυκ ὂν dictam, quod *perpetuæ mutationi & fluxui obnoxia eſſet*, formaque deſtituta. Hinc Aquila illud תהו ובהו tranſtulit per κενωμα ϗ ὀυδεν, *Theodotion* κενον και ὀυδεν. Nemo autem ignorat, *rudem & indigeſtam molem ſubſtantiam eſſe.* Την ὕλην *a Platonicis aliquando* ἀσωματον dici, certum eſt, ſed non alio ſenſu, quam quod *definitâ quâdam forma deſtituta ſit.* Hinc corporibus in certam quandam formam redactis vocabulum σωματος, materiæ vero indigeſtæ ὕλης tribuunt. ὕλη *ergò* ἀσωματος *idem* eſt ac ὕλη ἀσχηματιςος. Hinc Plotinus p. 310. ἐςι μεν ὀυν (ὕλη ſcilicet) ἀσωματος, ἐπειπερ το σωμα ὑςερον και συνθετον, και ἀυτη μετ᾽ ἀλλȣ ποιει σωμα. ὀυτω γαρ τȣ ὀνοματος τετυχηκε τȣ ἀυτȣ κατα το ἀσωματον, ὀτι ἑκατερον το, τε ὀν, ἡ τε ὑλη ἑτερα των σωματων. i. e. *Eſt igitur incorporea, quoniam corpus poſterius eſt atque compoſitum, & ipſa una cum alio complet corpus. Sic enim eandem appellationem ſecundum incorporeum genus ſortita eſt, quoniam utrumque ſc. Ens atque materia à corporibus diverſa ſunt.*

Quod

Quod ſi igitur *materia ſubſtantia eſt*, vel antequam eam Deus in ordinem digeſſit, libere tamen a Deo exornata fuit, ſequitur, Deum cum *materia nullo neceſſario vinculo conjunctum eſſe.* (*d*)

XVI. *Quar-*

(*d*) Si Cl. Gundlingius verba, quæ immediate excipiunt locum ex Porphyrio citatum, adducere voluiſſet, pulchrè perſpexiſſet, quo ſenſu Porphyrius dixiſſet, materiam eſſe οὐκ ὄν. Ita enim in hac ipſa ſententia XXI. loquitur: μικρον και μεγα, και ἧττον και μαλλον. ἐλλειπον και ὑπερεχον. ἀει γινομενον και οὐ μενον, οὐ δ᾽ ἀυ φευγειν δυναμενον. ἐλλειψις παντος του ὀντος. διὸ ὃ μεν ὃ ἐπαγγελλεται, ψευδεται. και μεγα φανταςθῇ, μικρον ἐςιν. i. e. *Parvum & magnum, item minus & majus: deficiens & excedens: quod ſemper fit, nec unquam permanet, neque tamen effugere elabique poteſt: defectus omnis entis. Ideoque quicquid promittit, mentitur, & ſi magnum eſſe videatur, parvum eſt.* Clarius adhuc mentem ſuam aperit Porphyrius Sect. 33. ita enim ex verſione Holſtenii loquitur: *Hæc de ſenſibili & materiali verè affirmantur: eſſe omnino extenſum ſeu diffuſum, eſſe mutabile, ſubſiſtere in alteratione, eſſe compoſitum, ipſum per ſemetipſum exiſtere, in loco & mole corporea conſpici, aliaque his ſimilia. At de vero Ente & per ſe ipſum ſubſiſtente hæc prædicantur: ſemper in ſemetipſo ſitum eſſe, eodem modo atque ſecundum idem ſe habere, ipſa ſubſtantia, in identitate conſiſtere, eſſe immutabile ſecundum ſubſtantiam, non compoſitum, nec diſſolubile, nec in loco, nec mole diſtenſum.* Ita Porphyrius plane ad mentem meam. Hinc Doct. Jeſuita Mourges Epiſtola 2. non ſolum exinde concludit, Deum nihil cùm materia commune habere; ſed & ex hac ipſa Platonicorum definitione materiæ probari poſſe, cauſam aliquam ſapientiſſimam, materiam in ordinem digeſſiſſe.

XVI. *Quartum argumentum, quo probavi, Platonem Deum materiæ vinculis non conſtrinxiſſe, deſumtum eſt, ex eo, quod mentem noſtram liberrimam eſſe dixerit, pœnæ ac præmii capacem, Deumque inſuper ab omnis mali culpa longiſſimè removerit.* Probavi denuo hanc meam theſin locis *Platonis, M. Tyrii, Juſtini M. Euſebii.* In ſyſtemate autem Spinozæ omnem libertatem exulare ſimul oſtendi. Quid ad hæc *D. Gundlingius?* Sect. L. multa contra argumentum hoc objicit, quæ ordine expendemus. *Verum tamen menti libertatem adſcribit Plato. Sic enim pergis. Spinoza Deum libertate privat. Poſtremum non prorſus veritati congruit. Spinoza abſolutam libertatem menti denegat, ſed determinari inquit a cauſis, ut ut poſitis cauſis pluribus, ad hoc ſeſe accingit, vel iſtud.* Mirum eſt à *Cl. Viro*, negari quæ *luce meridiana clariora ſunt.* Adeo certum eſt, Spinozam omnem libertatem menti detrahere, ut nemo hactenus *præter Gundlingium* in dubium vocârit. Non jam dicam, Spinozam adſerere, unicam dari tantum ſubſtantiam, ex qua neceſſariò omnia emanaverint; ſed ipſiſſima tantum Athei hujus verba adponam *adeo clara*, ut ſine *manifeſtiſſima detorſione* alium in ſenſum torqueri non poſſint. Eth. part. 2.

Propoſ.

propoſ. 48. ait: *In mente nulla eſt abſoluta, ſive libera voluntas; ſed mens ad hoc vel illud volendum determinatur à cauſa, quæ etiam ab alia determinata eſt, & hæc iterum ab alia, & ſic in infinitum.* *In Scholio* Demonſtrationi ſubjecto ita loquitur: *Eodem hoc modo demonſtratur, in mente nullam dari facultatem abſolutam intelligendi, cupiendi, amandi* &c. *Unde ſequitur, has & ſimiles facultates vel prorſus fictitias, vel nihil eſſe præter* Entia *metaphyſica ſive univerſalia, quæ ex particularibus formare ſolemus. Adeo ut intellectus & voluntas ad hanc & illam ideam, vel ad hanc & illam volitionem eodem modo ſeſe habeant, ut lapideitas ad hunc & illum lapidem, vel ut homo ad Petrum & Paulum.* Idem Schol. Propoſ. 35. *inquit: Falluntur homines, quod ſe liberos eſſe putant, quæ opinio in hoc ſolo conſiſtit, quod ſuarum actionum ſint conſcii & ignari cauſarum, a quibus determinantur. Hæc eſt ergo eorum libertatis idea, quod ſuarum actionum nullam cognoſcant cauſam. Hactenus* Spinoza. Si hæc *non ſufficiant* ad probandum, Spinozam omnem prorſus libertatem ſuſtuliſſe, neſcio quid ſufficiat. *Quid Plato?* (ita pergit D. Gundlingius) *illius anima, tum univerſalis, tum quæ eſt in ſingulis, ſubjacet fato, cum ſequitur propenſiones a cor-*

a corporis temperamento prodeuntes: quod eodem fere redit. Temperamentum cauſa eſt actionum multarum & res objectæ temperamento corporis convenientes. Etiam cogitatio cogitationem excitat & novam operationem generat: quin etſi mens vincat fatum ex accidenti, aliquid ſane in cauſa eſt, quare vincat. Unde Spinoza, Plato & Leibnizius, cum ſequacibus hac parte conſpirant: quorum neuter indifferentiam in definitione libertatis comprehendi exiſtumat, puta ut ſine cauſa prævia mens noſtra ſeſe determinet & αὐτεξουσίως. *Reſp.* 1. Exſpectavi teſtimonia Veterum, quibus probetur, *Platonem* omnem libertatem menti noſtræ ademiſſe. Contraria eaque evidentiſſima loca adduxi, quæ ſubvertenda fuiſſent. 2. Si concedam animam mundi mentemque noſtram, fato, ex ſententia Platonis obnoxias, nihil tamen lucrabitur *Cl. Gundlingius*, niſi prius probaverit, Platonem per fatum intellexiſſe, inevitabilem quendam & neceſſarium omnium rerum nexum, quo omnis contingentia ſubvertitur. At loca in Diſſertat. mea adducta aliud plane probant. 3. Temperamentum multum conferre ad actiones noſtras bene aut male exercendas, nemo neſcit: locum hoc habet non minus in ſyſtemate *Platonis*,

quam

quam *Gundlingii.* Omnes nos vi temperamenti, ad quasdam actiones peragendas aut magis aut minus proclives ſumus; quæritur tantùm, utrum libertas omnis propter temperamentum exulet; utrum inclinationibus iſtis prorſus nullâ ratione reſiſtere queamus. Hoc autem nec ex noſtra, nec *Platonis* ſententia ſequi adſerimus. Recte *Plotinus Ennead. II. Lib.* 3. *Sect. XV.* pag. 145. ὀ γαρ δη νομισεον, τοιοτον ειναι ψυχην, οιον οτι αν εξωθεν παθοι, ταυτην φυσιν ισχειν, μονην των παντων, οικειαν φυσιν ουκ εχουσαν. αλλα χρη προτερον αυτην, η τα αλλα, ατε αρχης λογον εχουσαν, πολλας οικειας δυναμεις προς ενεργειας τας κατα φυσιν εχειν. ου γαρ δη οιον τε ουσιαν ουσαν μη μετα του ειναι και ορεξεις και πραξεις και το προς το ευ κεκτησθαι. i. e. *Non enim exiſtimandum eſt, animam eſſe talem, ut ipſa duntaxat qualemcunque ab externis acceperit paſſionem, talem reportet naturam, perinde ac ſi propriam naturam non poſſideat; ſed oportet ipſam multo priusquam alia, utpote quæ principii habeat rationem, multas merito vires proprias ad naturales actiones explendas habere. Fieri namque non poteſt, ut cum eſſentia ſit, non poſſideat inſuper una cum eſſe appetitiones & actiones, facultatemque ad bene vivendum.* Taceo alia loca, quæ magno numero ad-

duci poſſent, ſi neceſſe eſſet. Quod ſi *Cl. Gundlingius* putat, ex totius *Philoſophiæ Platonicæ nexu* demonſtrari poſſe, omnem libertatem ſubverti, audiam lubens rationum illarum pondera. *Sed cogitationem cogitatio excitat*, inquit *D. Gundlingius*. Sed quid hoc ad rem? num propter collationem & ſucceſſionem cogitationum libertas tollitur? num agere poſſumus convenienter rationi, ſine ratiocinatione id eſt idearum collatione? 4. Supra jam dixi, me litem, quæ quibusdam intercedit cum *Illuſtribus Philoſophis Leibnizio & Wolfio*, meam facere nolle, injuriam tamen iis fieri credo, quando cum *Spinoza* idem ſentire perhibentur. Quæſtio mihi eſt de *Platonis* & *Spinozæ* circa libertatem ſententia, non item aliorum. Interim dum *Cl. Gundlingius* probare vult, Platonem Spinozæ ſententiæ addictum *contrariantia* loquitur: nimirum aſſerit, mentem *aliquando vincere fatum* ex ſententia Platonis, annon autem hoc idem eſt ac dicere, *mentem aliquando libere agere, aliquando non item?* num in ſyſtemate *Spinozæ* mens fatum vincere poteſt? an *aliter* agere, quam uti ex natura divina omnia *neceſſario* ſequuntur? an inevitabilis rerum omnium neceſſitas locum habet ſecundum ejus ſententiam, qui

aſſerit,

aſſerit, mentem aliquando fatum vincere? Sed ad alia confugit *D. Gundlingius:* quod *Spinoza inquit decretis divinis, id Plato cum ſuis fato tribuunt, quod eſt decretum & verbum mentis ſuperæ, ab animo mundi, ſeu mente inferiore executioni dandum. Ab hoc decreto immutabili pendet animarum in corpora deſcenſus: ubi neceſſario peccant ob corporis & ſenſuum illecebras, etſi aliquando ſibi, ob varias cauſas intervenientes, ab illis temperent.* Si per *Decreta Dei* intelligantur *libera mentis* præſtantiſſimæ *Conſilia* ſuo tempore executioni danda, tum *probari vellem,* eo ſenſu a Spinoza admiſſa fuiſſe decreta. Qui enim aſſerit omnia neceſſario e natura divina ſequi, ille libera decreta admittere nullo modo poteſt. Quod ſi *Plato Fati nomine* intellexit Decretum *mentis ſuperæ,* uti contendit ipſemet *Gundlingius,* tum prorſus diverſum ſentit a Spinoza, ſive jam Deus immediate exequatur voluntatis ſuæ decretum, ſive per animam mundi aut dæmones præſtari velit, quod vult. Neque quicquam etiam ad *libertatis deſtructionem* facit, quod vi alicujus Decreti mentes in corpora deſcendant ex mente *Platonis*, nos etiam ſtatuimus, mentes aut ſimul cum mundo creatas, aut noviter in lucem editas vi Decreti

divini in exigua noſtra corpuſcula immitti; ſed inde minime efficitur, mentes ideo libertatem ſuam amittere. Neque etiam *neceſſario*, quod contendit *D. Gundlingius*, ob corporis & ſenſuum illecebras, peccant; & nos corpus habemus, qui pleniſſimam libertatem tamen menti concedimus, cujus illecebris mens præpeditur, quo minus verum cernere & virtutem amare poſſimus. Sed nec ideo mentis libertate privati ſumus: ſponte enim ſequimur ea, quæ pravis animi ſtudiis grata ſunt; & variis mediis, quo minus iis obſecundemus, uti licet. Quod ſi mentes corporis ſervitio prorſus ſubjacerent, quomodo *aliquando libertate omni* deſtitutæ, ſibi ab *illecebris ejus temperare poſſent?* & quem in finem illæ *purgationes*, quas tantopere commendat Plato, ſi alienis nervis mobili ligno ſimiles eſſent mentes noſtræ? cur των νοητων jugem contemplationem, *abſtinentiam a corporis nimia cultura*, *virtutis ſtudium*, *mathematicarum diſciplinarum amorem* inculcaret, tanquam purgandæ mentis præſtantiſſima adminicula? ſed quid opus verbis, ubi adſunt perſpicua Veterum teſtimonia. Max. Tyr. Diſſert. 25. p. 263. edit. Daviſ. τȣτον δε της ἀνθρωπινης ἐνδειας προς το θειον ἐξευρε θεος τροπον, ἐπιθεις την ψυχην γηϊνῳ σωματι,

σωματι, ὡς ἡνιοχον ἁρματι, καὶ παραδὲς τας ἡνιας τῳ ἡνιοχῳ, ἀφηκε θειν. ἐχεσαν μεν παρ' αὐτε ῥωμην τεχνης, ἐχεσαν δε καὶ ἀτεχνιας ἐξεσιαν. ἡ δε ἐπειδαν ἐπιβῃ ἁρματων, καὶ λαβηται μεν ἡνιων, ἡ μεν εὐδαιμων καὶ μακαρια ψυχη, μεμνημενη τε ἐπι το ὀχημα ταυτην ἐπιβιβασαμενε θεε καὶ ἡνιοχειν προσταξαντος, ἐχεται των ἡνιων καὶ ἀρχει τε ἁρματος, καὶ κολαζει τας των ἱππων ὁρμας. i. e. *Id vero quo humana a divina vinceretur natura, tale excogitavit Deus. Animam mortali corpori impoſuit, tanquam aurigam plauſtro: traditisque auriga in manum habenis, curſu ſuo ferri permiſit, vim ille praterea roburque addidit, ut vel arte ſuâ uti poſſet, ſi vellet, vel abuti, ſi mallet. Ibi felix, & quam vere beatam dicas, anima memor illius a quo plauſtro impoſita eſt, franosque accepit, nimirum Dei, habenas manu arripit, currum regit, impetumque caſtigat equorum. Ita* ſimiliter loquitur *Plato de Republ.* Lib. II. p. 430. *Jamblich.* Sect. VIII. cap. VII. *Idem* in Protrept. pag. 8. *Plotinus* pag. 735. 737. 233. *Hierocles apud Phot.* Cod. 251. p. 1385. aliique, quorum teſtimonia adducere in re clariſſima non lubet. *Enim vero (ita pergit D. Gundlingius) nec Plato aliâ viſione melior videtur. Humana enim anima divina ſoboles eſt. Quæres igitur, quare divinum non domet mortale? & aqua*

harebit veteris Academiæ Conditori, quemadmodum Spinozæ, cum interrogationibus urgetur. Adde, quare itaque puniantur animæ, quæ ipſamet ſunt Deorum & mentis inferioris portio? deſpero, reſponſionem me percepturum, quæ ſatisfaciat. Reſpondeo 1. de origine mentis humanæ ex ſententia Platonis heîc loci quæſtio non eſt. Nec *Timæus Locrus*, nec *Plato* adſerunt perſpicue, mentes ex *divina natura* primi principii *decerptas* eſſe, ſed *per animam mundi* in corpora immiſſas. De quo infra accuratius inquiremus: quod ſi ex Deo vel anima mundi orta ſit ex mente *Platonis*, tum quæritur, quomodo illa libertate abuti potuerit ad malum perpetrandum; ſupponitur itaque jam mentis libertas, de qua proprie quæſtio eſt; quando enim de mali moralis origine Plato & ſequaces loquuntur, tum ad liberam mentis a bono, rectoque, ſeceſſionem confugiunt, corpus item, ſenſuum deceptiones, adfectuum æſtum, in cauſa dicunt eſſe depravatæ mentis. Non domat itaque divinum mortale, quia mens illa divina libera eſt, & ad bonum non minus, quam malum inclinare poteſt, puniuntur denique cum libertate ſua abuſæ ſunt. Sed ita, ais, Deus ſe ipſum puniret; at probandum prius eſt, mentes a

Deo

Deo ortas ex ſententia *Platonis partes eſſe Eſſentiæ divinæ diviſibilis, & partibus conſtantis.* Sed de hac re mox infra pluribus agemus. Hoc tantum dicimus, Plotinum Ennead. IV. part. 3. cap. 1. & ſequentibus negare, animam noſtram animæ mundi partem eſſe. Hinc Sect. VII. p. 376. ita ait: *Quod autem in Philebo dictum ſuſpicionem inducit, ne forte animæ omnes ſint mundanæ animæ partes, non id quidem ſibi vult, quod aliquis opinatur, ſed quod potiſſimum tum ei conducebat, ſcilicet animatum eſſe mundum. Hoc enim comprobare ſtudens, inquit, abſurdum eſſe, cœlum inanimatum dicere, cum nos, qui corpus mundani corporis partem habemus, animam habeamus. Quo enim pacto pars animam habuiſſet, ſi totum eſſet inanimatum? ſententia verò Platonis liquet potiſſimum in Timæo: ubi facta jam anima mundi, deinceps aliæ oriuntur in eadem patera: quâ & illæ commixtæ, eique conformes, differentia vero illorum, per ſecundos tertiosque gradus aſſignat. Quod autem in Phædro dicitur, omnem animam totius inanimati curam habere: quid mirum? nam quid aliud naturam corporis gubernat, ordinat, facit, niſi anima? Hactenus Plotinus.* Quemadmodum igitur nos malum morale repetimus ex notione ſubſtan-

tiæ, quæ naturâ ſuâ libera eſt; ita ſimiliter *Plato*, & ſequaces argumentabantur. Ortus verò mentium humanarum in omni fere ſyſtemate plane obſcurus eſt.

XVII. *Nec præſidio eſt Zimmermanno* (ita in eadem pag. 250. pergit *D. Gundlingius*) *Platonem non auſum Deum venditare pro peccati auctore. Id enim Chryſippus auſus eſt neutiquam, Stoicus Severus, Jovem alioquin ipſum fati legibus ſubjiciens.* De *Stoicorum* circa hoc caput ſententia, hic agere nolo, prolixè hanc materiam excuſſi, in Diſſert. *de Fato Stoicorum primo tomo Muſei Bremenſis inſerta.* Cum autem quidam, mentem meam haud rite ceperint, & male interpretati ſint, hoc loco dicam, quis ſcopus fuerit meus. Minime ſcilicet probare volui, Stoicos hac in parte ab omnibus erroribus immunes eſſe, nolui etiam hoc ſpecimine oſtendere, quâ ratione divinæ Providentiæ bonitas, & juſtitia, ſecundum opinionem meam probari & defendi poſſit: Sed hoc tantum: communem & receptam Virorum Doctorum ſententiam, adſerentium, omnia inevitabili neceſſitatis vinculo ſecundum Stoicos conſtricta, non eſſe ſuperſtructam *certis & immotis rationibus*, atque adeo ex ipſis Stoicorum decretis & principiis parum

accu-

accuratè & diverſimodè poſitis duo contraria ſyſtemata conſici poſſe, in quorum uno, ferrea illa neceſſitas exularet, alterum, quod a Spinozæ ſententia circa hanc materiam remotum non eſſet. Et prioris quidem ſyſtematis ſpecimen exhibere volui in dicta Diſſertatione. Cæterum ab eorum opinione, qui irrevocabilem omnium rerum neceſſitatem inducunt, omnemque libertatem Dei & mentis noſtræ tollunt, per omnem vitam abhorrui, & adhucdum abhorreo. *Platonem* interim Deum nulli neceſſitati ſubjeciſſe, clariſſimis teſtimoniis probavi, quæ, cum nihil contra ea adferat Gundlingius, repetere nolo. Interim contendit, Platonem dixiſſe, Deum non eſſe Auctorem peccati metûs causâ, ſi nexum autem ſyſtematis inſpiciamus, ſequi duriſſimam hanc conſequentiam. Vellem ut *Cl. Gundlingius* perſpicuis hoc argumentis demonſtraſſet. Fateor me adhucdum nondum perſpicere poſſe, quomodo ex principiis Philoſophiæ Platonicæ hic error ſequatur. Malum eſt vel *Morale* vel *Phyſicum*. *Phyſici* Auctor Deus *Platonis* non eſt; ſed *materia*. Quandoquidem enim materiæ æternam ſubſiſtentiam agnovit, & in eam κατα δυναμιν, quoad illa pateretur, tantùm vim ſuam exeruit, ſequitur

quitur neceſſariò materiam, non Deum, cauſam mali phyſici dicendam, quæ, quominus, quæ vellet, efficere poſſet, obſtitit. Neque adeo aliter *Plato* in dialogis phyſicis locutus, aliter cum de legibus ageret. *Malum* morale verò ubique repetit ex mentis humanæ prava indole, & inclinatione ad vitia. Spinozæ autem ſyſtema ita comparatum eſt, ut quamcunque in partem te vertas, libertatem tamen nullibi deprehendas.

XVIII. *Quintum argumentum Diſſertat. mea Sect.* 10. *allatum, ad probandum, Platonis Deum cum materia conjunctum haud eſſe, deſumſi ab opinione Platonis de interitu mundi. Aſſeruit enim, mundum non neceſſitate natura ſua, ſed voluntate Dei permanſurum.* Ad hoc probandum evidentiſſima *Platonis*, *Plutarchi*, *M. Tyrii* adduxi loca, eaque Sect. XIX. contra exceptiones *D. Gundlingii* vindicavi. Hanc meam argumentationem enervare vult Sect. CCI. *Exiſtimat is, (ita Gundling.) Platonis mundum, ſicuti liberrimo arbitrio conditus, ita eadem libertate illum iri diſſolutum, idque Sophum ſuum in Timao clariſſimis verbis ſtabiliviſſe. Ego ſi liberè ſonet, nemine cogente, ambabus manibus largior, quod dicitur: ſic enim liberè quoque mundum productum*

agno-

agnoſcit Spinoza; ſin contra conſultatio tribuitur Platonis Numini, atque hanc conſequens arbitraria electio, repugno. Reſp. Eadem D. Gundlingius repetit ſemper, perſpicua tamen loca Veterum omittit, quaſi de themate, quod ſolâ ratiocinatione eſſet ſolvendum, quæſtio eſſet. Platonis Deus, uti ſupra jam probavi, *libere* pulcherrimarum rerum ſeriem, quam mundum vocamus, fecit, *libere*, inquam, nulla vel intrinſecâ vel extrinſecâ neceſſitate coactus, *libere*, ita, ut potuiſſet immenſam illam, & indigeſtam molem, per omnem æternitatem negligere. Hæc autem ſine *prævia* mentis nobiliſſimæ *conſultatione*, nequidem concipi poſſunt. Erat Deo præſens mundus aliquis intelligibilis, hunc mundum contemplabatur Deus. Vidit materiam rudem eſſe, & indigeſtam molem; ordinem confuſione præſtare exiſtumavit; bonitate denique commotus animum ad materiam hanc in ordinem redigendam adjecit. Hæc totidem fere verbis in Timæo extant. Ubi autem eſt idearum jugis contemplatio, voluntatis libera ad exequendum opus inclinatio, ibi ſane omnium hominum conſenſu conſultatio locum habet. At nec reſpectu Dei, neque reſpectu æternæ materiæ ulla condendi mundi fuit neceſſi-

neceſſitas; ergo cauſam conditi hujus mundi præter liberam Dei voluntatem, ex mente Platonis, oſtendere non poſſumus. Inſpiciantur jam loca in *Diſſertat. citata* & perſuaſſiſſimus ſum, ea probare hanc meam ſententiam. *Illa bonitas* (ſic denuo pergit D. Gundling.) *quam potiſſimum urget defenſor, neceſſarium Dei attributum eſt, eaque, ſi impulit eum, neceſſario impulit, impulit ab æterno, cum nunquam non ſit bonitas in ipſo, nec momentum concipi queat, quo a bonitate poſſit deficere, aut eam non exercere. Unde potius concludendum, mundum Platonicum eſſe neceſſario atque ab æterno conditum, quia fieri nequit, quin Deus ſit optimus, perfectiſſimus, nemini noxius, nulli invidus, omnibus commodus.* Ludit *Cl. Gundlingius* in *vocabulo Bonitatis*: hæc vox apud Philoſophos aliquando ſumitur *pro attributo divino eſſentiali*, aliquando autem & plurimum *relativo*. Denominatio petita eſt ab hominibus, qui ardenti ſtudio feruntur, aliorum commodis ut inſerviant. Et notat idem, quod Benignitas, Beneficentia. Quod ſi Deus nullum mundum, nullos homines creare voluiſſet, ſed in ſumma, qua gaudet, felicitate permanere, *vulgari ſenſu bonus* dici non potuiſſet, nullum enim fuiſſet objectum extra Deum, cui benefacere

neſacere potuiſſet. Deinde ſumitur hæc vox pro *Omniſufficientia* Dei, per quam omnis perfectionis fons eſt. Et hoc ſenſu ſine dubio bonitas Dei eſſentiale attributum eſt. Quocunque ſenſu hoc vocabulum ſumat *Cl. Vir*, nihil tamen ad ſententiæ ſuæ defenſionem aut præſidium facit. Plato ſupponebat materiæ æternitatem, eam uti rudem indigeſtamque molem contemplabatur; ordinem confuſione præſtare judicabat; aderat pulcherrimum exemplar, animus item efformandi mundi pulcherrimi. At his omnibus tamen poſitis, nulla abſoluta aderat neceſſitas, ab æterno jam bonitatem ſuam demonſtrandi. Voluntas Dei attributum Dei eſt eſſentiale, adeoque neceſſario ad Dei naturam pertinens; ſed uti voluntatis ſuæ decreta exequatur ab æterno neceſſe non eſt. Libertate enim & ſapientia inſtructus eſt ſuo tempore omnia efficiendi. Secundum nos Deus in tempore creavit mundum, erat tamen ab æterno bonus, optimum etiam ab æterno voluit. Quod ſi omnia, quæ tanquam bona conſideravit, neceſſario ab æterno facere debuiſſet, mundus cum omnibus creaturis etiam & quidem neceſſario fieri debuiſſet. Sed pone mundum ex mente *Platonis* ab æterno condi-

conditum nihil tamen hoc ponderi argumenti noſtri detraheret. Quæritur, utrum *voluntate Dei optimi* mundus ſiquidem deſtruendus eſſet, deſtruatur, aut ſi permanſurus eſt, *Deo volente* conſervetur. Quod ſi *voluntate Dei* alterutrum horum futurum contendas, patet, mundum *non neceſſario* aut periturum, aut permanſurum, ſed *volente Deo*. Atqui Plato adſerit, mundum *Deo volente* permanſurum, duratio igitur ejus non in abſoluta mundi æternitate, ſed perpetua, conſtantiſſima, & optima voluntate ejus quærenda eſt, qui fecit mundum vel in tempore, vel ab æterno. *Plato, ita pergit Antagoniſta, ut hiſtoriam rerum naturalium poſſet contexere, ἀνθρωποπαθῶς omnia effert, & per circuitum, quod Spinoza apertius explicat, perfectionem loco bonitatis ſubjiciens, unde neceſſario omnia profluxiſſent.* Sed mera eſt hæc ſuppoſitio, quam multis refellere nolo; adparet enim, auctorem ſine neceſſitate τῇ ὑποθέσει δουλεύειν. Eâdem ratione probabo, mundum ex mente Chriſtianorum abſolutè æternum & neceſſarium eſſe. Deus nempe habuit omnium rerum ideas, habuit notionem mundi optimi, optimum bonitate naturæ adpetit & vult, Moſes ἀνθρωποπαθῶς omnia deſcribit. Ergo mundus ab æterno ſecun-

ſecundum ſententiam Chriſtianorum conditus, imo æque neceſſarius eſt, ac bonitas Dei neceſſarium ejus attributum eſt. Sed quis non perſpicit imbecillitatem hujus ratiocinii? ſed ablegat me *D. Gundlingius ad Sect.* 149. *diſſertat. ſua.* Pareamus ei. *Cæterum,* inquit ibi, *idem Spinozæ Deus omnium rerum eſt cauſa, isque ex abſoluta libertate voluntatis operatur, a nemine coactus, ſed a ſe ſolo determinatus: quæ libertatis apud Spinozam reperitur definitio: cui dein innititur Propoſ. XVI. ubi omnia ex neceſſitate divinæ naturæ ſequi dicuntur. At ſuperficiariâ attentione Spinozam legit iſte, eumque vix intelligit. Nam in Propoſ. XVII. indicat Judæus, ex neceſſitate divinæ naturæ ſonare ex perfectione divinæ naturæ. Ex quo conſit, Spinozam adſeverare, Deum liberè non coactum, ac ſola perfectione ſuâ impulſum egiſſe, & dum egit, decreviſſe. Idem Plato cantitat in Timæo: egit, inquit, Deus quia bonus eſt: nihil eum extrinſecus movet: ſed ſola perfectio fecit ut ageret; & ſimul decerneret. Decreta autem ejus ſunt immutabilia, hinc manat Propoſit. Spinozæ* XXXIII. *Deum aliter non potuiſſe creare mundum, quam decrevit. Cauſalis Spinozæ locutio eſt: quia decrevit ſic creare, aliter non potuit creare, ne Deus fiat mutabilis, aut plures oriantur Dii, diverſa volentes.*

lentes. Jam videat Zimmermannus, an Plato crediderit, alium potuiſſe a Deo ſuo effici mundum, quam voluit? Hactenus *Gundlingius.* Crediderim *Illuſtri Polybiſtori*, aut aliud *Exemplar Ethicæ Spinozæ* ad manus fuiſſe, dum hæc ſcriberet; aut nimio *vincendi ſtudio abreptum*, lectores, qui raro inſpiciunt teſtimonia, ad quæ provocatur, decipere voluiſſe. Inſpectione ſolum opus eſt ad falſitatem dictorum redarguendam. 1. Ait Spinozæ Deum ex abſoluta libertate voluntatis operari, & huic adſertioni inniti Propoſit. XVI. At hoc aperte falſum. Inter *definitiones*, quas Ethicæ ſuæ præmiſit, *ſeptima* hæc eſt: *Ea res libera dicetur, quæ ex ſola ſuæ naturæ neceſſitate exiſtit, & a ſe ſola ad agendum determinatur.* Hujus autem libertatis dein ne verbo quidem meminit, usque ad Coroll. Propoſit. XVII. quæ autem Propoſitionem XVI. antecedunt, aliter longe ſonant, quam vellet *D. Gundlingius. Propoſ. XIV. ita ſonat: Præter Deum nulla dari, neque concipi poteſt ſubſtantia.* Propoſ. XV. *Quicquid eſt, in Deo eſt, & nihil ſine Deo eſſe, neque concipi poteſt.* XVI. *Ex neceſſitate divinæ naturæ infinita infinitis modis (hoc eſt omnia, quæ ſub intellectum divinum cadere poſſunt) ſequi debent.* Ex Propoſitionibus illis conſtat, demonſtratio *Propoſ.* XVII. quæ

talis

talis eſt: *Deus ex ſolis ſuæ naturæ legibus & a nemine coactus, agit. Demonſtratio. Ex ſola divinæ naturæ neceſſitate, vel (quod idem eſt) ex ſolis ejusdem naturæ legibus, infinita abſolute ſequi, modo Propoſ. 16. oſtendimus, & Propoſ. XV. demonſtravimus, nihil ſine Deo eſſe, nec concipi poſſe; ſed omnia in Deo eſſe; quare nihil extra ipſum eſſe poteſt, a quo ad agendum determinetur, vel cogatur, atque adeo Deus ex ſolis ſuæ naturæ legibus, & a nemine coactus agit.* Q. E. D. *Coroll.* 1. *Hinc ſequitur* 1. *nullam dari cauſam, quæ Deum extrinſecè vel intrinſecè, præter ipſius naturæ perfectionem, incitet ad agendum. Coroll.* 2. *Sequitur* 2. *ſolum Deum eſſe cauſam liberam. Deus enim ſolus ex ſola ſuæ naturæ neceſſitate exiſtit, & ex ſola ſuæ naturæ neceſſitate agit, adeoque ſolus eſt cauſa libera. Quis non videt, naturæ neceſſitatem, naturæ leges, naturæ perfectionem idem* denotare, atque adeo omnia ex *naturæ neceſſitate* clariſſime *repeti?* quæ omnem libertatem ſubvertunt. Ubi autem Plato unquam talia dixit? Voluntatis ſanè bonitas, & naturæ neceſſitas, non idem ſunt. Nihil extrinſece Deum Spinozæ ad agendum ſtimulat, quia ipſe ſolus *omnia eſt; ſolus ſubſtantia.* Extra Platonis Deum erat æterna materia. Deus Platonis boni-

tate inductus egit: Deus Spinozæ *perfectione naturæ*, id eſt, ut ipſe explicat, *natura neceſſitate*. *Nulla* igitur *libera decreta* in Deo locum habent *ex mente Spinozæ*. Falſiſſimum igitur denuo Propoſ. Spinozæ XXXIII. ſuperſtructam eſſe decretis divinis. Propoſ. XXXII. ita ſonat: *Voluntas non poteſt vocari cauſa libera, ſed tantum neceſſaria.* Coroll. I. *Hinc ſequitur, Deum non operari ex libertate voluntatis.* Coroll. II. *Sequitur ſecundo voluntatem & intellectum ad Dei naturam ita ſeſe habere, ut motus & quies; & abſolute ut omnia naturalia, quæ a Deo ad exiſtendum & operandum certo modo determinari debent.* Propoſit. XXXIII. autem ita ſonat: *Res nullo alio modo, neque alio ordine, a Deo produci potuerunt, quam productæ ſunt.* Quis autem eſt, qui non candorem in *D. Gundlingio* deſideret, dum ait, Propoſ. XXXIII. ita ſonare. Deus aliter non potuit creare mundum, quam decrevit? *Si hæc citandi ratio valet, quidlibet probandum ſuſcipiam.* De adplicatione Propoſit. illarum nihil dicam. Satis enim ſuperque oſtendi, Platonem hac in parte a Spinoza longiſſimè recedere. Nam quod Sect. CI. urget, plane oſtendit, impoſſibile eſſe per legitimas ratiocinationis leges oſtendere, mundum ex mente Platonis

nis neceſſario permanſurum vi naturæ ſuæ. *Diſſolutio, inquit, mundi nec eventura eſt, nec fieri poteſt.* Cur tandem? *Eſt enim, inquit, hoc opus Platonis opinione pulcherrimum; quo nihil perfectius poſſit excogitari. Perfectiſſimum autem τἀγαθὸν non certe deſtruet, quod ipſum illud eſt perfectiſſimum: eoque neceſſariò conſiſtet, atque exiſtentiam retinebit ſuam. Ex quo claret, nimis moleſtum eſſe Zimmermannum, nimis litteralem, dum illud* ἐμῦ θελοντος *pertinaciter urget. Neque enim poteſt Platonicum Numen velle, ut præſtantiſſimum deſtruatur.* Si omnia hæc concedam *D. Gundlingio*, nihil tamen hoc ad ſententiæ meæ deſtructionem, facit. Fac permanſurum mundum, neque unquam ex mente Platonis deſtructum iri, num ideo ſequitur, hoc *neceſſariò* futurum, & *ſine voluntate Dei? Apertè* dicit *Plato*, permanſurum mundum Θεῦ θελοντος, *aperte* Deus Πατὴρ ϗ Δημιȣργος rerum omnium dicitur, *aperte* omnia illa opera dicuntur ἄλυτα ἀυτȣ θελοντος; dicitur *voluntas Dei, præſtantiſſimum illud vinculum*, quod colligaturum eſſet mundum. εἷς μεν ὢν ὅδε ὁ κοσμος δαιμονιῳ δεσμῷ το ἀναλογον ἐςιν. i. e. *Unus igitur hic mundus felicis cujusdam & plane divini vinculi proportione conſiſtit, inquit T. Locrus de Anima Mundi*, p. 555. Non

littera igitur *inhæreo*, ſed *ſenſum Platonis* ſequor. Sequor præſtantiſſimos Viros *T. Locrum*, *Laërtium*, *Plutarchum*, *M. Tyrium*, omnesque, qui dogmata Platonis explicuêre. Jubet me ita explicare Platonizæ Philoſophiæ univerſa facies: In ſyſtemate Spinoza nil tale locum habet. το παν, quod Spinozæ Deus, uti neceſſitate quâdam inevitabili ortum, ſic omnia permanebunt. *Nullus* eſt in hoc ſyſtemate ab aſpectabili rerum univerſitate longe diſcretus *Mundi Rector*, cujus beneficio permanere poſſit. *Chriſtiani, ita pergit D. Gundlingius, aliter rationes ineunt, qui novum & meliorem orbem a Deo iri conditum, perſuaſum habent, quod Plato non credidit in formoſiſſimo animali ſuo mentem oculosque mirifice defigens.* Sed quid inde? num quod Plato de novo cœlo terrisque nil novit, aſſeruit mundum vi naturæ ſuæ permanſurum? non putaverim. Quemadmodum pulcherrima illa rerum ſeries ex mente Chriſtianorum futura eſt *volente Deo*, ſic mundus itidem Platonis a Deo libere conditus, permanſurus eſt *volente Deo*. *Quæ res facit, (denuo loquitur D. Gundlingius) ut ex hypothetica neceſſitate minimum ſit conſtiturus mundus, atque interiturus nunquam. Quod ſi vero neceſſitate abſoluta conditus foret,*

ret, abſolutâ quoque neceſſitate permanſurus eſſet. Mira hæc eſt *ingenioſiſſimi Viri* ratiocinatio. In antecedentibus voluit probare, *mundum neceſſario* extitiſſe, materiam e ſinu Dei propulſam, Platonemque idem cum Spinoza ſentire. Jam autem mundum *neceſſitate hypothetica* ex mente Platonis indiſſolubilem fore tuetur. At hæc *ipſa aſſertio* cum Spinozæ ſententia e *diametro pugnat.* Is enim *abſolutam neceſſitatem* mundi profitetur. Quod ſi igitur *hypothetica neceſſitas* locum habet, *ſequitur* quàm clariſſime, mundum a Deo originem habere; *ſequitur* mundum abſolute neceſſarium haud eſſe: *ſequitur* mundum cum Deo unicam ſubſtantiam non abſolvere, atque adeo totum *D. Gundlingii ſyſtema falſum & effictum eſſe. Hypotheticam* enim *neceſſitatem* a voluntate Dei dependere omnes norunt. Quæ de anima mundi adjicit, nihil plane ad rem faciunt. Quærit enim, quid factura eſſet anima mundi adaptata & deſtinata huic univerſo, Deo volente mundum perdere. De hoc ego ſollicitus non ſum; curent hæc noſtri, ſi velint, Nepotes. Sufficit, quod mundus, Deo ita volente, ex ſententia Platonis permanſurus ſit. Quo anima mundi menteſque migraturæ eſſent, quæque domicilia habi-

 turæ

turæ eſſent, deſtructo mundo, quærendum eſſet ex Platone ipſo.

XIX. *Ultimum tandem argumentum, quo Spinozam a Platone diſſentire probavi, petitum eſt, a provida & ſapientiſſima Dei cura, quâ Deus ex mente Platonis huic univerſo proſpicit.* Adduxi ad hanc aſſertionem confirmandam, loca *Platonis*, *Apuleji*, *Max. Tyrii.* Sect. VIII. differt. meæ clariſſima ſimul adduxi Veterum loca, adſerentium, Platonem aliquid materiæ neceſſitati, aliquid libertati noſtræ tribuiſſe. Omnia tamen ſimul unius ejusdemque ſapientiſſimi & potentiſſimi Rectoris Imperio ſubjeciſſe: ea loca denuo in medium proferre, & dicta repetere nolo. Præſertim, cum *D. Gundlingius*, neglectis perſpicuis locis, quæ ſemper adducenda eſſent, ex meris ratiocinetur ſuppoſitionibus. Omnia ex ſententia Platonis Fato fieri probare vult, neque interim loca Veterum de fato ex Platonis mente adducit. *Per Providentiam* (utor verbis Apuleji de Dogmat. Plat. p. 374) *intelligit Plato, divinam ſententiam conſervatricem proſperitatis ejus, cujus causâ tale ſuſcepit officium. Fatum divinam legem eſſe, per quod inevitabiles cogitationes Dei, atque incepta complentur. Unde ſi quid Providentiâ geritur, id agitur etiam Fato, &*

quod

quod Fato terminatur, Providentiá debet ſuſceptum videri. Per neceſſitatem intellexerunt, definiente Plutarcho: ὅτε μὲν τὴν ὕλην, ὅτε δὲ τὴν τὰ ποιοῦντος πρὸς τὴν ὕλην σχέσιν. *de Plac. Philoſoph.* Lib. I. cap. 26. *Agnoſcit* igitur *Plato* 1. Mentem ſapientiſſimam a mundo diſcretam. 2. Eam ſecundum λογον, ſeu rationes & leges agere. 3. Rerum progreſſum radicatum eſſe, in provida Dei Cura. 4. Materiam ipſam divinæ Providentiæ nutui obtemperare. Hæc ſane inevitabilem & cæcum rerum omnium nexum prorſus tollunt. Unde quid de definitione *Gundlingii*, quam p. 241. Sect. 46. adfert, judicandum ſit, facile patet. *Fatum, inquit, eſt decretum mentis divinæ, ad quod tanquam cauſam remotam, omnia redeunt, etiamſi proxime quædam fiunt ab hominibus, & libere fieri creduntur, aut etiam fortuito.* Mera hæc nituntur ſuppoſitione, nullis teſtimoniis firmatâ: innuere vult, omnia ex Deo ſequi, & libertatem dicis causâ a Platone aſſeri. Sed hæc aſſertio & *cum teſtimoniis Veterum*, & *cum Syſtematis Platonici harmonia pugnat. Teſtimonia Veterum* adduxi pag. 862. in quibus clariſſimè adferunt, Platonem non *omnia fato* tribuiſſe, ſed *libertati* multum conceſſiſſe. Idem omnes Platonici ingeminant.

Ita Plotinus p. 274. 145. 141. 735. 734. Hinc pag. 231. Aſtrologorum fatum rejicit, quod libertati inimicum ſit. *Pugnat cum univerſa Philoſophiæ Platonicæ indole.* Omnia enim circa quæ divinæ Providentiæ cura ex mente Platonis verſatur, vel ad *corpora*, vel ad *mentes referri poſſunt. Mentes* ſecundum Platonem ad male agendum neceſſario impelli non poſſunt, ſed intrinſecâ ſuâ naturâ, vim habent, pro objectorum deſideriorum varietate agendi. In *corpora* Deus ex mente Platonis non tantum, quantum vellet, imperium habet. Ergo nulla hic abſoluta locum habet neceſſitas. Provocat tamen *ad Cic. Acad. L. I. Sect. VII.* de animo mundi ex mente veteris Academiæ ita loquentem: *Partes autem eſſe mundi omnia, quæ inſint in eo, quæ naturâ ſentiente teneantur: in quâ ratio perfecta inſit, quæ ſit eadem ſempiterna. Nihil enim valentius eſſe, à quo intereat, quam vim animum eſſe dicunt mundi, eandemque eſſe mentem ſapientiamque perfectam: quem Deum appellant, omniumque rerum, quæ ſunt ei ſubjecta, quaſi prudentiam quandam, procurantem cœleſtia maximè, deinde in terris ea, quæ pertinent ad homines: quam interdum neceſſitatem appellant: quia nihil aliter poſſit, atque ab ea conſtitutum ſit, inter quaſi fatalem & im-*

& immutabilem continuationem ordinis ſempiterni: nonnunquam quidem eandem fortunam, quod efficiat multa improviſa hac, nec opinata nobis propter obſcuritatem, ignorationemque cauſarum. Ita Cicero. Sed quid tandem ex hoc loco *Ciceronis* ſequitur? audi *D. Gundlingium:* unde, inquit pag. 242. conſequitur, *ut illa mens inferior, quæ eſt in mundo, ejusque partibus, provideat cunctis, cui iterum aliæ miniſtra ſunt; dæmones, atque intelligentiæ, etiam infra lunam.* Sed ſi hanc conſequentiam admittam, quid lucrabitur *Illuſtris Vir?* num inde ſequitur, ergo in ſyſtemate *Platonis* omnia brutæ ſubjacent neceſſitati? num libertas omnis exulat? num quod animus mundi Rectori omnium rerum ſubjacet, ejusque Decreta exequitur provida Dei cura ceſſat? num ideo omnia neceſſaria ſunt, quod mens illa mundi perfecta, ſapiensque aliquando neceſſitas adpellatur? Sed video, qvæ *Cl. Virum* induxerint, uti putaret, animum illum mundi *Platonis* neceſſitatem quandam inferre. Nimirum animum mundi tanquam partem Dei conſiderat, neceſſario a Deo ortum & neceſſario agentem. Sed præterquam, quod ſolus ille *Ciceronis* locus, quem ipſemet adduxit, huic opinioni contrarius ſit, infra oſtendam, prorſus

proſſus falli *Cl. Gundlingium*, Sect. 47. ita pergit *Doct. Vir*: *In eo enim te maximè fugit ratio, Zimmermanne, quando Spinozam negare Dei providentiam, opinaris. Quod te decipit, hoc eſt forſitan. Qui Deum exiſtere negat, providentiam divinam nequit admittere. Spinoza in hac perniciosiſſima hæreſi verſatur, poſtremum verum erit igitur: Sed neque verum eſt poſterius, neque prius. Spinoza non inficiatur, Deum exiſtere, ſed Deum cum mundo conjungit, ac mundum & Deum pro uno habet, ceu Plato.* Maxime obſtrictus ſum inſigni Polyhiſtori, quod præter morem tantam mihi attribuat perſpicaciam. Sect. XI. *diſſertat. meæ pag.* 885. negavi Providentiam, ullam in ſyſtemate *Spinozæ* locum habere, *quia omnia*, (hæc erant verba mea) *ex neceſſitate divinæ naturæ ſequuntur, nec ulla libertas in Deo locum habet.* Perſpicuum igitur eſt, quare negaverim, in ſyſtemate *Spinozæ* providentiæ locum dari. Neſcio igitur, quâ *fronte* negetur, *Spinozam* & Deum & Providentiam ſuſtuliſſe. Quando enim *Spinozam* Deum ſuſtuliſſe dixi, omnes æqui rerum arbitri vident, me Dei nomine intellexiſſe Numen ſapientiſſimum, ſenſu recepto, minime unam illam ſubſtantiam Spinozæ. Eo enim ſenſu *Spinozam* Deum admiſiſſe,

miſiſſe, pueri ſciunt. *Probandum* igitur *Gundlingio*, *Spinozam* providam curam Entis ſupremi & a mundo adſpectabili prorſus diverſi agnoviſſe. Audi autem, quomodo id probet! *Vin? inquit, ipſe te Spinoza doceat, erroriſque convincat.* Provocat *non ad Ethicam* Spinozæ, *aut Tractat. Theologico-Politicum, ſed cogitata metaphyſ. in quorum Parte* 2. Cap. IX. p. m. 126. ita loquitur Spinoza: *Dividimus itaque potentiam Dei in ordinatam & abſolutam. Abſolutam potentiam Dei dicimus eſſe, cum ejus potentiam, ad ejus decreta non attendentes, conſideramus; ordinatam vero, cum reſpicimus ad ejus Decreta. Porro datur potentia ordinaria & extraordinaria Dei. Ordinaria eſt, quâ mundum certo ordine conſervat: extraordinaria, cum aliquid agit, præter naturæ ordinem, ut e. g. omnia miracula. Hucusque* verba Spinozæ adduxit D. Gundlingius, ſed immediate ſequentia omiſit. En illa! *Qualia ſunt locutio aſinæ, apparitio Angelorum & ſimilia: quamvis de hac poſtrema non immerito valde dubitari poſſit; cum majus videatur eſſe miraculum, ſi Deus mundum ſemper uno eodemque certo atque immutabili ordine gubernaret, quam ſi leges, quas ipſe in natura optime, & ex mera libertate ſancivit, propter ſtultitiam hominum*

abroga-

abrogaret. Verum hoc decernere, Theologis relinquimus. Apparet ex citato loco, Spinozam non ſuam ſententiam candide protuliſſe, ſed in gratiam diſcipuli ſui ita locutum. Quis enim neſcit in *Tractatu Theologico-Politico* omnia miracula exſibilari, & in *Ethica* id eum agere, ut demonſtret, unicam dari ſubſtantiam, ex qua omnia neceſſario orta ſint? fatetur hoc candide *Ludov. Mejerus in Præfatione Principiis Carteſii, & Cogitat. Metaphyſ. præmiſſa. Animadverti, inquit, vel imprimis velim in his omnibus, nempe tam in* 1. *&* 2. *princip. partibus, ac fragmento tertiæ, quam in Cogitatis ſuis metaphyſicis Authorem noſtrum meras Carteſii ſententias, illarumque demonſtrationes, prout in illius ſcriptis inveniuntur; aut quales ex fundamentis ab illo jactis, per legitimam conſequentiam deduci debent, propoſuiſſe. Cum enim diſcipulum ſuum Carteſii Philoſophiam docere promiſiſſet, religio ipſi fuit, ab ejus ſententia latum unguem diſcedere, aut quid, quod ejus dogmatibus, aut non reſponderet, aut contrarium eſſet, dictare. Quamobrem judicet nemo, illum hic, aut ſua, aut tantum ea, quæ probat, docere. Quamvis enim quædam vera judicet, quædam de ſuis addita fateatur; multa tamen occurrunt, quæ tanquam falſa rejicit, & a quibus longe diverſam*

verſam fovet ſententiam. Locum hunc *L. Meyeri* non adduxiſſem in re clariſſima, niſi *tanta confidentia* ad locum hunc *Spinozæ* provocaſſet *Gundlingius*. Quô jure factum fuerit, judicet Lector. *Et hactenus igitur eodem ordine, quem in Diſſertat. mea obſervavi, probavi Platonem a Spinozæ ſententia recedere.*

XX. Sed contemplemur jam ipſum ſyſtema *Cl. Gundlingii*, videamusque, utrum immotîs rationibus veritas ejus demonſtrari poſſit. Hoc unicum, antequam ad examen ſententiæ *D. Gundlingii* accedo, præmoneo; nimirum notum eſt, veteres non minus, quam modernos Philoſophos diſputaſſe, utrum *ideæ* ex mente *Platonis* ſint *ſubſtantiæ, per ſe ſubſiſtentes*, an verò *mentis* tantum *præciſione a Deo diſtinctæ*. Nolo rationes utrorumque hîc adferre. *Clariſſimus, mihique conjunctiſſimus Brukerus in Hiſtoria Philoſophica doctrinæ de Ideis* fortiſſimis argumentis eorum defendit ſententiam, qui putant, *ideas* illas Platonis ſubſtantias fuiſſe, per ſe exiſtentes. In præſenti diſputatione ejus argumentis non utar, ad ſyſtema *Cl. Gundlingii*, ſubvertendum. Hoc tantum dicam, omnes, qui hanc controverſiam ſine ſtudio partium examinant, confeſſuros, difficulter

nos

nos cognoſcere poſſe, quid Plato hac de re ſenſerit. *Quod ſi hoc eſt, ſane ſyſtema Cl. Gundlingii dubium eſt, ſolidoque fundamento deſtitutum.* Definitio ſubſtantiæ, quâ utitur *Spinoza*, ſatis clara eſt, clariſſimeque patet, unicam eum admiſiſſe ſubſtantiam, neque adeo dubitaſſe, utrum plures dari poſſint. Putavi autem hactenus eum, qui Atheismi aliquem poſtulat, evidentiſſimis & immotis rationibus inſtructum eſſe oportere. Sed his non immorabor; perpendam rationes, quibus ſyſtema ſuum fulcire, & tueri vult. Argumentatur autem partim ex locis quibusdam *Platonis*, partim rationibus ex Philoſophia Platonica petitis. Contendit, *Platonem* credidiſſe, totum univerſum ſimul ſumtum efficere illam ſubſtantiam, quam Deum adpellamus; ſeu ut ipſe hoc ſyſtema delineat pag. 354. *Eſt, inquit,* 1) *ejus Numen in ignea ſubſtantia, quod nominare non eſt auſus,* 2) *unum* ὅλον *evolvens ſe denique, &* 3) *fluens ac ſe ipſum dividens & gignens ſibi ſimilia, quæ* 4) *in materiam ab uno & toto ſeparatam, ſeſe novè infundit, adeoque res omnes* 5) *rationis ac divinitatis participes reddit, in qua* 6) *tum ſenſilia ſubſiſtunt, atque ab illa ultimum ſui complementum tum accipiunt, tum intelligentiâ permanant: Indeque*

eſt

eſt 7) *quod mundum totum vocavit, tandem Deum.* Ad hoc probandum autem innititur quammaxime loco *Platonis* in *Philebo* pag. 23. Ed. Serrani, in quo *Socrates* dicit: Θεον το μεν απειρον των οντων δειξαι, το τε περας. i. e. *Deum ex iis, quæ ſunt, oſtendiſſe infinitum & finitum.* Iraſcitur Cl. Vir, quod dixerim, locum hunc *obſcuriorem* eſſe, quam ut inde ſolidum fundamentum defendendæ ſuæ ſententiæ petere poſſit; probat *Platonem* non ſolum in *Timæo*, ſed & *Philebo*, aliisque dialogis, phyſica docere dogmata. Poſterius non negavi, licet tribus tantùm verbis ſignificaverim, Platonem in *Philebo de ſummo bono* agere. Et ſane vel ipſa *lectio* hujus dialogi, quemvis edocere poteſt, Platonem hypotheſibus quibusdam phyſicis uti ad doctrinam moralem explanandam. Hinc non ſolum *Diog. Laërtius*, ſed *& Marſil. Ficinus, eum de moralibus agere adſerunt.* Sed hæc tanti non ſunt momenti; hoc tantum urſi, locum hunc obſcuriorem eſſe, quam ut totius ſyſtematis moles illi inædificetur; &, quæ mea eſt ingenii imbecillitas, adhuc in ea ſententia perſiſto, licet lucem adfundere voluerit, huic loco controverſo. Omnia reducuntur ad vocabulum δειξαι, cujus genuina interpretatione nititur ſenſus loci

controverſi. Et hîc mire ſe torquet *D. Gundlingius*, ut ſenſum, quem quærit, inveniat. pag. 200. το δεῖξαι hoc loco ſignificare *effundere*, contendit. *Num autem* δεικνυειν *ſonet effundere*, inquit, *illi judicent*, *qui Græci Idiomatis ſunt* gnari, *tacitè ſupponens*, eos omnes hujus linguæ *imperitos* eſſe, qui hoc in dubium vocent. *Jamblichum de myſteriis Ægyptiorum*, ait, loco vocis δεῖξαι, uſum eſſe vocabulo παρηγαγε, *quid vero*, addit, *ſit* παραγεσθαι, *forte Zimmermannus*, *cum ſcientiſſimis cognoſcet*. (*e*) Pag. 281. ait, ſe ex Pro-

(*e*) Quo jure Cl. Gundlingius provocet ad Jamblichum, patebit ex ſequentibus obſervationibus: 1. Contendit Doctiſſimum Galeum obſervaſſe, in loco illo controverſo Platonis veſtigia emanationis materiæ in Deo eſſe, verba Jamblichi, quæ reſpicit Cl. G. extant Sect. V. Cap. XXIII. pag. 138. Ed. Galei. ſonant autem ita: πεφυκεν ἀει των ἀκροτατων ἡ περιουσια της δυναμεως και ἐν τῳ ὑπερεχειν των ὁλων, ἐν τῳ παρειναι πασιν ἐξ ἰσου την αὐτην ἀνεμποδιστως. ἐλλαμπει τοινυν κατα τουτον τον λογον και τοις ἐσχατοις τα πρωτιστα, και παρεστιν ἀΰλως τοις ἐνυλοις τα ἀΰλα. μη δη τις θαυμαζετω, ἐαν και ὑλην τινα καθαραν και θειαν εἰναι λεγωμεν. ἀπο γαρ του Πατρος και Δημιουργου των ὁλων και αὐτη γενομενη την τελειοτητα ἑαυτης ἐπιτηδειαν κεκτηται προς θεων ὑποδοχην. και ἁμα οὐδεν διειργει τα κρειττονα προς το δυνασθαι τα καταδεεστερα ἑαυτων ἐλλαμπειν. i. e. *In cauſis univerſi ſupremis ea eſt exuberantia poteſtatis, ut cum in aliis, tum etiam in hoc univerſa exuperet, videlicet quod omnibus ex æquo una eademque ſine impedimento præſens ſit. Hâc igitur ratione ipſa illa omnium prima ultimis usque affulgent, & immaterialia principia materialibus adſunt immaterialiter.*

Procopii Commentariis in Geneſin, cujus frag-
Ii 2 men-

liter. Sed nec mirum cuiquam videatur, ſi & materiam aliquam puram & divinam eſſe aſſeramus: nam ipſa quoque materia, cum ab Opifice Patreque omnium facta ſit, merito perfectionem ſui quandam accepiſſe cenſenda eſt, aptam ad Deos ſuſcipiendos. Quin etiam nihil eſt, quod probibet ſuperiora diffundere lumen ſuum ad inferiora. Audiamus jam D. Galeum ad h. l. ad verba ἀπο γαρ πατρος των ὁλων ita commentatur. *Tangit, vexatiſſimam inter Platonicos quaeſtionem. Si materia ſit ἀγεννητος, erunt duo prima principia; ſi genita a Deo, unde turpis & mala? quae porro fuerit Platonis ſententia de materia, ſane in Timaeo non ſatis liquet; videtur quippe materiam Demiurgo opponere, & contradiſtinguere ab eo: in Pbilebo vero diſertim dicit, Deum* το μεν περας δειξαι των οντων, το τε ἀπειρον. *Conſtat per* ἀπειριαν *intelligi materiam. Sed is NB. Deús Platoni non eſt Demiurgus, ſed ſuperioris ordinis.* Hactenus Galeus, qui ſimul addit cum Jamblicho facere Damacium & Julianum. Legendum interim ſuadet Simplicium & XXI. Sentent. Porphyrii. Quis autem non videt, D. Galeum exiſtimare, Jamblichum a ſententia Platonis recedere? 2. Nemo non, qui Gundlingium, locum Philebi explicantem audit, exiſtimaret, Jamblichum ex profeſſo locum Philebi explicaſſe, & το δειξαι Platonis per το παρηγαγεν explicaſſe. Sed nil minus eſt, ſi textum ipſum inſpiciamus. Locus enim ille, in quo παρηγαγεν â Jamblicho adhibetur Sect. 8. cap. 3. p. 159. ita ſonat: ὑλην δε παρηγαγεν ὁ θεος, ἀπο της ὀυσιοτητος ὑποσχισθεισης ὑλοτητος, ἡν παραλαβων ὁ δημιουργος ζωτικην ὀυσαν, τας ἁπλας και ἀπαθεις σφαιρας ἀπ' αυτης ἐδημιουργησε. το δε ἐσχατον αὐτης εἰς τα γεννητα και φθαρτα σωματα διεκοσμησε. i. e. *Materiam quod attinet, Deus eam produxit dividendo materialitatem ab eſſentialitate: hanc materiam Opifex Deus accipiens vitalem, ex ea ſimplices incorruptibilesque ſpbaeras fabricavit, ipſius vero quod erat poſtremum, ad corpora generabilia & corruptibilia facienda tranſtulit.*

Ex

mentum adduxit *Petavius Dogm. Theolog. Tom.*

Ex quo patet, D. Galeum vocem παρηγαγε non per, *ex ſe ejecit, emanare fecit*; ſed *produxit* tranſtuliſſe. Ipſa vero verba primâ ſpecie paulo difficiliora eruditis Galei notis haud parum elucidantur. Profert ille primo locum Procli in Timæum Lib. II. dicentis: θειος Ἰαμβλιχος ἱϛορησεν, ὁτι Ερμης ἐκ της ἐσιοτητος την ὑλοτητα παραγεσθαι βουλεται. 2. Obſervat ſecundum Ægyptiorum doctrinam ἑσιαν continere in ſe ζωην, hanc νεν, mentem animam, hanc corpus. Probat hoc loco Simplicii in 1. Phyſicorum, ubi ita: Ἀιγυπτιοι την της πρωτης ζωης, ἡν ὑδωρ συμβολικως ἐκαλεν, ὑποϛαθμην την ὑλην ἐλεγον· Et conjicit tandem Ægyptios aliquid de Spiritu aquis incubante audiviſſe. Videtur ergo hoc ſibi velle Jamblichus: Deum nempe ex mente Ægyptiorum ſubtiliores, & vitâ quâdam inſtructas particulas adhibuiſſe, ad Deorum id eſt aſtrorum corpora formanda; craſſiores, quæ κατ᾽ ἐξοχην ὑλη dici poſſunt, ad terreſtria corpora fabricanda, adhibuiſſe. 3. Si vel maximè concederemus, Jamblichum credidiſſe, materiam quandam ex Deo oriri poſſe; nemo tamen definire poſſet, utrum ſuam an Ægyptiorum ſententiam in medium proferat. Platonem certe in ea ſententia non fuiſſe clariſſima loca de materiæ æternitate & ſubſiſtentia per ſe teſtantur. Et quis neſcit, Jamblichum in hoc libro innumera ex ſuo ingenio proferre? 4. Opponemus Jamblicho Jamblichum ipſum. Ita enim de Deo Sect. 8. cap. 2. p. 158. ex verſione D. Galei loquitur: *Ante eas res, quæ verè ſunt, & ante principia univerſalium eſt Deus unus, prior etiam primo Deo & Rege* (Sole) *eſt ille immobilis, in ſolitudine ſuæ unitatis permanens, neque enim intellectuale ei immiſcetur, neque aliquid aliud, eſtque Exemplar ipſius, qui eſt ſui Pater, & de ſe genitus & Unipater Deus, & vere bonus. Eſt enim majus quid & prius, fons omnium, & radix intelligibilium idearum primarum Entium &c.* Conferantur ad h. l. Eruditæ Editoris notæ.

Tom. III. p. 121. adnotaſſe ἀναδεικνυναι ſignificare, *demonſtrare*, *efficere*, *inſtituere*, *oſtendere*, *parere*. pag. 283. *optionem mibi relinquit*, utrum το δειξαι Platonis vertere velim, per *eduxit*, in *lucem egit*, an per *expulit*. Pag. 120. *Diſſert. Gundlingian. parti* 31. *inſerta* ait, το δεικνυειν & ἀποδειξαι non rarò ſignificare, *edere*, *creare*, *efficere*. Adducam ipſa verba *Petavii*, ut quo jure ad Procopium provocet in vocabuli Græci explicatione, omnes videant. *Petavius* in hoc capite de creatione & vocabuli בָּרָא ſignificatione agit; contendit, eam vocem non denotare *creationem ex nihilo*. Inter alia Procopii Commentarii in Geneſin mentionem faciens, ita ait *Petavius*: *Procopius Commentario in Geneſin hebraicam vocem ait ſignificare, idem quod* ἐποιησε. i. e. *fecit &* ἐκτισε. i. e. *creavit &* ἀναδειξαι, *quod eſt inſtituere, quam poſtremam notionem magis convenire dicit. Etenim quoniam fecit, de iis etiam dicitur, quæ aliqua ex materia fiunt, ut e ferro falcem, aut aliud tale fecit artifex, occaſionem illud quibusdam dedit aſſerendi, Moſen ab Ægyptiis edoctum, ex materia prius exſtante, totum hoc univerſum eſſe factum, merito dixiſſe fecit: Quorum ignorantes calumniam, Interpretes dixerunt, fecit, cum oportuit dicere, inſtituit.*

Quæ Procopii, ita addit Petavius, λεπ]ολογια non eſt nauci, neque enim ἀναδεικνυναι, quod eſt demonſtrare & efficere, ſignificat ex nihilo rem producere. Hactenus doctiſſimus Jeſuita. Nemo non videt, potius hoc in loco quæſtionem eſſe de genuina interpretatione vocis בָּרָא, quam nativa indole & ſignificatione vocis ἀναδειξαι.

XXI. Videamus itaque, quid vocabulum illud δειξαι ſignificet. Sine dubio *primo* attendendum eſt, ad primariam ejus ſignificationem, antequam ad tropicam nos convertamus. Primaria hujus vocis ſignificatio eſt, *oſtendere*, ſive jam de objecto corporeo, ſive veritate mente percipienda ſermo ſit. Exemplis hoc demonſtrare neceſſe non eſt. 2. Notat *multis verbis declarare*. Ita *Heſiod.* op. & dier. v. 502. p. m. 34.

δεικνυε δε δμωεσσι, θερευς ἐτι μεσσε ἐοντος
ἐκ αἰει θερος ἐσσειται, ποιεισθε καλιας.

i. e. *Dic (declara) ſervis, æſtate adhuc media exiſtente;*
Non ſemper æſtas erit, exſtruite caſas.

Eandem ſignificationem vocabulum *oſtendere* apud Latinos habere *docuit Grævius Lect. Heſiod.* pag. m. 63. *Ita Cicero Epiſt. ad famil. L. V.* epiſt. 12. *Cum mihi ſæpe oſtenderis,*

deris, te accuratiſſimè noſtrorum temporum conſilia & eventus litteris mandaturum, hoc eſt, *dixeris, declaraveris. Ita Herodian.* Lib. 3. cap. 13. Sect. 9. p. 166. θησαυρους τε και νεως, παντα ἐδεικνυε χρηματων πληρη, *verbis declarabat, theſauros, templaque pecuniis plena eſſe.* 3. ſignificat *exhibere, edere, facere.* Ita Ælianus *Var. Hiſtor. Lib. XIV.* cap. 37. p. 765. Edit. argent. Φιλω δε μηδε τα ἀγαλματα, ὁσα ἡμιν ἡ πλαςικη δεικνυσι, μηδε τας εικονας ἀργως ὁραν. i. e. *Statuas & imagines, quas fictorum nobis ars exhibet, non oſcitanter aut obiter ſpectare ſoleo. Lucianus in Somnio.* Tom. I. *Edit. Grævii* pag. 6. και Φειδιας ἐκεινος ἐδειξε τον Δια. i. e. *Phidias ille Jovem ſpectandum exhibuit. Etiam Sacris Scriptoribus* hoc ſenſu hoc vocabulum ſumitur. Ita *Job. X. v.* 32. πολλα καλα ἐργα ἐδειξα ὑμιν ἐκ τε πατρος με. Quæ verba *Caſtalio* ita tranſtulit: *Multa vobis præclara opera, meo Patre auctore, edidi.* Conf. Joh. II. 18. V. 20. & Verſionem LXX. viralem Pſalm. LX. v. LXXI. 20. Imo eodem ſenſu, iidem LXX. Num. XVI. 30. vocem ברא per το δειξαι interpretati ſunt. Verba Hebraica ita ſonant: ואם בריאה יברא יהוה LXX. ἀλλ' ἡ ἐν χασματι δειξει κυριος. *Eruditiſſimus Clericus* vertit: *Si rem novam fecerit. Similiter interpretati vocem*

ברא *Eſai.* XLV. 26. XLI. 20. XLIII. 15. Ita το ἐνεδείξατο 2. *Timoth.* IV. 14. *recte transfertur, exhibuit, fecit.* Quod ſi jam locum *Philebi* attente conſideremus, patebit, nihil aliud vocem δεῖξαι denotare, quam *ſpectandum ſeu viſendum exhibere.* το ἄπειρον eſt infinitum, περας finitum. *Tertium* aliquid ex utroque mixtum, το δε τριτον, *inquit Plato* pag. 159. hujus Dialogi, ἐξ ἀμφοιν τετοιν ἕν τι ξυμμισγομενον. *Quartum vocat* της συμμιξεως τετων προς ἀλληλα αἰτιαν *commixtionis alterna cauſam. Primum* ergo iſtud ἄπειρον eſt *materia* hactenus indigeſta, confuſa. *Finitum, materia certis limitibus circumſcripta. Tertium, Mundus ipſe per animam mundi temperatus & vitâ donatus.* Ita enim pag. 160. latius deſcribit. ἀλλα τριτον φασι με λεγειν, ἓν τετο τεθεντα το τετων ἔκγονον ἅπαν, γενεσιν εἰς ἐσιαν ἐκ των μετα τε περατος ἀπειργασμενων μετρων. i. e. *Sed tertium ſcito me dicere unum hoc quodcunque ex iis naſcitur, generationem ſcilicet in eſſentiam, ex menſuris unâ cum termino conſtitutis. Quartum* erit *Deus, cauſa efficiens*, qui mundum ex *finito* & *infinito* conſtantem *adſpectabilem* fecit. Hinc *Socrates* eadem paginâ adductis tribus illis oſtendit, neceſſarium eſſe, ut *quartum* accedat. ἀλλα δη προς τρισι, *inquit*, τεταρτον

τι ποτε»

τι ποτε ἐφαμεν εἶναι γενος σκεπτεον. κοινη δε ἡ σκεψις. ὁρα γαρ εἰ σοι δοκει ἀναγκαιον εἶναι, παντα τα γιγνομενα δια τινα αἰτιαν γιγνεσθαι. Πρ. ἐμὸιγε πως γαρ ἀν χωρις τετων γιγνοιτο; Σω. ἐκεν ἡ τε ποιεντος φυσις, ἐδεν πλην ὀνοματι της αἰτιας διαφερει, το δε ποιεν, καὶ το αἰτιον ὀρθως ἀν εἰη λεγομενον ἕν. Πρ. ὀρθως. Σω. καὶ μην το γε ποιεμενον αὖ καὶ το γιγνομενον ἐδεν πλην τῳ ὀνοματι, καθαπερ το νυν δη διαφερον ἐυρησομεν. ἢ πως. Πρ. ἔτως. Σω. ἀρ' ἐν ἡγειται μεν το ποιεν ἀει κατα φυσιν, το δε ποιεμενον ἐπακολεθει γιγνομενον ἐκεινῳ. Πρ. πανυγε. Σω. ἀλλο ἀρα, καὶ ἐ ταυτον αἰτια τ' ἐςι καὶ το δελευον εἰς γενεσιν αἰτια. Πρ. τι μην. Σω. ἐκεν τα μεν γιγνομενα καὶ ἐξ ὧν γιγνεται παντα τα τρια παρεσχετο ἡμιν γενη. Πρ. καὶ μαλα. Σω. το δε δη παντα ταυτα διμιεργεν, λεγωμεν τεταρτον, την αἰτιαν, ὡς ἱκανως ἑτερον ἐκεινων δεδηλομενον. Πρ. λεγωμεν γαρ ἐν. i. e. *Caterum quid prater hæc tria, quartum genus ſit, diſcutiendum reſtat. Communis autem iſta diſceptatio eſt. Vide enim, an non tibi neceſſario videtur, quodcunque gignitur per aliquam cauſam gigni.* Pro. *Mihi plane. Quomodo enim absque ea fieret?* So. *Et Efficientis natura nomine duntaxat à cauſa differt, efficiensque & cauſa unum merito vocabuntur.* Pr. *Merito.* So. *Quin etiam factum ac genitum ſolo nomine diſcrepabunt.* Pr. *Certe.* So. *Pracedit quidem at-*

que ducit natura ſemper, quod efficiens eſt: quod vero factum eſt ab eo genitumque, ipſum ſequitur. Pr. *Prorſus.* So. *Non ergo idem, ſed aliud eſt cauſa, & quod ad generationem cauſæ ſervit.* Pr. *Quid probibet?* So. *An non genita ipſa, & ex quibus gignuntur omnia, tria nobis genera præbuerunt?* Pr. *Maximê.* So. *Omnium autem iſtorum Opificem quartum ponimus, cauſamque vocamus, utpote aliud quiddam, quam illa ad ſufficientiam demonſtratum.* Pr. *Ponimus absque dubio.* Quod ſi igitur hæc, quæ attulimus, ritè perpendantur, ſenſus verborum controverſorum is eſt: *Deus tanquam cauſa efficiens in mundi fabrica infinitum & finitum, id eſt, materiam rudem certis limitibus circumſcriptam viſendam exhibuit. Hac explicatio convenit cum nativa ſignificatione vocis* δεῖξαι, *verbis Platonis ante allatis, totiusque tandem ſyſtematis Platonici nexu.* Quod ſi jam explicatio *D. Gundlingii* cum mea conferatur, perſpicuum erit, *neque ex indole vocis* δεῖξαι, *neque verbis Platonis, ſenſum, quem tribuit verbis Platonis, erui poſſe.* Contendit ille, vocem δεῖξαι ſignificare *effundere, expellere,* i. e. *facere, emanare.* Probandum igitur hoc eſt *perſpicuis exemplis.* Adducit ille duo loca, primum e *Diod. Siculo*, ſed nec *caput*, nec *pagi-*

paginam notat, ut poſſit accuratius perpendi. Ponamus autem, ὀμβρον ἀπο Διος δεδεγμενον ſignificare, *imbrem a Jove effuſum*, vel quod idem eſt *editum*, nondum tamen vox δεῖξαι ſignificaret *ex ſe, vel ſuo quaſi ſinu expulſum vel effuſum*, patet enim το δεδεγμενον ab Interprete redditum eſſe *effuſum*, quandoquidem de imbre ſermo eſt. Non autem videndum eſt ſolum, quid vox cum *aliis miſta* ſignificet, ſed & quid *ſeparatim* denotet. (*f*) Alter locus ſane ex *Homero* petitus nihil prorſus *probat*, nam utut Φαρος ἐδειξε idem eſſet ac εἰς Φως ἠγαγε, non tamen idem ſignificaret, ac *ex ſeſe eduxit*, ſeu *pro*- vel *extulit*. *Non convenit cum verbis Platonis*, in eo enim, quem adduximus, loco, cauſa efficiens *adeo clare* a finito & infinito, & quod ex utroque conſtat, *diſtinguitur*, ut unum cum iis eſſe & fuiſſe dici non poſſit. *Non convenit cum principiis Platonis*. Is enim materiam aliquam æternam ἀσχηματιςον *a Deo diverſam* ubique ponit, quod luculenter, ni fallor, ſupra demonſtravimus. Non poſſum non igitur repetere verba, quibus, exami-

(*f*) Patet hoc ut alia omittam ex ipſo loco Lucæ, Act. 2. v. 22. in quo Chriſtum vocat ἀνδρα ἀπο τυ Θευ δεδειγμενον.

examinato *Platonis* loco, *diſſert. mea* p. 917. uſus ſum. *Judicent igitur Viri me perſpicaciores, utrum ex adducto Philebi loco firmiter concludi poſſit, materiam e ſinu Dei expulſam fuiſſe.* Ego, *ut ſimpliciter dicam, quod ſentio, nec veſtigium, nec umbram hujus rei video, nedum ut aliquâ probabilitatis ſpecie ſeſe commendet objectio inde petita.*

XXII. Alter locus, ad quem *D. Gundlingius* provocavit, petitus erat ex *Timæo Locro.* Contendit poſt *Souveranium Baylium*, T. illum *Locrum* adſerere, *materiam e ſinu Dei expulſam.* Dixi, *Gundlingium* potius *Souveranium*, aut *Baylium* ſecutum, quam *T. Locrum.* Omnes ad eum provocant, locum tamen, in quo hæc reperiantur verba, nullibi deſignant. Haud diffitetur *D. Vir*, ſe duos illos Viros conſuluiſſe; ſed evolviſſe ſe ſimul *Philebum Platonis & Jamblichum de Myſt. Ægypt. atque ita obſervaſſe deciſionem e Philebo Platonis* repetendam. Et hic eſt ille locus in antecedenti Sectione examini ſubjectus, qui totius ædificii fundamentum eſt; expendi in diſſertat. mea inde a pag. 900. usque 909. libellum T. Locri, & oſtendi nullum præſidium Gundlingio in eo eſſe. Omnia, quæ Locrus in exiguo hoc libello tradit, ad ſequentia poſſunt revocari capita:

1. *Deum*

1. *Deum eſſe mentem præſtantiſſimam.* 2. *Materiam infinitam & æternam.* 3. λογον *dari ſeu* νουν, *in quo mundi ſenſibilis* παραδειγμα. 4. *Dari mundi animam imperio Dei ſubjectam.* 5. *Voluiſſe Deum Optimum materiam* ἀσχηματιστον *fingere & pulcherrimum inde efficere animal.* 6. *Factum hoc eſſe ita volente Deo per miniſtros quosdam.* 7. *Hunc mundum Deo ita volente æternum futurum.* Hæc capita fere αὐτολεξει in hoc libello traduntur. Quæ quâ ratione cum æterna quadam materiæ effluxione e ſinu Dei, conſiſtere poſſint, nemo non videt. Videamus tamen, quid ex eo, quod momentum trahat, contra nos adferat. Sect. LX. p. 273. ſq. ita loquitur. *Vix Atheus non erit, qui materiam Dei participem facit, quæ eſt* περι τα σωματα ται θατερω φυσιος. *Altera natura Locro materia eſt, ſicuti* ταυτον *divinam naturam exprimit. In quo Apologeta haud dubie nobis conſentiet. Adde rerum naturalium* οικονομιαν *formam materiam ſenſile. Vis vero &* ἐνεργεια *unde forma influat in materiam, & materia ſeſe accomodet formæ, eſt in mente Dei, à qua cætera res prodeunt tanquam fœtus, quas is appellat* γεννηματα. *Quod non creatur, ex nihilo non fit. Quod ex nihilo non fit, aliunde pullulat; ſimiliſque eſt ſoboles patri matrique ſecundum eſſentiam.*

ſentiam. *Reſpondeo* 1. Materiam Dei participem eſſe, nullibi dicitur in hoc libello. Principio ponit δυο αἰτιας των παντων, νοον, των κατα λογον γιγνομενων; ἀναγκαν των βιαζομενων (?) κατταν δυναμεις των σωματων, *mentem quidem earum, quæ ratione quâdam naſcuntur; & neceſſitatem earum, quæ exiſtunt vi quâdam, ſecundum corporum potentias & facultates.* Harum *naturalium cauſarum* Deum ſummam & principem cauſam ponit, quem ἀρχαν των ἀριςων, ἀρχαγον παντων, Δαμιεργον τω βελτιονος. de *materia* dicit, eam eſſe ἀμορφον, ἀσχηματιςον, δεχομεναν δε πασαν μορφαν, addit ταν δε περι τα σωματα, μεριςαν ἑιμεν καὶ τας θατερω φυσιος, *circa corpora dividuam eſſe materiam, & alterius naturæ participem*, id eſt, materiam in ſe ſpectatam, rudem eſſe & infinitam, ſpectatam autem, ut in ordinem digeſtam, dividuam. Nimirum cum materiæ accedit ἡ *idea*, particeps fit τας θατερω φυσιος. 2. Fruſtra urget *D. Gundlingius* vocabulum ἐκγονον fœtum, qui ex Deo, ſi illum audias, prodierit; pag. 544. mundum conſiderat T. Locrus οἷον NB. ἐκγονον τετεων, quaſi fœtum illarum, ſcil. materiæ & ideæ. Nimirum materiam conſiderat ut ματερα καὶ τιθαναν, *matrem & nutricem*, ἀϊδιον, præterea ἀμορφον, δεχομεναν δε πασαν μορφαν. το ἑιδος *vero, inquit*

pag.

pag. 545. λογον ἐχει ἀῤῥενος τε καὶ πατρος, *matris & patris*, τριτα δε, inquit, ειμεν τα ἐκ τουτων ἐκγονα. *Tertia verò eſt eſſentia ea, quæ ex bis, ut fœtus, naſcuntur.* Ex quibus patet, mundum dici ἐκγονον, quia ad materiam informem acceſſit *Dei operatio*, quæ, per ideam materiam in certam formam redegit, unde materia τεταγμενη dicitur. Nullibi autem dicitur, fœtum illum *ex Dei ſinu* expulſum, imo ne quidem ex idea, quæ parentis ad inſtar conſideratur. Ergo ſi quis effluxus locum habet, το αισθητον *e materia, matre* nimirum, prodiit, ſpeciebus ornatâ *per ideam; Deus* vero ab *idea, materia* & *mundo totus* diverſus eſt. Hinc pag. citatâ ait: ἀγαθος ὢν ὁ Θεος, ὁρων δε ταν ὑλαν δεχομεναν ταν ἰδεαν καὶ ἀλλοιυμεναν. i. e. *Deus, quum nimirum bonus ſit, & materiam recipere formam, & alterari varie.* Deus ergò ex mente Locri ideam adhibuit ad formandam materiam; materiam minime ex ſuo ſinu expulit; & cur, quæſo, opus eſſet idea, ſi in ſinu Dei latuiſſet jam materia? ſi omnia inevitabili quadam neceſſitate e natura Dei emanaſſent? verum eſt, fœtum illum non e nihilo prodiiſſe, ſed nondum inde ſequitur, eum e divina eſſentia Dei expulſum eſſe; adeſt enim mater hujus fœtus, nimirum

æterna

æterna illa & ἀσχημάτιςος materia. *Similis* eſt *fœtus* ille *Parentibus*, qui originem dedere, *corpore* ſeu materia ſimilis *matri*, *ordine*, *diſpoſitione* vero *Idea* ſeu νοατῷ παραδείγματι, Ultra comparatio illa urgeri non poteſt. *Quæ cauſa eſt, ita pergit D. Gundlingius, quod in natura univerſitate aliquid ſtatuit divinum, quod maneat, & generationum & viciſſitudinum in rebus ſingulis ſit* νοατόν τε παράδειγμα. *Quod eſt in ſingulis rebus, non eſt extra illas.* Sed unde tandem hæc ratiocinatio petita eſt? *Timæus*, inter *cauſas adjuvantes*, p. 544. ἰδέαν, ὕλαν, αἰσθητόν. *Ideam* autem *illam* ita *definit*. καὶ το μεν εἶμεν ἀγένατόν τε καὶ ἀκίνατον, καὶ μενον τε, καὶ τας ταυτω φύσιος νοατόν τε καὶ παράδειγμα των γεννωμένων, ὅκοσα ἐν μεταβολᾳ οντι. τοιοῦτον γαρ τι ταν ἰδέαν λεγεσθαι τε καὶ νοεισθαι. i. e. *Eſſe præterea in hac rerum univerſitate quiddam, quod maneat, & intelligibile ſit, rerum genitarum, quæ quidem in perpetuo quodam mutationum fluxu verſantur, exemplar. Hujusmodi nimirum in his rerum ſingularum viciſſitudinibus conſtans, & perpetuum exemplar ideam dici & mente comprehendi.* Nemo non videt, hoc παράδειγμα mente ſolâ percipiendum, *diverſum* eſſe a *rebus fluxis*, quæ extra illud παράδειγμα exiſtunt, & nullo modo cum eo conjunctæ ſunt. Dicitur illa

ideâ

idea παραδειγμα των γεννωμένων, ὁκοσα ἐν μεταβολῇ ἐντι, id eſt, *omnes res fluxæ, ſeu corpora omnia, quæ in perpetua mutatione ſunt, facta ſunt ad immutabiles ideas in mundo illo intelligibili repræſentatas.* Quicquid igitur in ſingulis rebus τεταγμένον, illud repetendum eſt ab *Exemplari illo* νοατῳ. Negat præterea, *materiam* dici αγεννατον; *nec*, inquit *Cl. Gundlingius, conciliandus ſibi foret, materiam ſi* ἀγεννατον *propriè credidiſſet, cum omnium rerum, tum mentis, & quæ a mente, tum materiæ, quaque illum conſequuntur, ſecundum Locri dictata, principium ſempiternum ſit, quod vocatur Deus. Ergo idem ille Deus & materiam genuit, ac tanquam fœtum a ſe expulit* ἐ μαν ἀκινατον, ἀμορφαν *tamen* καὶ ἀσχηματιςον. Verum eſt, *materiam* non dici hoc in loco ἀγεννατον, dicitur tamen μητηρ, *mater, nutrix* rerum omnium, dicitur ἀιδιος, *mundus* dicitur γεννατος, & tanquam *fœtus aliquis* conſideratur; ergo, antequam eam Deus exornaret, ἀγεννατος *erat*, nondum nata, ſeu in ordinem digeſta. *Naſci enim mundus dicitur*, cum τεταγμενος, in certum definitumque ordinem redactus eſt. Nec hoc obſtat; quo minus Deus omnium rerum ſimul auctor ſit; cum enim ipſemet materiam in ordinem digeſſerit, materiamque

ἀσχημάτιςον in certas ſpecies diviſerit, dici poteſt, eum mundum generaſſe. Hinc pag. 545. ait: *Deus, cum videret, materiam recipere formam, & alterari variè quidem, ſed tamen inordinatè: vidit quoque opus eſſe, ut eam ipſe in ordinem reduceret, & ex indefinitis mutationibus ad certam definitamque conſtitueret.* Ubi ergo vel *umbra* adeſt *æternæ* illius ex eſſentia divina *expulſionis?* ſi vocabulum illud γεννᾶν tantopere *D. Gundlingio* diſplicet, ſumat vocabula ἐις τάξιν ἄγειν, vel ποιεῖν, quæ in hac ipſa pagina 545. à Timæo adhibentur, & evaneſcet ille metus. (*g*) Quæ-

(*g*) Jam dudum eruditi obſervarunt, γεννᾶν & ποιεῖν apud Græcos promiſcue ſumi. Audiatur Doctiſſimus Clericus in Commentar. ad Geneſ. 2. v. 4. *Ut* ילד, inquit, *primariò genuit, atque inde quidvis fecit ſignificat: ita quoque derivatum, quo hîc utitur Moſes, primo quidem generationem, deinde quamvis procreationem ſignat. Apud Græcos ſimiliter* γεννᾶν, *quod generare eſt, paſſim efficere, creare ſonat, &* γέννησις *Generatio, actio quâ quidvis fit vocatur. Plato quidem in Timæo ubi de creatione mundi diſputat paſſim* γεννᾶν *&* ποιεῖν, γεννᾶσθαι *&* γίνεσθαι, γεννητὰ *&* γενητὰ, γένεσιν *&* ὕπαρξιν *confundit. Mundum vocat* γεννητὸν, *& Deum* Πατέρα *non minus ac* αἴτιον. Hactenus D. Clericus. Quod ipſum probat etiam translatio Ciceronis. Ita enim in libello de univerſo notiſſimum locum Platonis transfert: *Tum ad Deos is Deus, qui omnia genuit, fatur. Hæc vos, qui Deorum ſatu orti eſtis, attendite. Quorum operum ego Parens, Effectorque ſum, quæ per me facta, non ſunt diſſoluta me invito* &c. Ubi quem Genitorem adpellavit, ſtatim Effectorem vocat.

Quærit *Cl. Gundlingius*, quomodo materia ſit *mobilis ſecundum Timæum, vel antequam a Deo in ordinem ſit digeſta.* Sed quid hoc ad rem? ſuppoſuit *Plato* multa, quæ probare non potuit. Quæritur quid ſenſerit. *Timæus* ille cum *Pythagora* ſentiebat, corpora omnia in perpetuo fluxu eſſe. *Ego te oro, inquit, ut patefacias, quomodo fœtus prodeat, qualis eſt materia. Ignoras regeris. Et rurſum qui ignorat, ajo, nec adfirmat, nec negat. Quare igitur negas expulſam, aut ſecretam?* Rogo viciſſim *Cl. Polybiſtorem*, ut explicet, quomodo volente Deo, ſenſibilium rerum moles exorta ſit, explicet nexum, qui eſt inter voluntatem Entis intellectualis, & exiſtentiam, motumque corporum, & explicabo illi, quomodo Deus ex materia æterna potuerit fabricare mundum. Fateor, me neſcire, quomodo mundus ex mente *Platonis* a Deo conditus ſit; ſed quanquam lubens hac in parte meam confitear ignorantiam, adſerere tamen jure poſſum, *materiam e ſinu Dei non eſſe ejectam.* Cur tandem? quia nec *vola*, nec *veſtigium* hujus rei in *Timæo*; quia nec *ex principiis Timæi* ſequitur. Quod igitur *ſcio*, affirmo; quod *neſcio*, in dubio relinquo. Licet enim, ni fallor, *D. Gundlingia* tueri, materiam ex ſententia

 Chri-

Chriſtianorum non eſſe æternam; non e ſinu Dei propulſam, quanquam nec ipſe, nec alius explicare poſſit, quomodo poſitâ æternâ Numinis voluntate corpora exſtiterint, & adhuc, eodem volente, moveantur.

XXIII. Aſſerui in *Diſſertat. mea*, ex hoc Timæi libello clariſſime patere, Platonem non *unicam* tantum dari *ſubſtantiam*, ſed plures adſeruiſſe; recipit igitur ſe *D. Gundlingius* ad animam mundi, probaturus inde, *Platonem* unicam agnoviſſe ſubſtantiam. *Eam (mundi animam) inquit, Platonis Deus* ἐπαγαγεν ἔξω *eduxit extra: quod indicio eſt, eam latuiſſe intra ſinum divinitatis: dein eo contexit* αὐτο ὅλον *ipſum univerſum, deditque ei nonnihil ex forma individua & dividua eſſentia: Illa eſt divina & individua: hæc materia atque dividua, ut ſic interveniente motu, fieret alterum, maneretque interea unum atque idem. Zimmermannus hanc deſcriptionem obſcuram vocat, quanquam Platonis menti convenit, ut ovum ovo.* Verum eſt, dixi, & adhucdum dico, *obſcuriſſimum* eſſe, quid *Timæus & Plato* animæ mundi nomine intelligant; ex iis autem, quæ omnium fere conſenſu obſcura ſunt, rite ratiocinari nos non poſſe, hactenus exiſtimo. Verum eſt, deſcriptionem animæ mundi, quam exhibet

Timæus,

Timæus, exacte convenire cum deſcriptione Platonis: ſed hoc idem eſt meâ opinione, ac ſi quis dicat, voci *bliĉtri*, non minus perſpicuam ſignificationem ſubjectam eſſe, ac *Ariſtophanis phlattotratt.* Nimirum æque obſcura eſt *Timæi* ac *Platonis* animæ mundi deſcriptio. *Celeberrimi & Hiſtoriæ Philoſophicæ peritiſſimi Viri* dudum faſſi ſunt, *obſcuriſſimum* ea in re *Platonem* eſſe. Fatetur hoc *Plutarchus* Vir πολυμαθεςατος initio *Commentarii de Procreatione animæ mundi, quæ in Timæo Platonis* deſcribitur. *Sext. Empir.* Lib. I. cap. 13. adverſ. Grammat. p. 283. ait: πȣ γαρ τις δυναται των ὀφρυωμενων γραμματικων Ἡρακλειτον συνειναι καὶ Πλατωνι παρακολȣθησαι λεγοντι της, καὶ ἀει κατα ταυτα ἐχȣσης ȣ̓σιας, καὶ της περι τα σωματα μεριςης τριτον ἐξ ἀμφοιν συνεκερασατο ȣ̓σιας ἐιδος, της τε ταυτȣ φυσεως, καὶ της θατερȣ. i. e. *Ubi enim eſt ex ſuperciliosis Grammaticis, qui Heraclitum poſſit intelligere, vel Platonem aſſequi, qui dicit: Ex individua & quæ ſemper ſimiliter, & eodem modo, ſe habet eſſentia, & ex ea, quæ eſt in corporibus dividua, tertiam ex utrisque ſpeciem conſtituit eſſentiæ, nempe & naturæ ejus, quod eſt idem, & naturæ ejus, quod eſt alterum.* Ex Recentioribus unicum citabo *Burnetum Archaiolog. Philoſoph. Cap.* 13. p. m. 439. ita loquentem; *Hanc animam*

mam Platonicam, inquit, multis explicuere Platonis Interpretes, Chalcidius, Proclus, & quotquot in Timæum commentati ſunt. Præterea Plutarchus tractatu ſingulari fusè diſſeruit de procreatione animæ ſecundum Platonem. Sed his lectis omnibus, nihil proficies; niſi quod id forſan magis perſuaſum habueris, operam prorſus luſiſſe, quotquot ſudarunt in hac arena. Nihil aliud mihi videtur illa ψυχογονία Platonica, quam luſus ingenii: vel regia magica in aëre conſtructa, cujus fundum fruſtra quærimus. Cui notus eſt ille dialogus Timæi, ſatis erit apponere non meam, ſed nuperi Philoſophi, ea de re expoſtulationem. Si Plato ſuam illam, de animæ natura, communibus verbis expoſuiſſet ſententiam: Ecquid putas grande, aut quod certo poſſet probare, dicere viſus fuiſſet? Et fac jam illum in vivis eſſe: fac rogari, ut ſeſe clarè explicet: ut ſuum illum Chiasmum declaret? ut quid ſit idem, quid diverſum, quid tertia ex dividuo individuoque natura, exponat. Qui illa Geometrica Harmonicaque proportiones in anima agnoſcantur, aperiat. O quam aberit, ut propterea animæ naturam nobis perſpectam faciat: quæ & illiusmet auditores, quos inter etiam fuit acutiſſimus Ariſtoteles, latuit & manet etiamnum incomperta. Sed nempe, quia ſuam ſententiam miris impli-

cuit

tuit ambagibus, idcirco obtinuit, ita quod velle potuit, ut puta quod illam propterea miremur, ſuſpiciamusque & revereamur, tanquam inſigne myſterium, opinemurque, niſi perfectè animæ naturam noſcamus, cauſam eſſe, quod non in mentem divini Viri penetremus: nobisque imputemus, quod homunciones cum ſimus, tantum conſequi Heroëm non poſſimus: Et cum nobis oculi Noctuæ, illi Aquilæ fuerint, ad illud Jubar caligemus, quod ipſe clarè perſpexerit. Hactenus Burnetus. Teſtimonia illa adducta ſatis teſtantur omni tempore doctiſſimis, & perſpicaciſſimis Viris, obſcuram valde animæ mundi Platonicæ deſcriptionem viſam eſſe. Sed videamus tamen, utrum probari poſſit, illam animam *in ſinu divinitatis fuiſſe*, atque poſtea *expulſam*. Audiamus ipſum Timæum. Is p. 549. ita hanc rem proponit. ταν δε τω κοσμω ψυχαν μεσοθεν ἐξαψας ἐπαγαγεν ἔξω περικαλήψας αὐτο ὅλον. αὐτα, κραμα αὐταν κεραςαμενος ἐκ τε τας ἀμερίςω μορφας καὶ τας μερίςας ἐσιας. ὡς ἐν κραμα ἐκ δυω τετεων ἐιμεν. ὡ προτεμιξε δυο δυναμις, ἀρχας κινασιων, τας τε ταυτω καὶ τας τω ταυτερω. ἁ κ̀ δυσμικτος ἐασα, ἐκ ἐκ τω ῥαςω συνεκρινατο. i. e. *Animam autem mundi in ipſius* (*ſc. mundi*) *medio indidit Deus, & extra eduxit: ipſumque univerſum ipſâ contexit, certo quodam temperamento*

contemperatam, ex forma nimirum individua, & ex dividua eſſentia: ut unum quoddam temperamentum ex his duobus exiſtat: cui duas potentias immiſcuit, motuum principia. Ejusdem videlicet & alterius. Quæ quidem anima, cum difficulter ſuſcipiat mixtionem, neque facile etiam ad hujus temperamenti formulam coaluit. Ex hoc loco nec *videmus*, *unde* anima illa mundi orta ſit, nec *quid ſit*. Illud ἐπαγαγεν ἔξω fruſtra urget *Gundlingius*. *Deus* dicitur eam mundo *indidiſſe*, conſideratur igitur tanquam *aliquid*, quod Dei *imperio & voluntati prorſus obnoxium ſit*: quam enim poteſtatem haberet in id, quod cum eſſentia ſua indivulſo nexu cohæreret, & ejusdem eſſet perfectionis? eduxit illam animam extra, ſed an inde neceſſario ſequitur *ergo latuit in ipſa eſſentia divina?* indita primo fuit mundo, & demum extra educta eſt. Ubi autem, antequam mundo insereretur, fuerit, *nec vola, nec veſtigium adeſt in Timæo*. Non licet autem ad defendendam hypotheſin *quidlibet ex quolibet* elicere. Si conjecturæ locus ſit, crediderim, illud ἐπαγαγεν ἔξω nihil aliud denotare, quam animam illam mundi medio inſertam a Deo extra eductam, i. e. ad exornandas omnes etiam extremas mundi partes, miſſam; poſtea vero hoc

hoc facto, denuo in prius domicilium conjectam. (*b*) Illa contemperatio ex *dividuo* & *individuo*, nihil aliud videtur denotare, quam mundum ex corporibus & principio quodam fœcundante conſtare. Sed quicquid dicas, nihil, quod omni ex parte ſatisfaciat, adferre poteris. Sufficit, quod tanquam miniſtra quædam, Dei Imperio obnoxia conſideretur. Hinc. pag. 549. ait: ἀν ἐχ ὑςεραν τας σωματικας ἐσιας συνεταξατο ὁ Θεος, ἀλλα πρεσβυτεραν ἐποιει, *hanc vero non ultimam ordinavit Deus poſt corpoream ipſam eſſentiam, ſed antiquiorem creavit*. *Eam mundi* animam (ita pergit D. Gundlingius) Locrus pag. 556. *nominat alteratricem*, φυσιν ἀλλοιωτικην, *ut Opificis vicem obiret in mortalibus & diurnis animalibus efficiendis, quibus illa, quaſi per fluxum quendam animas inſtillabat*, ὡν τας ψυχας ἐπιῤῥυτως ἐνεςαγε, *partim a ſole, partim ab aliis aſtris, ubi oberrabant*,

(*b*) Ita explicat ipſe Plato in Timæo pag. 711. Edit. Ficini: *Poſtquam igitur*, ait, *ſecundum Creatoris illius mentem tota animæ conſtitutio abſoluta fuit, mox omne corporeum intra ipſam effinxit, mediumque mediæ accommodans, apto modulamine copulavit. At illa a medio per omne usque ad cæli extrema ſe porrigens, eique extrinſecus circumfuſa, ſeque in ſe ipſa convertens, ita ſempiternæ ſapientisque vitæ in univerſum tempus divinum dedit exordium:* conferatur Plutarchus de Animæ Procreatione pag. m. 635.

deductas. Unam animam humanam eâdem potentiâ præditam manſiſſe, quæ eſt illa ipſa mundi anima, quam in parte rationis participe admiſcuiſſet. Ita *D. G.* Afferam ipſa verba *Locri*, ut, utrum illa neceſſario fluat inde conſequentia, Lector dijudicare poſſit. Quoniam autem prolixiora ſunt, latina tantum dabo. *Jam vero, inquit* pag. 556. *poſt mundi conſtitutionem, mortalium animantium generationem molitus eſt Deus, ut ad imaginem illam perfectus eſſet plane atque abſolutus. Humanam igitur animam ex iiſdem rationibus atque potentiis contemperatam, atque diviſam diſtribuebat, naturæ alteratrici hoc tributo miniſterio: quæ acceptis harum rerum mandatis, ipſius Opificis quaſi vicem obivit in mortalibus & diurnis animalibus efficiendis, quorum animas NB. quaſi per fluxum quendam inſtillabat: ita alias quidem a luna, alias a ſole, alias a cæteris, quæ in alterius parte oberrant, aſtris, deducebant. Unam animam excepit, quæ ejuſdem potentiâ prædita eſt, quam in parte illa rationis participe admiſcuit imaginem ſapientiæ his, qui bono fato utuntur.* Et paucis interjectis triplices animæ facultates eſſe vult. *Circa cor* το θυμοειδες; *circa jecur* το ἐπιθυμητικον; *in cerebro tandem eſſe* το ἡγεμονικον. Quod ſi in ſummam Locri

verba

verba redigamus, ſequentia exinde patent. 1. *Deum diſtingui ab anima mundi cæterisque ſubſtantiis.* 2. *Animam mundi Dei miniſtram eſſe, animasque in diverſa loca, ita volente Deo, deduxiſſe, & in corpora immiſiſſe.* 3. *Animas illas circa ſolem & aſtra oberraſſe.* 4. *Animam mundi a cæteris animabus diverſam eſſe.* 5. *Animas humanas diverſis facultatibus inſtructas* eſſe. Exinde tamen concludit *D. G.* p. 277. *Unde in omnibus rebus invenitur divinum & idem: cui agglutinatur illud celebre non ens, quod non per ſe ſubſiſtit, ſed a divino ſuſtentatur.* Sed quis tam *lynceus* eſt, ut hujus *illationis vim* videre poſſit? materiam non eſſe ſubſtantiam ex mente Platonis, *mera eſt ſuppoſitio*, ſupra ſatis, ni fallor, refutata. In omnibus rebus invenitur divinum, id eſt, dantur intellectuales ſubſtantiæ in homine, circa aſtra ſunt dæmones; ſunt ideæ, eſt denique Deus ipſe. Sed *quo argumento* probatur, aut *teſtimonio*, omnes illas ſubſtantias *unam* efficere, imo cum *ipſo mundo* ita *neceſſario conjunctas*, ut nonniſi *mentis præciſione* diſtinguantur? *clariſſime* hic mundus a Deo, Deus ab anima mundi, animæ ab aſtris & corporibus diſtinguuntur. Aſſerere, hæc omnia per abſtractionem mentis interpretanda, nihil aliud

eſt,

eſt, quam ſine ratione τῃ ὑποθεσει διχλευειν. Unde neceſſe non puto, ut multis conſeq. *Gundlingii* Sect. LXII. adductam ſubvertam. *Ex his vero, inquit, claret, unicam ſubſtantiam eſſe* το Θειον, *cætera non eſſe, niſi per participationem*, κατα μετοχην *unius ſubſtantiæ, quæ influit, in homines & animalia.* Quo enim in loco dicitur, animas illas in animalia deductas ex *Deo repetitas?* ne quidem ex gremio animæ mundanæ prodiiſſe dicuntur. Solum hoc patet, animam mundi cæteras animas corporibus indidiſſe. Cur denique ab aſtris, ſole, revocantur illæ animæ, ſi pars ſunt eſſentiæ divinæ? Argumenta inſuper ex hoc *Timæi* libello attuli, ad probandum, Deum ex *Locri* ſententia fines intendiſſe in condendo mundo: Reſpondet, loqui Locrum tanquam *phyſicum*; Deum Pythagoræ autem γεωμετρειν. *Finis conſiderationem in abſtractionem mathematicam* non cadere. Sed quid opus multis verbis, ubi adſunt teſtimonia, *Plato in Timæo, & Locrus* de anima mundi, uti *Phyſici* ſimul & *Theologi* loquuntur. Pandunt rerum initia, ſimulque quomodo & quem in finem cuncta exornata ſint, edocent. De abſtractionibus ſane hic ſermo non eſt. *Deus*, & ex noſtra ſententia γεωμετρει, quia omnia certo

pondere

pondere & menſura condidit. Pag. 554. Locrus ait: *Deum Elementis uſum ad mundum conſtruendum.* Pag. 555. εἷς μεν ὢν ὅδε ὁ κοσμος δαιμονιω δεσμω το ἀναλογον ἐςιν. *Unus igitur hic mundus felicis cujusdam & plane divini vinculi proportione conſiſtit.* p. 557. ταν δ' αἰσθασιων των μεν ὄψιν ἁμμιν τὸν Θεον ἀναψαι εἰς θεαν των ὠρανιων κ̀ ἐπιςαμας ἀναλαψιν. i. e. *At vero ex ſenſibus viſum quidem nobis accendit Deus ad rerum cæleſtium contemplationem ſcientiamque comparandam.* p. 549. λογοι δ' οἱ παντες ἐντι κατ' ἀριθμως ἁρμονικως συγκεκραμενοι. ὡς λογως κατα μοιραν διαιρῃ κει ποτ' ἐπιςαμαν. *i. e. Hæ autem rationes omnes ſunt contemperatæ ad numeros harmonicos, quas & ipſe rationis Opifex congruenter diſtinxit, certis ſcientiæ auſpiciis. Libellum ſuum ſic claudit.* οἷς ὁ παντων ἀγεμων Θεος ἐπετρεψε διοικησιν κοσμω, συμπεπληρωμενω ἐκ Θεων τε κ̀ ἀνθρωπων. των δε ἀλλων ζωων ὅσα δεδαμιουργηται ποτ' εἰκονα ταν ἀριςαν εἰδεως ἀγεννατω κ̀ αἰωνιω. i. e. *Quibus humanarum rerum inſpectionem ſummus ille Deus, omnium Imperator atque præſes attribuit. Quibus etiam gubernationem mundi commiſit. Qui quidem mundus & Diis, & hominibus, & cæteris animantibus conſtat, abſolutâ plane omnibusque numeris cumulatâ ratione. Et hæc quidem omnia ad optimam*

optimam illam ingenitæ, æternæ, intelligibilis formæ, imaginem fuerunt creata. Hæc loca mea opinione probant *quam clariſſime*, Deum ex mente Locri *fines intendiſſe*. Cum autem in ſuperioribus ſatis clarè demonſtraverim, *Spinozam* omnes fines negare, conſtat, *Platonem*, qui Timæum ſecutus eſt, cum *Spinoza* non idem ſentire.

Viro, Pietate, Eruditione, Nobilitate, Candore denique, Præcellentiſſimo.

JO. CONR. ZIEGLERO, Scaphuſano, Amico Singulari.

Diſſertationem hanc Apologeticam in Grati Animi τεκμήριον & Amicitiæ Monimentum

D. D.

Jacobus Zimmermannus. (*)

MIraberis ſine dubio, *Præſtantiſſime Vir*, qui fiat, ut Apologeticam hanc Diſſertationem TIBI inſcribam. TU enim a litibus omnibus alieniſſimus es, & nihil magis in Votis habes, quam ut inani-

(*) Typothetæ incuria factum eſt, ut Epiſtola hæc, quæ Clariſſim. Zimmermanni Vindiciis præmitti debuiſſet, nunc demum exhibeatur.

inanibus Diſputationibus, quibus Eruditi miſere tempus terunt pretioſiſſimum, poſthabitis, in id omnes eniterentur, ut de rebus momentoſiſſimis perſuaſi, virtuti per omnem vitam vacarent. TU in altiſſimo otio inquirendæ Veritatis ſtudio vacas, ita tamen, ut, quod difficillimum, in Sapientia modum teneas. TU ſummâ ope niteris, ut per Virtutis acerrimum Studium, citis paſſibus ad beatam immortalitatem graſſeris; Hoc negotium Tuum, hoc otium, hic labor Tuus, hæc quies. In his vigiliam Tuam, in his etiam ſomnum reponis. Merito ergo miraberis, eriſticam hanc Diſputationem, & rerum pondere, & ſtyli nitore deſtitutam, TIBI offerri. Ego vero, mi *Zieglere*, TE laudo, atque beatum prædico, imo inter *Eminentiſſimas Tuas Virtutes* refero, quod vera rerum pretia noris. Neque enim ego, ut multi, invideo aliis bonum, quo ipſe careo, ſed contra ſenſum quendam, voluptatemque percipio, ſi ea, quæ mihi denegantur, Amicis video ſupereſſe. Pauciſſimi mortalium ſciunt, quem in finem D. O. M. mentem, quâ nihil præſtantius nobis datum eſt, in exiguum hoc corpuſculum conjecerit. Multi, vel ideo ſe natos putant, ut nihil profu-

turis

turis tempus terant, ut cibos percolent, ut ventri bene ſit, &c. hic humilium ingeniorum mos eſt. Qui excellentioris ingenii ſunt, tum demum rite ſe ſuo officio defunctos putant, & vixiſſe arbitrantur, ſi multa, aut nihil, aut parum profutura ſciant, ſi de omnibus loqui poſſint, ſi laudentur, celebrentur, atque per ora virûm volitent, cæterosque, aut munerum dignitate, aut Eruditionis ſplendore, ſuperent. Pauciſſimi animum à præjudicatis opinionibus, pravis ſtudiis purgant; Pauciſſimi momentoſiſſima rite cognoſcunt, virtutique, quæ omnibus, etiam nobiliſſimis ſcientiis præſtat, acri ſtudio vacant, atque tempus illud breve & fluxum in ea ſectanda atque excolenda collocant. Pauciſſimi denique, tum ſibi videntur ſatis ſapere, quando ea ſciunt, quæ Magiſter Optimus nos ſcire voluit, eaque agunt, ſine quibus beati eſſe non poſſumus. Hæc, cum Tu diu noctuque mediteris, cum omnem curam meditationemque in eo reponas, quis Te verè Doctum, verè Sapientem, verè Felicem eſſe, negabit? Quid igitur ad me Plato tuus, inquies, quid Examen litium tuarum? Audi, mi Zieglere. Dudum eſt, ex quo in ære Tibi ſum. Infinita ſunt Tua erga me Beneficia, quibus me Tibi devinxiſti. Amo

Te, & poſſum dicere quare. Volui igitur, cum meliora ad manus non ſint, tandem aliquod extare amoris mei in Te monimentum, leve illud quidem, & exiguum; monimentum tamen. Lacte ſupplicare debent, quibus thura deſunt. Reſpice igitur non tam rem ipſam, quam animum meum. Et Parentes æquis oculis conatus liberorum aſpiciunt, licet ingenii maturitas ubique deſideretur. Præſtat in minimis tentare, quid vires valeant, quid ferre recuſent. Non omnes alto ſe mari credere audent: timidos juvat littus legiſſe. Interim, ut Beneficiorum Tuorum, ſic & Monitorum, nulla me unquam capiet oblivio. Quoties de Te cogito, cogito autem plurimùm, toties ad virtutem animus meus accenditur. Plura, ut heic addam, prohibet decantata Tua Modeſtia, quam vel Hoſtis in Te admiretur. Accipe igitur ſerenâ mente, hoc quantulumcunque amicitiæ τεκμήριον, & nunquam deſine amare Zimmermannum Tuum.

Vale.

II. Me-

II.

MEMORIA M. JOANN. SCHMIDII, Theologi Cœci.

§. 1.

Conſolatio cœcitatis, quam elegantiſſimus Erycius Puteanus Lovanii A. MDCIX. in Viri cujusdam ampliſſimi, luminibus orbi, gratiam edidit, ita affecit M. Antonium Bonciarium, eodem calamitatis genere preſſum, ut eam ab homine vidente ſcribi potuiſſe magnopere miratus fuerit. Refert id teſtis αὐτήκοος Philippus Wannemakerus, Belga Dominicanus, in Triumpho Litteratorum (a) Mediolani A. MDCXL. in 8. excuſo, cujus verba, cum liber hic paucis viſus ſit, recitare hoc loco non piget: *Cum primo M. Ant. Bonciarium inviſerem, & Puteani Conſolationem Cœcitatis offerrem, quam e Belgio contuleram, & ille avide legi ſibi curaſſet: ſequenti die ad eum reverſus: ô mi Wannemakere, inquit, ecquis divinior Puteano? ô vita! Hocne ſcriptum clare videntis*

(a) Pag. 129. ſq.

dentis de cœcitate? Quid dicam non occurrit, niſi hoc forte: Luminibus orbum, cœcumque fuiſſe plane adfirmem, cum Ampliſſimum illum Virum conſolaretur. Scribi certe in hac materia nihil melius potuit. Ita dico; & cœcus dico. Nam noſtrum eſſe arbitror, cenſere illa, qui eadem fortuna XX. circiter annis lætamur. De cœcitate nulli melius judicabunt, quam cœci. Quare iterum & bis iterum repeto: opinionem meam ſuperare hoc ſcriptum, hominis non cœci, ſed videntis. Ego poſt ſuaviſſima ſôlatia e limpidiſſimis divinorum oraculorum ſcatebris hauſta nulla re magis cœcitatis miſeriam levari poſſe arbitror, quam literarum ſtudiis, quibus mentis oculi non ſine dulci tenerrimæ voluptatis ſenſu paſcuntur ac demulcentur. Exemplo id ſuo haud pauci e cœcorum ordine confirmant, qui orbitate viſus ſe prohiberi paſſi non ſunt, quo minus eodem cum oculatis, immo majori ſæpius fervore Muſarum in caſtris militarent, hac re nominis ſui memoriam ad immortalitatem conſecrantes. Eorum honori poſt alios aliquo abhinc tempore litavit Eruditiſſimus Heumannus in Poecile ſua, varia eruditione pleniſſima. (*b*) ubi cœcos videntes, & eos quidem,

(*b*) Tom. I. Lib. 1. p. 139. ſqq. & Lib. II. p. 187. ſqq.

dem, qui a puero cœci ſine oculorum adminiculo non tralatitiam conſecuti ſunt doctrinam, in ſcenam produxit. Ego jam Viri non incelebris M. Joannis Schmidii, popularis mei, in prima pueritia caris luminibus viduati, memoriam renovare animum induxi.

§. 2.

Natione is Suevus erat, patria Nordlingenſis, vitæ limen ingreſſus Anno ſupra milleſimum & ſexcenteſimum trigeſimo nono, menſe Septembri, patre ephippiopœo. Quadrimus jam in ſcholam Latinam miſſus, bonam omnibus in tenella ætate de ſe ſpem excitavit. Verum, cum decimum vitæ annum ageret, inter ludos pueriles infelici ictu dextro primum oculo, dein chirurgi, cujus fidei & curæ parentes eum crediderant, imperitia & altero privatus, literis ſuorum ſuaſu valere juſſis, inſtrumentali, quam vocant, Muſicæ operam dedit, ut ita non tam cœcitatis moleſtiam aliquantum lenire, quam pauperiem propellere, victumque ſibi parare poſſet. Totus igitur in hanc artem intentus, brevi ita profecit, ut in nuptiarum ſolemnibus lautioribusque conviviis alios jam ea in lætitiam atque hilaritatem conji-

cere, fidibusque canoris choreas ad plectra agitantibus jucunde præire valeret. Sed ſexennio vix transacto, hoc vitæ genus pertæſus, quum diſſolutos multorum choraularum atque fidicinum mores non absque indignatione obſervaſſet, veritus ne ab iſto contagio & ipſe labem traheret, ad dulces ante omnia Muſas, quas olim invitus deſeruerat, aculeo iſto, quam prima literarum rudimenta ipſi antehac tradita in animo reliquerant, adactus, non ſine propitii Numinis auſpicio regreſſus eſt.

§. 3.

Itaque ingenii felicitate levatus ac indefeſſa diligentia inſtructus per omnes Gymnaſii patrii claſſes non tam cucurrit, quam volitavit, eosque fecit progreſſus, ut poſt ſex annorum decurſum idoneus, qui in Academiam quandam celebriorem ad ſtudia eo felicius proſequenda mitteretur, a Scholarchis judicatus ſit. Bono igitur cum Deo Argentinam, Doctorum ſuorum fama tum nominatiſſimam, ſe contulit Anno ſuperioris ſæculi ſexageſimo primo, ibidemque propitiam ipſi manum porrigentibus, ac liberalitate ſua ejus fortunam ſublevantibus Sereniſſimo Wirtembergiæ Duce, Illuſtriſſimo

Rapol-

Rapolti villæ Comite, & perincluto Nordlingenſi Magiſtratu, omni virium contentione literis hoc ordine per quadriennium incubuit, ut primum annum Philoſophiæ potiſſimum, ſecundum & tertium Phyſicæ & arti Medicæ, quartum denique auctore & ergodioćte Beato Doctore Dannhauero, maximi nominis Theologo, diviniori ſcientiæ conſecraret, ſuaque efficeret induſtria, ut Magiſterii, quod vocant, honoribus, tertio ipſi inter ſedecim competitores loco aſſignato, & Poëtica laurea decoratus, aliis in Logica & Politica diſciplina haud ſine fructu privatiſſime tertio jam anno erudiendis par eſſet. Intra hoc tempus præterea ſexies repetita vice publice & ſolenniter diſputavit, tresque Orationes Latino, ac unam de Monarchia JEſu Chriſti Græco ſermone, applaudente univerſo auditorum choro, recitavit: quo ultimo præſertim ſpecimine, quanta res voceſque auditu duntaxat perceptas in memoriam ſibi revocandi facultate polleret, luculenter demonſtravit. Haud inconveniens eſt, hic adjicere elegans Epigramma, in noſtri honorem a B. Dannhawero ſcriptum, cum ſub D. Jo. Fauſtii moderamine Diſputationem de Euporia ſtrenue tuitus eſſet:

Mirus mira facis, per te miracula præſtat,
Qui cæcum & ſurdum conficit ipſe, Deus:
Miris ille modis te ducat, provehat, ornet,
Læſaque compenſet lumina luminibus. (c)

Addo & alterum, quo Jacobus Schallerus ipſum proſecutus eſt, quum præclare in eruditorum conſeſſu de nobili argumento peroraſſet.

Democritus cæcus, cæcus fuit Appius olim,
Videre ingenii lumine plus quam oculis.
Deſiit optatæ poſtquam ſpes ultima lucis,
Incepit mentis lux radiare Tuæ. (d)

§. 4.

Ingenti dein Linguæ Gallicanæ addiſcendæ deſiderio inflammatus, litteris Sereniſſimi Wirtembergiæ Ducis Syſtaticis Mompelgardenſi Principi de meliori commendatus, Montem Bellicardum adiit A. MDCLXV. eamque ibi linguam illius liberalitate ſuſtentatus, quum vix interea annum dimidia parte ſol exegiſſet, ſibi ſummo ſtudio familiarem reddidit. Poſtmodum vero

(c) Vid. B. D. Pippingii Memor. Theolog. p. 613.
(d) Vid. B. Goez. de claris Schmidiis in Meletemat. Annaberg. p. 260.

vero peregrinandi cupiditate captus, pleraſque noſtræ Germaniæ Academias, cum noſtræ, tum adverſæ Religioni addictas, Baſileenſem nempe, Friburgenſem, Heidelbergenſem, Moguntinam, Tubingenſem, Dillinganam, Ingolſtadienſem, Altorfinam, Jenenſem, Lipſienſem, Wittenbergenſem, Francofurtanum ad Viadrum, & Erfurtenſem Deo duce & comite viſitavit, ac minimum in ſingulis ſtatus tam Scholaſtici quam Eccleſiaſtici explorandi cauſa unum menſem ſubſtitit.

§. 5.

Exinde A. MDCLXVII. in Academiam Jenenſem, quam in itinere ſuo antea jam ſalutaverat, ſe recepit, ac triennium ibi commoratus, non in quatuor tantum publicis Diſputationibus præſidem egit, verum privatim etiam Studioſos in Theologicis pariter ac Philoſophicis fideliter inſtituit, Sereniſſimorum Saxoniæ Erneſtinæ Lineæ Ducum beneficiis adjutus. Anno autem MDCLXX. a patriæ ſuæ Patribus domum revocatus, eorumque juſſu Superintendentis, valetudine tum minus commoda affecti, vice in ſermonibus ſacris die Veneris habendis cum non exiguo auditorum ſuorum, quibus pergratus erat, profectu functus eſt per qua-

driennium, quo exacto ille, aliquantum ab infirmitate reſtitutus, ad muneris ſui partes obeundas redire coepit, noſter vero, dimiſſione petita, Jenam A. MDCLXXIV. cum uxore tribusque liberis reverſus eſt, ſpe plenus, fore, ut ibi ſedula ſtudioſæ juventutis inſtitutione & vitam honeſte ſuſtentare, & viam ſibi ad officium aliquod publicum munire poſſet. Licet autem hic Erneſtus, Saxoniæ Dux, Pii cognomen ſummo ſuo merito adeptus, eum annuo quinquaginta thalerorum ſtipendio ex Hunniano legato beaverit, ipſeque omni animi contentione ſtudioſis prodeſſe laboraverit; non tantum tamen ex illa laudatiſſimi Principis liberalitate & Laborum Academicorum præmiis recipiebat, quantum ad alendam honeſte familiam, per uxoris foecunditatem ſingulis annis ſobole auctam, ſufficeret. Crediderim etiam, Viri & famæ & promotioni tam hic quam alibi maxime obfuiſſe conjugii infelicitatem, ipſo illo graviſſimo cœcitatis infortunio longe graviorem. Uxor enim Anna Margareta, Adami Boemii Lanionis Jenenſis filia, quam Nerdlingæ A. 1668. d. 9. Junii inauſpicato duxerat, erat mordax, litium cupidiſſima, flectique neſcia,

Semper alens votis, contraria vota mariti.

Vidi

Vidi ipſemet ego ſchedam, qua illa ob aſperrimos mores injuriasque marito illatas in jus vocata coram Conſiſtorio Jenenſi comparere, cauſamque dicere jubebatur. Sed ad alia pergamus.

§. 6.

Agitabantur tum forte conſilia de Gymnaſio Coburgenſi in Academiam transformando; quæ ſeria fuiſſe, licet effectu tandem caruerint, e variis literis ad B. Theophilum Spizelium, Theologum Auguſtanum a M. Iſraële Claudero in ipſo Coburgenſi Atheneo A. MDCLXXVII. & ſqq. ſcriptis didici. Inde enim cognovi, Ducalis ærarii præfectum a Sereniſſimo juſſum eſſe 2000. Imperiales Viennam, pro redimendis ab Aula Cæſarea privilegiis novæ Academiæ Saxo-Gothanæ Coburgi inſtituendæ transmittere. Diploma Cæſareum vero ſuper ea re Viennæ d. 11. Nov. A. 1677. datum eſſe: A. 1678. menſe Novembri Ducem per Commiſſarios, quos vocant, compellaviſſe Status Provinciales Ducatus Coburgenſis de ſubſidio nummario in futuram Academiam ad exemplum Statuum Ducatus Gothani & Altenburgenſis conferendo: in ſatis itaque grandem pecuniæ ſummam ab iis pariter

conſen-

conſenſum fuiſſe, ſed nonniſi pace Germaniæ reſtaurata exſolvendam. Inde quoque comperi, nonneminem Principi ſuaſiſſe, ut, quantum ad Facultatem Theologicam attinet, ſex Profeſſores ordinarii, unus extraordinarius conſtituerentur, quorum primus Exegeticam ſive Biblicam, ſecundus Homileticam, tertius Caſualem, quartus Oeconomicam, quintus Polemicam, ſextus Theticam, ſeptimus Hiſtoriam Eccleſiaſticam tractaret. Serena igitur noſtro ſpes affulgebat, futurum eſſe, ut in novo iſthoc Muſarum domicilio pedem figere, & ſtabilem fortunarum ſuarum ſedem reperire vel tandem ſibi liceret. Eo igitur cum Xantippe ſua & ſex liberis ſe contulit, annuente ipſo Celſiſſimo Duce Saxo-Gothano, qui illi deinde A. MDCLXXIX. menſe Februario Gotham accerſito honorabilem in Profeſſorum publicorum ordine locum, ſi conſilia de Academia erigenda exoptato ſucceſſu haud deſtituerentur, clementiſſime promiſit, ac interim liberalitate ſua de neceſſariis vitæ ſubſidiis proſpexit. Hic otium literarium nactus, in opere de Academiis conficiendo deſudavit, quod etiam eum ad umbilicum deduxiſſe feliciter e literis ipſius ad B. Spizelium exaratis cognovi: num vero illud

in

in dias luminis auras poſtea prodierit, incompertum habeo.

§. 7.

Cum autem, facta inter Sereniſſimos Fratres, Erneſtum illum Pium, cœlitibus tum jam adſcriptum, Parentem venerantes, regionum diviſione, Ducatus Coburgenſis Alberto, qui tum Marti quam Muſis faventior videbatur, ceſſiſſet, illico actum fuit de nova illa Academia, noſterque Schmidius non amplius habens, unde cum numeroſa ſatis familia viveret, neceſſitatem ſibi impoſitam alio migrandi mœſtus vidit. Sarcinulis ergo compoſitis iter ingreſſus eſt, & Wittebergæ aliquandiu ſubſtitit, ibique in D. Abrahami Calovii, Theologi famigeratiſſimi, favorem & amicitiam ſe inſinuavit, (*e*) per quam deinde aliis & præſertim Joanni Baggero, Epiſcopo Hafnienſi, de meliori nota commendatus, in ipſam usque Daniam perrexit, ubi Regis Auguſtiſſimi clementia poſt dicata ipſi in Threnos meletemata & concionem ſacram Hafniæ in templo arcis non

(*e*) Multa in noſtrum beneficia Calovius contulit: Schmidius autem ipſi gratiam rependit alteram Hiſtoriæ ejus Syncretiſticæ editionem Razeburgi A. 1685. curando.

non ſine illuſtris auditorii admiratione habitam variis eum beneficiis affecit. Hinc vero iterum diſcedens, iter longum atque difficile, magni operis, quod de Eccleſiæ noſtræ in ſingulis locis ſtatu moliebatur, perficiendi cauſa inſtituit, ac literis laudati Epiſcopi ſyſtaticis, quas integras e MS. huic Memoriæ ſubjicere operæ pretium duximus, inſtructus, per integrum biennium univerſam fere Germaniam peragravit, & egregium apparatum variorum documentorum, ad eccleſiarum ſcholarumque noſtrarum ſtatum illuſtrandum facientium collegit, quem publicæ luci decenti ordine digeſtum, teſte poſt ejus mortem vidua, (*f*) exponere animo ſecum conſtituerat, eorumque jam catalogum divulgaverat: ſed earum rerum nihil jam propemodum, ſi varia agenda eccleſiaſtica excipias, ſupereſſe mihi ſignificavit Vir doctiſſimus & ab annis Academicis amiciſſimus Georgius Jacobus Ehingerus, Lycei Nordlingenſis Conrector præclare merens, cujus benevolentiæ etiam nonnulla alia, Schmidii noſtri notitiam concernentia, me debere gratus profiteor.

§. 8.

(*f*) In Dedicatione Libri: *Denen ſtarken entgegen geſetzte ſtärkere Waffen*, Rerumpubl. Francofurtenſis ad Moenum, Memmingenſis & Lindavienſis Magiſtratibus inſcripti.

§. 8.

Peracto illo itinere poſt multas viarum ambages in patriam rediit, ubi eum tandem durum illud telum, neceſſitas, tabernam vinariam inſtituere adegit: hinc vero deinceps Baldingam in pagum, Nordlingenſi civitati vicinum, conceſſit, emto ibi publico diverſorio, quod hodienum ab ipſo inhabitatore nomen *das blinde Eck* gerit. Et hic quidem A. MDCLXXXIX. d. 5. April. quinquagenarius ex ærumnoſa hac totque malis pleniſſima vita, relicta cum ſex liberis vidua, emigravit, quietemque, quam in terris non habuit, invenit Vir variis jactatus procellis, & haud unam ob cauſſam in infelicium literatorum numerum referendus, felicior forte, me quidem judice, futurus, ſi in inferioribus aut mediocribus ſubſiſtere; nec ad ſublimiores honorum gradus nimis cupide adſpirare voluiſſet. Qui enim propius ipſum cognoverunt, φιλονεικιαν in illo notarunt, quam præter minus probatos malæ uxoris mores Viri cæteroquin eruditi & eximiis animi dotibus ornati, ac ad munus aliquod publicum cum laude obeundum non inhabilis fortunis obicem poſuiſſe arbitror.

bitror. Imagini ejus, quæ æri inciſa extat, hoc ſubjectum eſt diſtichon:

Me mala ſors oculis decimo privavit in anno,
Gaudeo ſed mentis luce, ſonoque Deum.

Juvat & adjicere duo Epigrammata, quorum primum in ejus laudem ſcripſit D. Jo. Erneſtus Gerhardus, alterum D. Sebaſtianus Niemannus, quum in Academia Salana præſes de cauſa inſtrumentali publice diſputaret.

1.

Mirandus miranda facis, quando optima quæque
Mirando cæcus perſpicis ingenio.

2.

Quod nequeunt oculi, mens perſpicit optima Schmidi,
Sic DEUS hæc clemens damna levare ſolet.
Mentem acuat Tibi porro Deus! Te lumine ſancto
Irradiet! greſſus dirigat usque Tuos!

§. 9.

§. 9.

Scripta ejus typis excuſa, quod mihi quidem conſtet, ſunt ſequentia:

1. Oratio de Monarchia JEſu Chriſti cœleſti, occaſione verborum Petri Act. V. 3. Græco idiomate conſcripta.

2. De viſu carentium conditione, a literarum amore & laude nulla ratione, neque unquam excludenda. Oratio I.

3. De oculis ad vitia patranda inque mentem introducenda haud minimum operis conferentibus. Oratio II.

4. De vitiis quibusdam in ſpecie, quæ patranda potiſſimum oculi ex ſenſibus juvant. Oratio III.

5. Diſputatio Logica de Euporia ſub præſidio D. Jo. Fauſtii Argentorati habita.

6. Exercitatio in M. T. Ciceronis Lib. II. de Divinatione.

7. Quæſtio Metaphyſicorum celebratiſſima: An Accidens migret de ſubjecto in ſubjectum?

8. Diſputatio de cauſa inſtrumentali.

9. Diſputatio de Aquarum ſupra-cœleſtium natura. Jenæ. 1667.

10. *Gaſt-Predigt über die Worte* Tobiæ Cap. V. 13. A. 1673., *zu Erfurt gehalten. Jena. in* 4.

11. Diſputationum Logicalium Proœmialium Triga, quarum I. de Accidentalibus Logicæ. II. de Naturalibus Logicæ. III. de Prædicationibus. Jenæ. 1674. in 4.

12. *Tägliches Himmel-auffſteigendes Opfer, oder tägliche Bet-Poſtill. Augſp.* 1670. in 12. cum figuris.

13. *Bet-Poſtill oder Sonntags-Andachten.* ibid. 1671. in 8.

14. *Feuriger Drachen-Gifft und wütiger Ottern-Gall, mit welchen des Teufels leibeigen Juden Volck durch greuliches und abſcheuliches Läſtern* &c. *den Drey-Einigen GOtt, ſonderlich unſeren liebſten Heyland, und ſeine Jungfräuliche Mutter Mariam, auch die gantze werthe Chriſtenheit in allen dreyen Haupt-Ständen wider alle Rechte, Geſetze und Ordnung an geiſtlicher und leiblicher Wohlfart frey ſpeiſet und träncket. Coburg.* 1682. in 12. recuſ. deinde in 4. cum appendice.

15. *Geweyheter Tempel des HErrn mit* 14. *güldenen Rauch-Altären oder Fäſſeren der offentlichen Kirchen-Gebet aller heyligen Gemeinden. Stade und Ratzenburg.* 1685. *und* 1686. in 8.

16. *JEſus-Calender.* Jen. in 4.

17. Squama ſyncretiſtica antiqui ſerpentis & magni Draconis ex inferni abyſſo, ob intolerabilem mentiendi & calumniandi rabiem profligata, conſciſſa, protrita. Euſtachius Dagobinus *in ſeiner verteuffelten und verzweiffelten Spott- Lügen- und Läſter-Schrifft wider den getreuen und hochverdienten Hirten des wahrhafften H. Drey-Einigen GOttes in der rein Evangeliſchen Kirchen Herrn* D. Abr. Calov *in ſeiner* Defenſion *wegen einer* injurioſ*en Zeitung und ſeine löblich bekandte und gründlich gelehrte Brüder und Schüler zur Noth und Gebühr beantwortet und darniedergeſchlagen* per interlinearem caſtigationem. *Ratzeburg.* 1684. in 4. Scriptum vehementiſſimum, quod vel ſolus titulus teſtatur.

18. *Himmliſche und Hölliſche Engels-Burg.*

19. *Engliſcher Heyl-Finger aus den Worten Johannis: Siehe, das iſt GOttes Lamm* &c. *Oetingen.* 1688.

20. *Denen Starcken entgegen geſetzte ſtärckere Waffen, das iſt, auserleſen- und andächtige Kriegs-Buß-Gebete* &c. ibid. 1689. in 8. & variæ aliæ hujusmodi collectiones precum publicarum.

Varia item. Carmina Græca, Latina & Germanica diverſis occaſionibus ac temporibus ſeorſim edita.

In MS.

Chriſt-erbauliche und zu dieſer böſen Zeit höchſt nothwendige Kirchen- und Staats-Regeln.

Jam accipe Reverendiſſimi Baggeri literas, ſuperius promiſſas, & egregiis Schmidii noſtri laudibus refertas.

Lectori Pio Salutem.

QUem hic præſentem ſiſto Virum Reverendum & Clariſſimum Dn. Mag. Johannem Schmidium, Fratrem in Chriſto optimum, ſed afflictiſſimum, oculis a prima pene pueritia captum, ſed animo acutum ac perſpicaciſſimum, magno autore Calovio non ita pridem in noſtram amicitiam ſuſcepimus. Poſtquam enim judicium comperterim tanti Theologi, non modo ſecurius Virum amare cœpi, ſed aliis inſuper imo & Sacr. Reg. Majeſt. non ſine inſigni ejus emolumento ſubmiſſe commendatum veni. Scilicet magna prærogativa eſt, placuiſſe Sapienti,

pienti, & indignum merito fuiſſet tam charam mihi & ſanctam manum non habuiſſe in pretio. Neque vero quicquam in eo deprehendi a laude & commendatione tanti Viri alienum, quamdiu mecum vixit. Minora citius attulit laudatiſſimus Præſul, quam ſentire eum credo. Admirare hic, amice Lector, ingens in Schmidio divinæ Providentiæ miraculum, quod, utut cœcus factus ſit, ſtudio tamen diſcendi, haud ſecus ac alter Didymus, iisque adeo oculorum cladem vicit, ut inter doctiores numerari ſuo omnino merito poſſit. Inde primo Poëtarum, mox Magiſtrorum corollam meruit; quam etiam in theatro honorum variis documentis publice ſibi & ſæpius glorioſe aſſeruit. Denique adeo feliciter ſacra tractare cœpit, ut concionator in patria factus, non ſine emolumento, verbum Domini multoties annunciaret. Quo nomine magnam quoque & inclutam Auguſti noſtri gratiam haud difficulter ſibi conciliavit, poſtquam in templo arcis, exhibito publico ſpecimine homiletico, non modo illuſtre auditorium, quod frequentiſſimum tunc erat, ſed & Regem ipſum in ſui admirationem rapuiſſet. Edidit inſuper meletemata valde enthea, in Threnos Sacr. Reg. Majeſt.

 dicata,

dicata, una cum alio opuſculo contra Judæos, quod itidem ad pedes Auguſti humillime depoſuit. Namque ſuis vicibus humana variantur, ut defectui nova ſuccedat ubertas, & oculis orbatus animo ſæpe acutiſſime videat. Ita Schmidius noſter, etſi in perpetua nocte ſit, habet tamen, quo ſe delectet, etiam occluſis ſenſibus, cui præter eruditionem maximam laudem pura quoque vita conciliat. Teſtis hæc officii mei pagina, relatura plurimum boni, ſi Te, amice Lector, pronum in amicitiam ejus adtraxerit. Occupatur jam in inveſtigando ſtatu Eccleſiæ noſtræ, & juxta ſingulas Eccleſiarum conſtitutiones accuratius deſcribendo. Laudanda omnino opera, & non leviter utilis, cui promovendæ omnem nos opem & auxilium debemus. Cæterum magnas ingenii vires fortuna magna non onerat, & quanquam ita occupato multum laboris & moleſtiæ creetur, ſtat tamen apud illum illud Poëtæ, *iter durum viciſſe Pietatem*, qua graviſſimas ſæpe difficultates non ſolari modo ſed etiam prorſus tollere ſolet. Talem hic unicuique Schmidium ſiſto, ſed vobis præcipuè, Fratres Theologi, qui Sacri Ordinis eſtis, ut pios ejus conatus pro virili promoveatis, ejusque miſerandæ ſorti digna Fratribus

tribus charitate ſuccurratis. Etenim hoc jam curarum, vigiliarumque honeſtamentum exoptat, hoc mœroris levamentum amice petit, ut fimbria charitatis veſtræ liceat cicatrices velare, utque tantillum amoris, veſtra ipſi munificentia indulgeat, donec æternæ luci, quam avidius anhelat, divinitus reſtituatur. Procul abſit a benignitate noſtra, ut, qui in tantis anguſtiis favorem Numinis devote exoſculatur, noſtrum hic ſibi adverſum ſentiat, hocque priori infortunio accedat, repelli a ſuis, & finito bello denuo profligari. Facile divinabitis voluntatem afflicti Fratris & cum intellecta eſt, graviſſima neceſſitate liberabitis. Jucundum quippe beneficium hoc eſt & victurum in animo ſciatis, quod ita obvium venit nil roganti. Et ſi non ita contigit prævenire penitus, antequam rogaremur, plura tamen rogantis verba, & ſpecialiora ejus deſideria intercidamus, ne rogati videamus. Caſſa fide ſunt, qui jugiter blandiuntur, & quam plerique verbo oſtentant, opere deſerunt: quod genus nulli rei eſt, niſi ad loquendum. Tu itaque, amice Lector, ſi candidus es, ſi pius, candorem largire præſenti Schmidio, ſi nil ultra, nec lapides pone cœco Fratri, qui ipſi offendiculo erunt, ne afflicto afflictionem

addas. Eſtote Fratres Theologi benigna, ut eſtis, in ipſum voluntate & pro re veſtra ſuccurrite viro orthodoxo & bene merito, ut homo inutiliter verecundus, quod clam deſiderat, inveniat potius, quam accipiat. Et quia ſperandum hoc magis a vobis ſentio, quam petendum, id ſaltem pro humanitate veſtra, & communi religionis ſtudio adjiciatis obnixe rogo, ut cognoſcat gratiam ſui, meo quoque nomine eſſe geminatam. Denique hæc unica voti mei cura eſt, ut favorem commendatus acquirat, redeatque Laudator beneficiorum, quorum utilitas ad ejus commodum, ad meum ſenſum gratulatio redundabit.

Scripſi Hafniæ d. 9. Maji. 1682.

L.S.

Hans Baggerus
Epiſc. Hafn.

III. Joan-

III.

Ioannis Georgii Frickii

Poeſ. Prof. Publ. in Gymnaſ. Ulmenſ.

De

IOANNE MORONO

S. R. E. Cardinali,

Articulisque, quibus ab Inquiſitionis officio iuſſu Pauli IV. olim tanquam Lutheranismi ſuſpectus, & in vinculis detentus accuſabatur,

Obſeruatio.

Σύνοψις.

MOroni celebritas. §. 1. Patria, Parentes. §. 2. Studia iuuenilia. §. 3. Sacris initiatur. Creatur Epiſcopus Mutinenſis; & ad Ferdinandum ablegatus, Romam reuertitur, fit Cardinalis. §. 4. Legatus ad Concilium Trid. & Caeſarem, it. Bononienſes. Epiſcopus Nouarienſis. §. 5. Intereſt Comitiis Auguſtanis, A. 1555. electionem Marcelli II. & poſtea Pauli IV. promouet. §. 6. Damnatur ad vincula tanquam hæreſeos

ſeos reus. Ejus in carcere ſocii. Innocentia per Ghislerium declarata. §. 7. Liberatur a Cardinalibus. §. 8. Propenſa Pii IV. erga Moronum voluntas. §. 9. Obtinet Praeſidis locum in Concil. Trid. Ejus arcana ad Ferdinandum I. conſilia. §. 10. Finito concilio nouos accipit honores, praecipue Decanatum Colleg. Card. Proxime abeſt ab electione in Pontif. §. 11. & 12. Legatus Gregorii XIII. ad Genuenſes, & ad Maximil. II. Imp. §. 13. Eſt magnus Jeſuitarum Patronus. Enumerantur ejus reliqui tituli. §. 14. Ejus obitus, inſignia, epitaphium. §. 15. Scripta. §. 16. Autores de illo plures. §. 17. Ejus ingenium & animi indoles. Comparatur cum Patre ſuo Hieronymo. §. 18. Amici Moroni. §. 19. Articuli accuſationis illius. Eorum raritas. De editione conjecturæ. §. 20.

§. 1.

IOANNIS MORONI, Eccleſiae Romanae Cardinalis, nomen adeo magnum & illuſtre ſeculo XVI. fuit, vt mirum alicui iure meritoque videatur, cur in tanta ſcribentium multitudine fatorum eius accurata cognitione digniſſimorum ſeriem exponere nemo huc vsque tentauerit. Non iam iniuſti prope-

propemodum huius ſilentii rationes curatius explicare, aut, quod verius dicere liceat, curioſius indagare conabor, ſed hoc ſaltim monebo, articulorum, quibus praecipua haereſeos fruſtra Morono tributae capita continentur, lectionem nuper forte fortuna inſtitutam tantopere ſeſe mihi commendaſſe, vt ſtatim de nouiter adornanda illorum editione, praemittendaque vitae Moronianae paullulum prolixiori notitia cogitauerim. Hoc autem officio ita defungar, vt habita temporis & annorum, quo quaelibet geſta ſunt, ratione ex limpidis omnia fontibus hauriam, optimisque hiſtoricorum monumentis ſumma, qua potero, fide deducam.

§. 2.

Natus eſt Ioannes noſter Mediolani ex illuſtri familia, parentibus & generis ſplendore & rerum geſtarum gloria perquam conſpicuis, *Hieronymo* nempe *Morono*, Comite, ſummoque ſtatus adminiſtro in aula Franciſci Sforziæ, Mediol. Ducis, & nobili fœmina *Amabila Tiſiraga* (*a*) anno ſeculi XVI.

(*a*) Vid. *Georg. Joſeph. ab Eggs* in Purpura docta lib. IV. pag. 584. num. LIX.

XVI. nono, d. 25. Ianuarii. Nefas eſſet ſilentio praeterire hunc virum, cuius profecto magnum illo tempore nomen fuit. Etenim ex euolutione ac teſtimonio ſcriptorum coaeuorum GVICCIARDINI nimirum & THVANI (*b*) conſtat, eum *foederis contra Carolum V. ineundi Franciſco Duci & Clementi VII. auctorem fuiſſe atque pararium,* (*c*) ac propterea iuſſu Caeſaris a Piſcario Marchione inſidiis captum, cuſtodiae in arce Papienſi traditum, deinde libertati reſtitutum priſtinae, partibusque Caeſaris addictiſſimum fuiſſe; prouti haec omnia pluribus apud eos, quibus de vita maximi Imperatoris Caroli V. commentari placuit, inueniuntur.

§. 3.

Primos iuuentutis annos in patria transegit addiſcendarum cauſſa literarum Ioannes, poſtea Patauium conceſſit, vt grauioribus diſciplinis operam daret, vbi quidem aſſiduitate laborum ingeniique felicitate tanto-

(*b*) Lib. XVI. Hiſtor. ſui temp. pag. m. 576. ſq. partis II. edit. Baſil. 1567. in 8.

(*c*) Verba maximi Thuani refero, quae legas lib. LXXI. p. m. 611. Volum. III. edit. Francof. 1614. in 8.

tantopere profecit, *vt trina condecoratus laurea inter primarios Patauini Gymnaſii Philoſophos, Theologos, ac Iuriſperitos connumerari meruerit.* (*d*)

§. 4.

Atque ſic viam ipſe ſibi parauit ad conſequendas ampliſſimas, quibus poſtea mirum in modum effulgebat, dignitates. Siquidem ſacris initiatus anno aetatis vigeſimo & octauo, qui 1537. erat, (*e*) a Clemente VII. Mutinenſium Epiſcopus renunciatur, mittiturque poſtea a Pontifice Paulo III. A. 1536. d. 14. Octobr. ad Ferdinandum I. Regem tum temporis Romanorum, vt in illius aula tanquam Nuncius moraretur, & regis ceterorumque Germaniae Principum animos, ad habendum aliquod generale concilium & com-

(*d*) *Eggs* l. c.

(*e*) Si *Eggſio* maior, quam *Pallauicino* fides habenda eſſet, annus non 1536. ſed 1537. adſcribi deberet. Sed malo illi, vt in hoc ſic aliis etiam locis minus accurato, ſubducti minus bene calculi vitium imputare, quam huic lib. IV. c. 1. num. 4. *Hiſt. Concil. Trident.* expreſſis verbis iſta tradenti. Ceterum peccaſſe a quolibet deprehenditur *Eggſius*, quando contra omnem hiſtoriarum fidem perhibet, A. 1542. demum ad Ferdinandum I. miſſum eſſe Moronum, cum contrarium et commiſſae temporum confuſionis crimen ex iis, quae protulimus, luculenter pateat.

& componendas religionis controuerſias, rite praepararet. (*f*) Cum deinceps anno nimirum 1540. comitia imperii Spirae celebranda, propter luem contagioſam vrbem illam inuadentem, Hagenoam transferrentur, Moronus in loco priori illis interfuturus, iamque mandatis Pontificis ſufficienter inſtructus, nullis Caeſareorum aut rationibus aut blanditiis adduci potuit, vt Hagenoam ſeſe conferret. *Quantum enim*, inquit *Pallauicinus* (*g*), *eo ſponte ſua ferebatur, tantum mandato Pontificis cohibebatur;* etſi vehementer admodum hoc eius conſilium improbauerit Ceruinus Cardinalis literis ad Farneſium datis, nec ſine ratione credatur, horum impulſu virorum factum eſſe, vt ad reddendam ſuae legationis rationem ſit reuocatus a Pontifice Moronus, *cui mos erat, velle identidem coram audire ſuos peritiores nuncios.* (*h*) Romam itaque reuerſus noſter, quin humaniſſime a Paulo III. fuerit exceptus, ſequentia nos dubitare non ſinunt. Etenim inſtante nouo conuentu Spirenſi ad ſubeundam legationem iterum deſtinabatur ab illo Moronus, atque ſub finem anni 1541. acce-

(*f*) *Pallauicinus* l. c.
(*g*) Idem lib. IV. c. 11. num. 4. et 5.
(*h*) Idem lib. IV. c. 16. num. 9.

acceptis ab ore Pontificis conſiliis vberioribus (*i*) ad negotium perficiendum properabat. Vbi in Germaniam venit, comitiisque ſequenti 1542. anno habitis praeſens interfuit, adeo felicem rerum ſuae fidei concreditarum, votisque Romani Praeſulis ex aſſe reſpondentem nactus eſt ſucceſſum, vt abſens propterea in numerum Cardinalium a Pontifice, amorem & beneuolentiam ipſi ſuam teſtaturo, anno eod. relatus, S. Vitalis titulo Veſtinae primo, mox S. Stephani in Coelio monte cohoneſtaretur. (*k*)

§. 5.

Creatus Eccleſiae Romanae Cardinalis Moronus, ad legationem in Tridentina Synodo

(*i*) l. c. verba Pallauicini haec ſunt: *Cumque inſtaret nouus conuentus Spirenſis, eo nuncium deſtinarat ipſum Moronum, (in Senatu 7. Nouemb. vt in Actis Conſiſtor.) iis mandatis inſtructum, quae diſtinctiora atque vberiora ſuſciperet ab ore Pontificis.*

(*k*) Mandata, quae pro reformando Clero Germanico, pro foedere catholico atque concilio, attulit in comotiis Moronus, prolixe recenſet *Pallauicinus* lib. IV. c. 17. num. 1-7. vid. et ſeqq. Orationis ab ipſo habitae ſumma capita exhibet *Sleidanus* lib. XIV. p. m. 400. 401. Conferri etiam meretur *Seckendorfius Hiſt. Luth.* lib. III. ſect. 25. §. 94. num. 6. qui Moronum iam 1540. in Germania fuiſſe, ſed a conuentu Hagenoenſi abſtinuiſſe in antecedentibus refert.

nodo ex mente Pontificis obeundam, vna cum Petro Paulo Pariſio & Reginaldo Polo, quaſi inter collegas princeps, rerumque agendarum perittiſſimus, mittitur (*l*). Cum autem lente omnia, quae ad hoc de aperiendo concilio negotium ſpectabant, bellorum interuentu procederent, atque in comitiis Spirae 1544. celebratis Proteſtantium ordines Caeſari plus, quam e re Pontificis eſſe videbatur, extorſiſſent; euocandum Tridento Moronum, vbi hactenus commorabatur, & ad Carolum ablegandum conſtituit, vt ſuo & Eccleſiae Romanae nomine de iniquitate decretorum conquereretur. (*m*) Fallor, aut peracto demum hoc officio Bononienſem legationem, obitu Card. Contareni vacuam, accepit a Pontifice Moronus, (*n*) eamque poſt quadriennium in gratiam Gallorum relictam ceſſit Montano. (*o*) Addit

(*l*) Contigit hoc A. 1542. vti videre eſt apud *Suauem* lib. I. pag. 80. ed. Lond. et *Pallauicinum* lib. V. c. 1. num. 7.

(*m*) v. *Pallauicinus* lib. V. c. 6. num. 5. qui et cap. 6. ſequenti diploma Pauli III. ad Carol. V. eum ob Edictum Spirenſe arguentis, exhibet.

(*n*) Omiſit notare tempus ſuſceptae huius a Morono prouinciae *Pallauicinus*, quod tamen *Eggsius* ponit in A. 1544.

(*o*) Anno nimirum 1548. *Pallauicinus* lib. XI. cap. 2. num. 2.

dit *Eggsius*, eum dimiſſa ſub idem tempus Mutinenſi eccleſia, Nouarienſem Epiſcopum ad preces Ducis Mediolanenſis fuiſſe renunciatum. (*p*)

§. 6.

Inter haec fato functus A. 1549. Paulus III. locum fecit Iulio eius nominis itidem III, qui Moronum, vehementer inſtantibus Caeſaris et Regis Ferdinandi legatis, comitiis Auguſtae Vindelicorum A. 1555. habendis, in quibus de grauiſſimis religionis capitibus ageretur, intereſſe Nuncium iuſſit. Lubenti nouum munus animo Purpuratus noſter accepit, denuoque ad Germanos abiit; ſed vix Auguſtam peruenit, cum triſtis de inſperata Iulii morte (*q*) nuncius eum regredi Romam cogeret. Reuerſus interfuit electioni Marcelli II. & poſt huius obitum (*r*) Pauli IV. cuius nobile quidem, e Caraffarum quippe gente tractum, ſed multis odioſum nomen Morono praeſertim noſtro deteſtandum pene fuit.

(*p*) l. c.
(*q*) Contigit illa d. 23. Mart. A. 1555.
(*r*) Marcellus per duos tantum et viginti dies eccleſiae Romanae praefuit, mortuus eodem anno. Vide *Pallauicinum* lib. XIII. c. 11. vbi num 7. Marcelli obitus, & mira Pauli IV. creatio ſequentibus memoratur.

§. 7.

Ab eo tempore, quo Paulus IV. adhuc Cardinalis, ſacrae, ſi Diis placet, inquiſitionis congregationibus intererat, *acerbos in Moronum ſenſus*, falſis nimium credulus ſuſpicionibus, *prae ſe tulit.* (*s*) Conſcius huius rei Moronus, tamen ſiue hominis placandi gratia, ſiue ſua fretus innocentia, eius in Pontificatum electionem nauiter promouit, imperterritae teſtimonium conſcientiae daturus. Quemadmodum autem hodienum fieri videmus, vt ſemel ſuſceptum partium ſtudium vel ſiniſtrae de aliis opiniones aut raro aut nunquam ab hominibus ira odioue ductis deponantur, ita practicae huius obſeruationis veritatem ſuo Pontifex exemplo comprobauit. „Etenim bonus „noſter Ioannes, relicto S. Laurentii in Lu„cina titulo, & S. Mariae trans Tiberim „aſſumto, cum palatium ſuum vetuſta„te collapſum erexiſſet, nil talia ſperans A. 1557. a Pontifice, ſeuero ac ſuſpicioſo ſene, tanquam Lutheranismi reus, et clandeſtinus Proteſtantium fautor, (*t*) car-

(*s*) Debeo haec iterum diligentiae *Pallauicini*, cuius etiam iſta vt & ſequentia verba ſunt Lib. XIV. c. 2. num. 4. digna, quae apud ipſum relegantur.

carceri in mole Hadriani collocato includitur, quatuorque Cardinalium rigidiſſimo examini ſubiicitur. Erat inter hos facile princeps ſummus ille haereticae prauitatis inquiſitor, *Michael Ghislerius*, Cardinalis dictus Alexandrinus, poſtea ſub Pii V. nomine inter Pontifices notus, homo ſeuerus *(u)*, nec vno propter ſaeuum rigorem nomine notus. Hic, tametſi in eo Pontifici, quemadmodum in aliis, ſic in hoc quoque mirifice placuerit, quod in inquiſitione erga Moronum, eiusque infortunii participes ac in vinculis ſocios, *Thomam Sanfelicium* (x), *& Aegidium Fuſcarrum* (y), atque

(*t*) *Eggſius* iſta refert, e quo depromſi l. c. Lutheraniſmi ſuſpectum fuiſſe Moronum Pontifici, colligitur e titulo editionis articulorum, de qua in ſequentibus plura.

(*u*) Conf. *Henr. Spondani* annal. eccleſiaſt. contin. Tom. II. p. 567. ſummus erat inquiſitor Ghislerius, *nouo eo munere tunc inſtituto, cui ceteri omnes ſeu delegati ſeu ordinarii iudices etiamque epiſcopi in eiusmodi cauſſis ſubeſſent. Quod ſicut ante nemini, ita nec poſt contigit alteri dari, Pontificibus id ſibi ipſis reſeruantibus.* Luculentiſſimum cetera ſuae crudelitatis ſpecimen edidit in combuſtione viri integerrimi, *Aonii Palearii*, cuius vide vitam editioni operum Amſtel. 1696. praefixam, vbi impium Pium V. viuis depictum coloribus inuenies.

(*x*) Epiſcopum Cauenſem. *Spondanus* l. c.

(*y*) Mutinenſem Epiſcopum dicit *Suauis* l. c. ex ordine

qui primo mihi loco nominandus erat, *Reginaldum Polum* (z) inſtituenda omnem locauerit operam; vsque tamen eo Moronianae et conſcientiae et doctrinae integritas eum adegit, vt articulorum (a) quibus accuſationis capita continebantur, aut Pontificiae voluntatis, erga captiuum Cardinalem minime propenſae, nulla ratione habita, viuo etiamnum ac ſpirante Paulo, Moronum ab omni haereſeos imputatae culpae liberum pronunciauerit. (b)

§. 8.

Tradunt nonnulli (c), Pontificem Morono, agnita illius innocentia, liberum feciſſe

---

ordine Prædicatorum fuiſſe, nobilemque Bononienſem, in cuius fauorem Moronus Epiſcopatum Mutinenſem dimiſerat, addit *Spondanus*. l. c.

(z) Celeberrimum illum Eccleſiae Rom. purpuratum, et Pontificis in Anglia legatum. v. *Pallauicinus*, *Suauis*, *Spondanus*, ll. cc. alii.

(a) Infra nobis recenſendorum.

(b) Non tacebo hic loci inſignem *Ciacconii*, celebris vitarum Pontif. Scriptoris, impudentiam, qua praepeditus memorabilem fortunae Moroni conuerſionem, a me prolixe hactenus recenſitam, ſicco plane pede praeteriuit, cum vitam illius paucis quidem, at ſatis accurate tradidit, quando Cardinales a Paulo III. creatos recenſet, in vitis Pontif. Rom. p. m. 1125. ed. Rom. 1601. fol.

(c) Vid. *Allgemein. Hiſtor. Lexicon* art. *Moron.*

ciſſe vinculis exire, ſed noluiſſe Cardinalem, niſi pro iniuria illata, ſecundum aequitatis leges, debitos ſibi honores publica quadam declaratione Pontifex reſtitueret. Quod cum conſtanter hic recuſaret, ne ſemetipſum damnaſſe videretur, in carcere manſiſſe Moronum affirmant, vsque dum Paulus IV. mortem obiret, quae A. 1559. d. 18. Aug. ipſi contigit. Ego vero bonam huic narrationi praeſtare fidem non auſim, ſed hoc affirmauerim, eum in ſubſecutis comitiis a tribus e collegio Purpuratis Hadriani mole eductum (*d*) poſt breuem de illius admiſſione in nouo Pontifice eligendo dubitationem (*e*) creationem Pii IV. Cardinalis antea Medicei, ſuo ſuffragio adiuuiſſe.

§. 9.

Quod denegare Morono Paulus IV. ad finem vsque vitae perſtitit; hoc maiori cum cura dandum ſucceſſor Pius IV. cenſuit, publicum nempe fidei, famaeque immerito laeſae, teſtimonium. Perquam memorabilis eſt apud *Pallauicinum* ſententia, volente Pontifice a Cardinalibus Puteo & Ghislerio

(*d*) *Pallauicinus* Lib. XIV. c. 10, num. 2. it. *Suavis* p. 338.

(*e*) *Pallauicin. Suauis* ll. cc.

lata denuo atque ſignata, inque Senatu Purpuratorum lecta: *Coniectionem in cuſtodiam Card. Moroni, fortaſſe iuſſu Pauli IV. peractam, ne minimo quidem indicio praecedente contigiſſe, et inquiſitionem et cunctae cauſsae acta fuiſſe irrita, iniqua, iniuſta - - - Praeterea ex ipſis actis non modo nullum fundamentum ad illum damnandum apparere, ſed ne vllam quidem in ipſo tenuem ſuſpicionem fidei non rectae, - - - atque idcirco a Pontifice tanquam innocentem eum abſolui, perpetuo ſilentio fiſci procuratoribus iniuncto.* (f) Etſi vero hoc maximum humanitatis officium ſummique teſtimonium fauoris, quo Pius IV. Moronum proſequebatur, fuerit, nihilominus beneficiis addere beneficia, maioribusque honoribus eundem afficere decreuit. Cum enim communis vtrique patria eſſet, veterisque amicitiae, olim in Bononienſi legatione partae, recordatio pulcherrima omnia Pontificis animo ſuggereret, & magnus inſuper meritorum Moroni cumulus accederet, omnino digniſſimum eſſe hunc virum Romanus Praeſul credebat, cui ſummum

(f) *Pallauicinus* Lib. XIV. c. 15. num. 2. qui etiam ea, quae ſequuntur, latius diuerſis in locis exſequitur.

mum amorem gratumque ob reciproca beneficia animum publice teſtaretur.

§. 10.

Non igitur ſolum Epiſcopatibus Albanenſi, mox Sabinenſi, demumque Praeneſtino, Moronum donauit, (*g*) ſed dignum prae aliis ob ſummam in rerum adminiſtratione prudentiam, experientia diuturna probatam iudicavit, quem in Herculis Gonzagae, Mantuani Card. mortui locum, Praeſidem primumque in Tridentina Synodo Legatum, adiuncto Nauagerio, A. 1563. d. 7. Martii mitteret *(h)*. Obſecutus mandatis Pontificis Moronus, Aprili menſe Tridentum iuit, vbi μετα πολλῆς φαντασιας dignisque tanto munere honoribus exceptus, perlecto paulo poſt legationis libello, quod Breue vocant, dictaque coram Patribus et Legatis principum oratione, ad Caeſarem Ferdinandum Oenipontum perrexit, ante quam in negotiis ad Concilium ſpectantibus quidquam aggrederetur. Multa ibi ac varia eaque ſecretiora conſilia propoſuit, quibus, quicquid boni adhuc effici in Concilio poſſe

(*g*) *Eggs* l. c. *Ciacconius* d. l.

(*h*) *Suauis* pag. 550. *Pallauicinus* Lib. XX. c. 6. num. 4.

putabat, in herba ſuffocaretur. Nos, lectores harum rerum cupidos ad autores toties citatos ablegantes *(i)*, vnicum hoc addimus, Moronum nec nihil prorſus, quod optabat, perfeciſſe, nec tamen in omnibus conſentientem inueniſſe Caeſarem, a quo deinceps Maio menſe diſceſſit, Tridentumque remeauit.

§. 11.

Nihil intermiſit ab eo tempore Legatus noſter, quod ad explendas officii grauiſſimi partes pertinebat. Omnia certe tentauit, quae ad autoritatem, abſolutamque Romanae Sedis poteſtatem ſtabiliendam firmiſſimeque conſeruandam facere ipſi videbantur. Atque huic innixus principio, ringentibus licet aliis, eo tandem negotium omne perduxit, vt ſalua Eccleſiae Pontificisque reuerentia, quam fruſtra Galli aliiue in ſynodo Patres infringere conabantur, exoptatus concilio finis eodem anno imponeretur.

§. 12.

(i) In compendio exhibet *Eggs* l. c. p. 586. prolixior eſt *Suauis* p. 561. 569. cum quo conferri debet *Pallauicinus*. lib. XX. c. 13. 14. 15. integris.

§. 12.

Sic laetus Romam properans Moronus, poſtquam ex voto cuncta egiſſet, ſummo cum plauſu a Pontifice fuit exceptus. Nouis hinc bonorum honorumque beatus acceſſionibus, Epiſcopus ex Praeneſtino Tuſculanus, mox Portuenſis renunciatur. Exinde Franciſco Card. Piſano, vita defuncto, in praeſulatu Oſtienſis eccleſiae, et, quae ſumma Cardinalium dignitas eſſe ſolet, in Decanatu collegii A. 1564. ſucceſſit. *(k)* Imo parum abfuit, quin ad eminentiſſimum illud Pontificatus faſtigium aſcenderet, poſtquam XXVIII. collegarum, magnitudinem virtutum illius et meritorum agnoſcentium, ſuffragiis ad illud deſtinaretur (*l*); obſtante tamen aliorum, Farneſii, Borromei, Altaempſii, factione *(m)* cui ipſemet poſtea in eligendo, quem antea nominauimus, Ghislerio, Pium ordine V. ſe dici volente, acceſſit *(n)*.

(*k*) *Eggs* & *Ciacconius* ll. cc.
(*l*) *Allgem. Hiſtor. Lexic.* art. *Moron.* it. *Ioan. Palatius* in geſtis Rom. Pontif. Vol. IV. p. 299.
(*m*) *Ciacconius* p. 1200.
(*n*) *Palatius* l. c.

§. 13.

Nihil, quod ſub hoc Pontifice memorabile geſſerit Moronus, apud hiſtoricos inueni. Quum autem ille A. 1572. morte praeuentus locum Gregorio XIII. feciſſet, ſub cuius regimine grauiſſimi longeque periculoſiſſimi motus Genuae orti celebratiſſimae vrbi exitium minabantur, Gregorius ad lites conſopiendas Moronum, magnae apud exteros et populares autoritatis virum, legatum ſuum denominauit, qui vna cum Caeſaris ac Philippi Hiſpaniarum Regis adminiſtris non ſine magno periculo poſt multos grauiſſimosque labores ſeditioſae plebis furorem ſedauit, et mutata regiminis forma, priſtinam ciuitati tranquillitatem, ſumma nominis ſui gloria, reſtituit (*o*). Factum autem hoc eſt anno 1575. Vltimum peractae Pontificis nomine legationis tempus incidit in annum ſequentem 1576. quo Maximilianum II. Imperatorem ſalutauit, eumque placauit iratum Poloniae Proceribus, qui regnum Henrici in Galliam tranſitu vacuefactum ipſi offerentes, poſtea ſubſecuta Stephani Bathorii electione, iterum deſe-

(*o*) Ex multis lege *Thuanum* lib. LXI. hiſtor. copioſius omnia exponentem.

deſerebant (*p*). Ab eodem ſupremo eccleſiae monarcha (*q*) deſtinatus eſt A. 1578. ad res in Belgio componendas, quod tamen conſilium intra conatus ſubſtitit, Philippo II. negotium impediente (*r*).

§. 14.

Tandem, vt nihil deſit eorum, quae inter illuſtria Moroni facta referuntur ab aliis, commemorabimus, eum Ieſuiticae Societatis, naſcentis adhuc et magno eccleſiae damno propullulantis, ſtudioſiſſimum fuiſſe. Eius enim conſilio ſuaſuque Iulius III. A. 1552. et poſtea 1573. Gregorius XIII. collapſum vetuſtate collegium quoddam in Germanorum Vngarorumque iuuenum, ordini ſe huic deuouentium, gratiam magnifice inſtaurari, largisque reditibus dotari per-

(*p*) Regno excidit Maximilianus non tam nobilium Polonorum ipſi deuotiſſimorum, quam propria culpa, dum intempeſtiua cunctatione moras nectenti ſibi coronam eripi paſſus eſt a Bathorio. Vid. *Cellarii* hiſtor. nou. p. 211. it. *Thuanum* lib. LXII. p. m. 177. tom. III. ed. Francof. 1614. 8. Refert hanc legationem *Eggs* l. c. p. 586.

(*q*) Ita Pontificem vocat *Iac. Maſenius* p. 45. Hiſtor. Carol. V. & Ferd. I.

(*r*) *Thuanus* lib. LXXI. tom. III. p. 611.

permiſerunt (*s*). Non ſine ratione propterea mireris, eum Lutheranismi ſuſpectum, tametſi falſo, apud ſuos habitum, cum tam impenſus erga Ieſuitas fauor omni exceptione maius argumentum praebeat, Moronum nihil minus quam puriora ſacra amantibus iuſto fuiſſe propenſiorem. Ceterum *regnorum*, dum viueret, *Angliae*, *Hungariae et Archiducatus Auſtriae*, *Sacrae item Domus Lauretanae*, *Monachorum Congregationis Caſinenſis*, *Monachorum Ciſtercienſium*, *Ordinis Praedicatorum*, *Monialium conuertitarum vrbis*, *Collegiorum Germanici et Anglici protectionem ſumma cum vigilantia exercuit* (*t*).

§. 15.

Obiit Moronus annum aetatis ſupergreſſus ſeptuageſimum primum, A. 1580. Romae Cal. Decembris. Corpus in templo S. Mariae ſuper Mineruam, veſtitu condecoratum epiſcopali, humatum eſt. Inſignia gentis Moronianae ex CIACCONIO deſumta

(*s*) Vid. *Palatius* l. c. cumprimis *Eggs* d. l. aliique hiſtoriae ordinis Ieſuitarum ſcriptores, quos inter *Petr. Ribadeneira* vita Ignat. Loiol. lib. 4. c. 6. p. m. 456.

(*t*) Excerpta haec *Eggsio* debes, lector, cuius etiam verba ſunt.

ſumta hic ſimul exhibeo. Memoriam eius epitaphio ſequenti honorarunt nepotes:



Hic iacet corpus Ioannis *Cardinalis* Moroni, *Patricii Mediolanenſis, Epiſcopi Oſtienſis, qui fuit Legatus Apoſtolicus in Sacro Concilio Tridentino, et Praeſes. Vixit annos LXXI. menſes X. dies V. Obiit d. I. Decembris* 1580. *Orate Deum pro eo. Hieronymus Moronus, Comes Pontiſcoroni heres, Horatius Moronus, Epiſcopus Sutrinus, et Nepeſinus, Fratris Filii, Domino ac Patrono optimo, ex teſtamento moerentes PP.*

§. 16.

§. 16.

Si, quantum prudentiae, tantum etiam eruditionis habuiſſet Moronus, ampla fortaſſe de eius in rem literariam meritis dicendi occaſio nobis ſupereſſet. Sed, praeter catalogum ſcriptorum mox dandum, nihil apud alios inueni, quod vnquam ſcripſerit ediderit ue Moronus. Nec etiam certo mihi conſtat, quae ex ſequentibus publici iuris facta ſint. Scripſit

Conſtitutiones Epiſcopatus Nouarienſis ad diuinum cultum, curam animarum, et vitam Clericorum pertinentes. it. *Mutinenſis Synodi Acta.* Horum titulum integrum petere licet ex celeb. I. A. Fabricii Bibl. Graec. Vol. XI. p. 303. vbi A. 1565. habitam Synodum, eodemque Mutinae acta fuiſſe typis excuſa in 4. reperies.

Orationem in Concilio Tridentino habitam. Legitur illa apud Labbeum concilior. tom. XIV. p. 1599. Harduinum tom. X. p. 375. vid. Fabricius l. c. p. 330. et 708.

Leges pro concordia Genuenſium. Acta Concilii Tridentini. Quid diligentiae Moroni

(*u*) Horum notitiam ſcriptorum *Eggsio* ſaepe laudato lectores mecum debere ſciant.

roni noſtri in variis actorum concilii editionibus, (a Fabricio l. c. p. 696. ſqq. allatis) debeatur, me plane neſcire fateor, cum nulla ex illis mihi in praeſenti ad manus ſit.

Epiſtolas plures ad Principes viros et alios. Has nondum quidem editas puto.

D. Hieronymi ſcripta quoque ab Eraſmi Roterodami erroribus caſtigauit. Equidem Eraſmi annotationes ſuper Hieronymum in indicem quendam librorum prohibitorum, iuxta exemplar Venetiis apud Gabrielem Iulitum de Ferraris et fratres A. 1554. Baſileae forte impreſſum forma 8. relatas inueni, nec tamen quidquam de Moroni laboribus contra Deſiderium diu fruſtra quaerenti mihi obuenit.

§. 17.

Ampliores de vita Moroni commentarios praeter indicatos ſumma fide fontes, e quibus mea hauſi, conficere poterit, cui volupe eſt euoluere, *Ludovicum Iacobillum*, Fulginatenſem, in vita (*x*). *Onufr. Panuinium*

(*x*) Innuit *Eggſius*, qui hos in fine addit autores, fortaſſe librum, quem edidit ſub tit. Bibliotheca Vmbriae, de Scriptoribus & Sanctis & Beatis, Fulgineae 1658.

nium de Rom. Pontif. *Antonium Auberium* in vitis Cardinal. gallice ſcriptis. *Ferdin. Vghellum* in Italia Sacra. *Hippolytum Marraccium* in purpura Mariana. (vid. Celeb. I. H. a Seelen ſelect. literar. p. 357. ſeqq.) *Horat. Turſellinum* in hiſt. Lauretan. *Nicol. Orlandinum* in hiſt. Societ. Ieſu. *Petr. Maffeium* in vita S. Ignatii Loiolae. *Lud. Morerium* in Dictionar. quos ad calcem vitae Moroni a ſe ſcriptae citat *Eggsius*.

§. 18.

Ex iis, quae de Morono collegimus, facile apparet, eum magni fuiſſe virum ingenii, admirandae prudentiae, ſummaeque in rebus agendis dexteritatis. Romano Pontifici deuotiſſimus eius iura et praeeminentiam mordicus ſemper, etiam proprio famae damno (y), defendit, callidis ſaepe frau-

1658. 4. Vid. cel. *Fabricii* Conſpectus theſauri lit. Ital. p. 368. Addantur & illi, qui de Mediolanenſibus eruditione claris, Moroni popularibus, commentati ſunt, apud eundem *Fabricium* l. c. p. 293. ſqq. nec non qui Concilii Tridentini, Pontificum, Cardinaliumque vitas ſcripſerunt.

(y) Quando collegis, Patribus concilii legatisque plus, quam e re Pontificis erat, dantibus, vehementer repugnans nimiae ab illis arrogantiae inſimulatus eſt. Lege *Suavem* p. 584. hiſt. C. Trid.

fraudibus et ſingulari vſus aſtutia, quam in mandatorum, quae ad Ferdinandum Imperatorem de abolitione concilii Trid. arcana habuit, explicatione cumprimis oſtendit (*z*). Ceterum ingenii fatorumque paritate optime comparandus cum Patre ſuo Hieronymo. Quam enim ſingularis prudentiae laudem huic tribuunt Hiſtorici, eam ſuo ſibi iure quoque vindicat Filius Cardinalis. Summus rerum gerendarum arbiter Hieronymus et adminiſter erat apud Franciſcum Sforziam, Mediolan. Ducem, cui fidiſſimus, dum ampliorem parare potentiam ſtuduit, non felicem, quem ſperauit, exitum conſiliorum nactus vitam pene cum libertate amiſit. Filio Ioanne nemo dignior habebatur, cui momenti longe graviſſimi negotia committerentur a Pontificibus, quorum ſupremam autoritatem ipſe inter Purpuratorum principes, ſummaeque dignitatis legatos, maximopere vindicatam confirmauit. In eo ſaltem infelix, quod potentiſſimos

(*z*) Vid. ſupra §. 9. cui adde, quae habet *Viſconti* dans ſes lettres anecd. & memoires hiſt. P. 1, p. 201. vbi inter alia haec ponit: *le bruit s'eſt repandu ici, que Msgr. le Cardinal Moron ne va trouver l'Empereur* (a Inspruck, ou il etoit parti) *que pour traiter avec sa Maieſté Imperiale de la translation du Concile a Bologne.*

virtutum ſuarum aemulos habuerit, quos inter ſummus ipſe Pontifex, cuius inuidiae nonniſi poſt mortem ceſſanti, in ſummo capitis periculo diu verſatus, ferme ſuccubuit. Recuperata libertate, Caroli V. gratia, Hieronymus magni eſt habitus ob conſtantiſſimam fidem Imperatori praeſtitam, multisque propterea honoribus ab illo affectus. Quam plane ſingularem gratiam vt aliqua ratione compenſaret, in tuendis Caeſaris partibus tam ſtrenuum ſe geſſit, vt ingraueſcente aetate crudelis factus multarum caedium autor fuerit (*a*). Eluctans ex carcere Filius, nihil ſibi prius agendum exiſtimauit, quam vt infamiam haereſeos

(*a*) V. *Guicciardinum* lib. XIX. hiſt. tom. II. p. m. 887. locum, etſi prolixum, commodo legentium exſcribam: *Aurengius Princeps* (qui a partibus Caeſaris ſtabat) *Federicum Caietanum, Traiectenſium ducis filium, & Henricum Pandonem Bouiani ducem, ex Ferdinandi ſenioris Neapolitani Regis filia natum, cum quatuor aliis Neapolitanis publice Neapoli in rerum venalium foro, ſecuri ferire iuſſit; iisdemque ſuppliciis & in aliis regni locis eſt vſus, quo exemplo omnium animis perterrefactis, abſentes, qui Gallicam factionem ſecuti erant, illorum publicatis bonis perſequebantur, qui rebus compoſitis ea redimebant; neque vllum acerbitatis genus, vt quantam maximam poſſent pecuniam extorquerent, praetermittebant, quorum omnium HIERONYMVS MORONVS cui Bouiani Ducatus ini horum operum praemium datus fuit, autor erat.* Hactenus Guicciardinus.

ſeos impuraeque fidei maculam ſibi fruſtra inuſtam noua erga Proteſtantes ſeueritate, ardentique contra omnes Romanae ſedis aduerſarios zelo abſtergeret. Hinc tantus erga Loiolitas fauor, tantique pro defendendo Pontifice, in concilio Tridentino conatus. Hinc etiam tantus honorum cumulus, quibus ad finem vsque vitae ſe tantum non obrutum ſenſit.

§. 19.

Retuli ſupra, multos habuiſſe Moronum aduerſarios, quorum anteſignanus Paulus IV. erat. Nunc reſtat, vt pauca de iis dicam, quorum amicitia vſus eſt. Principem inter hos tenet locum Pauli ſucceſſor Pius IV. de cuius prolixo erga noſtrum affectu nos quaedam in antecedentibus (*b*) commemorauimus. Plura dabit PALLAVICINVS (*c*) qui aliorum etiam virorum, Morono

(*b*) Vid. §. 8. ſqq.

(*c*) Lib. XIV. c. 15. num. 2. ne quaeſo pigeat etiam haec Pallauicini verba legere; ita vero ille. *Paulo poſt in cauſſa Moroni Cardinalis prolata ſententia eſt. Habes opinor, lector, in memoria, exercitas fuiſſe a Pio in minori Praeſulis conditione partes Prolegati Bononienſis ſub Morono, quod coniunctionis genus, quemadmodum ſaepe animos ſeiungit, cum inde ſit, vt inferior ſuperioris vitia deprehendat, aſperitatemque patiatur, ita*

rono familiarium diuerſis in locis meminit (*d*) vt *Reginaldi Poli*, *Thomae Sanfelicii*, *Aegidiique Fuſcarri*, qui duo poſtremi ob arctiorem cum Morono nexum idem cum illo fatum ſubire, eademque pati vincula cogebantur.

§. 20.

Mallem etiam catalogo amicorum Moroni inſerere PETRVM PAVLVM VERGERIVM, virum ob tranſitum a Pontificiorum ad Proteſtantium ſacra notiſſimum, niſi defectus argumentorum, hoc euincentium, me impediret. Hoc tamen pro certo affirmare auſim, magnifice illum de Morono noſtro ſenſiſſe, ipſique vnice deberi editionem articulorum, in quorum gratiam vniuerſa hactenus dicta ſunt, et de quibus ſequentia adhuc obſeruaſſe iuuabit. Integer titulus libelli, quo continentur, rariſſimi, quem-

ita e diverſo eos connectit, cum efficit, vt virtutem introſpiciat, & comitate fruatur, quod tunc euenerat. Quapropter poſtea in ordinis aequalitate intima neceſſitudo perſtiterat, quam vnitas etiam patriae nutrierat, ac demum aucta Pii dignitas amorem in eo auxerat erga Moronum, qui illam flagrantiſſime promouerat. Vide & ſequentia.

(*d*) Vid. ſupra quae ſcripſimus §. 6.

quemque ſuae ſuppellectili librariae adnumerat Venerandus Parens meus, *Ioannes Frickius*, hic eſt:

Articuli contra Cardinalem Moronum, de Luteranismo accuſatum, et in carcerem coniectum. A Procuratore Fiſci et Camerae Apoſtolicae, et nomine officii ſanctae Inquiſitionis inſtituti. Cum Scholiis. Anno Domini MDLVIII. vna cum dimidia plagula, in 8. ſine loci aut typographi mentione.

Facile autem ſuſpicor, Tubingae publicatos hos articulos fuiſſe, cum aequalitas typorum in aliis ibi tunc temporis impreſſis libellis, atque in noſtro, de quo loquimur, codice conſpicua locum editionis luculenter admodum prodat, tum etiam quod perquam veroſimile mihi videatur, obſtetricante *Vergerio*, Tubingae poſt ſuum ab Eccleſia Romana ſeceſſum commorante, articulos, olim ſibi Roma miſſos, cum orbe erudito eſſe communicatos, et iuxta cum aliis in odium Pontificis poſtea typis euulgatos. Certe meminit eorum expreſſis verbis in *Epiſtola ad Sereniſs. Poloniae Regem Sigismundum Auguſtum de Legato Papae in Poloniam deſtinato, vt colloquium a ſua ſacra Maieſtate Regia in cauſſa religionis inſtituendum impediat*, menſe Septembri 1558. ibidem

dem edita, in 8. nec meminit ſaltim, ſed, quod omnem in hac cauſſa dubitationem adimere poteſt, addit, ſe ſcholiis illam (aduerſus Moronum) cenſuram pro virili ornaſſe. En eius verba: *Verum non morabor, ſiue tu neges, ſiue fatearis, nam hic poſſum ſtatim, quod dixi, probare. Quis ſit Ioannes Moronus probe noſti, Mutinenſium Epiſcopus atque idem ex tuo ordine, hoc eſt, tituli S. Laurentii in Lucina Cardinalis. Is fuit Concilii Legatus, praeterquam quod bis in Germania legatione functus eſt, primum apud Sereniſſ. Ferdinandum, tunc Rom. Regem, nunc Caeſarem, et mihi ſucceſſit, deinde in nouiſſimis Comitiis Auguſtanis, et tamen huic in carcerem coniecto pro magno crimine obiicitur, quod libros Luteranorum (vt vos dicitis) domi habuerit et legerit. Recita caput ex accuſatione, peruenit enim nuper e veſtra Babylone ad meas manus, quam mox, vt digna erat, excepi, atque ſcholiis pro virili ornaui.* Quibus deinde ſubiicit articulum XVII, aliaque, huc quidem non pertinentia, profert. His profecto verbis, quid iure aut fundamento quodam opponi queat, ego non video. Ceterum perrarus eſt hic accuſationum Moronianarum, quem Tibi, Lector, offero, libellus, cum nullibi, quod quidem

quidem ego ſciam, nec in maioris etiam molis operibus articuli nunc denuo publicandi, diu licet a me ſed fruſtra quaeſiti, inueniantur. Scholia *Vergerii* conſultum duximus omittere, quod nihil contineant, quibus acta vitae Moroni potuerint illuſtrari. Speciminis tamen gratia ſcholion ad articulum I. ſubiunximus, vt ex illius lectione ſolidum de ceteris iudicium ferre lectores poſſent. Addidi et praefatiunculam *Vergerii*, quam neminem legiſſe poenitebit. Iam tandem ad ipſorum lectionem articulorum te, lector optime, admitto, atque ſub finem noſtrae qualiscunque opellae precor, vt, ſi qua meliora de Morono noſtro habes, publico atque ſic etiam mihi ne inuideas.

) o (

Articuli contra Cardinalem Moronum, de Luteraniſmo accuſatum, et in carcerem coniectum.

Praefatio.

PIo Lectori Salutem. Ioannes Moronus Epiſcopus Mutinenſium, patria Mediolanenſis, familia nobiliſſima natus, a Paulo Papa III. internuntius ad Sereniſſ. Ferd. tunc Rom. Regem, nunc Caeſarem, miſſus, ita placuit ſuo Romano Semideo, (quanquam Ferdinando quoque) vt Romam, functa legatione, rediens in Cardinalium ſenatum cooptaretur, deinde factus Legatus Bononienſis, deinde functus eſt alia legatione in Concilio Tridentino, deinde alia quoque in Comitiis Auguſtanis. Is itaque, is tantus vir, (ſi mundum ſpectes, nam ſi Chriſtum et ſuam doctrinam, quam praecepit obſeruandam, ſpectes, ſat ſcio iſtos, qui Cardinalitios, atque huiusmodi titulos gerunt, eſſe laruas quasdam abominabiles) ante aliquot menſes fuit a Paulo IIII. in carcerem coniectus, vtpote Lutheranus. Cum vero potuerim peruenire ad totius accuſationis capita,

pita, non indigna putaui, quae noſtris ecclesiis communicarentur, quo ſcilicet intelligere poſſint, Belluam Tyberinam, cum ſe ſentiat verbo Dei laetaliter vulneratam, ita indignari et furere, vt nec ſummis quidem Cardinalibus parcat, magna vero ſeueritate, ac potius crudelitate, deinde etiam improbiſſima quadam, et plane Satanica diligentia cum illo agi facile videbit, qui conſiderarit, quantam varietatem materiarum iſta capita contineant, deinde, vt videantur fuiſſe obſeruata verba pene omnia, quae Moronus ſcripſerit aut dixerit modo Romae, modo Mutinae, modo Bononiae, modo Tridenti, atque alibi. Sic ſolent iſti leones atque vrſi, ferae peſſimae, quos Inquiſitores et Fiſcales vocant, mercede, titulis et honoribus in id conductos, nulla ſcilicet in re ſunt adeo diligentes venatores, quam cum agitur de Chriſti doctrina obſcuranda et conculcanda, nam eam non poſſunt ferre, cum illis omnino ſit odor mortis. Sed agendae ſunt nobis gratiae Patri coeleſti, per Ieſum Chriſtum, qui aliquem ex praecipuis et potentioribus doctrinae chriſtianae hoſtibus (ut ſunt iſti Cardinales) incipit vellicare, atque ad ſe vocare. Vtinam non reſiſtat et non faciat iniuriam Spiritui Sancto, vt ſane vereor;

noui enim horum ingenia, amant magis gloriam hominum, quam gloriam Dei. Sed ad articulos.

Articulus I.

ARticulos infra ſcriptos partim haereticos et partim ſcandaloſos reſpectiue, vel de haereſi ſuſpectos, dat, facit, et exhibet procurator Fiſci et Camerae Apoſtolicae et ſeu nomine officii ſanctae Inquiſitionis, tam coniunctim quam diviſim, contra et aduerſus Illuſtriſſimum et Reuerendiſſimum Dominum, Ioannem Cardinalem Moronum, ad quos probandum (*e*) quatenus ex aduerſo negetur in Romana Curia, quam extra admitti petit, ac committi alicui probo viro in qualibet ciuitate et quibuscunque locis, vbi erit opus teſtium repetitione, et nouum examen, ac deſuper literas remiſſoriales iuxta formam, et ſtilum officii dictae inquiſitionis, ac in dictis literis remiſſorialibus interrogatoria ab ipſo Illuſtriſſ. et Reuerendiſſ. includi, et ad partes mitti, ad ſuperfluam tamen probationem non ſe aſtringit, de quo proteſtatur expreſſe. Inprimis ſic

(*e*) Sic habet codex meus. Senſus hic vehementer laborat. Nihil te iuuabit, ſi legeris *probandos*.

ſic Procurator qui ſupra repetit, et pro repetitis haberi vult, et intendit omnia, et ſingula dicta, acta, geſta, facta, actitata, conſeſſiones (*f*) ex quibus quidem ſic repetitis dicit conſtare, et quatenus non conſtat, probare vult, et intendit qualiter dictus Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. Cardinalis immemor ſalutis ſuae et beneficiorum receptorum a ſancta Romana Eccleſia, a fide Catholica, quam ipſa docet, tenet et predicat, in pluribus dictis et factis deuiauit palam et publice et ſic facit, et eſt verum.

Scholion.

Iſti peruerſi et impii Inquiſitores et Fiſcales vocant immemorem ſalutis eum, qui aſpirat ad genuinam doctrinam D. N. Ieſu Chriſti, quam aliqui ſpiritus impoſtores foedissimis idolomaniis conſpurcarunt et corruperunt, illi maligne tuentur. Et quia Moronum ingratum vocant, omnino fuit erga Papas ingratus, qui illum tot (vt dixi) titulis onerarunt. Quare debuiſſet potius eos defendere, etiamſi multas doctrinas atque inſtitutiones inuexiſſet, quae pugnarent cum verbo Dei. Ita prorſus ſentiunt Domini

(*f*) Forte *confeſſiones*.

Domini Papiſtae, hoc eſt, vt maior ſit habenda ratio exiſtimationis, atque honoris Paparum, quam veritatis, et quam Dei et Chriſti. Sed mirum non fuiſſe cum ingratitudine obiectum iuramentum quoque, cum omnes Epiſcopi iureiurando ſe obſtringant, quod Papatum velint perpetuo tueri, et eius rebelles impugnare et perſequi (*g*).

Artic. II.

Item tenuit et credidit, et ſe tenere et credere aſſeruit articulum Iuſtificationis eſſe retractandum, tam ante quam poſt determinationem Concilii Tridentini.

Artic. III.

Item, quod cuidam Praelato dixit, Concilium Tridentinum, quoad articulum Iuſtificationis eſſe retractandum, et retractari debere.

Artic.

(*g*) Neglexiſſe videtur, et in hoc et in ſequentibus conſulto a me omiſſis ſcholiis, *Vergerius* ſalutarem admonitionem Chriſtophori Wirtemb. Ducis, quam in epiſtola quadam ad eum ſcripta, apud *Melch. Fiſchlinum* memor. Theol. Wirtemb. Supplem. p. 116. Princeps moderatus pacisque amans dederat: *Cuperemus itaque vos* (Vergerium) *in ſcriptis et ſermonibus veſtris* (*quoad eius fieri poteſt*) *moderatiorem nonnihil et cautiorem eſſe, maxime hiſce adhuc temporibus, et in hoc rerum et eccleſiarum noſtrarum difficili ſtatu.*

Artic. IIII.

Item de et ſuper eo, quod cum eſſet in Concilio Tridentino, ſcripſit Vicario ſuo Mutinenſi, quod faceret intimare populis, quod deberent tantummodo confidere in ſanguine Chriſti.

Artic. V.

Item de et ſuper eo, quod tenuit et credidit, ſeu ſe tenere et credere oſtendit, Sacerdotem non abſoluere poenitentem, cuius audit peccata in Confeſſione Sacramentali, ſed tantum declarare abſolutum.

Artic. VI.

Item de et ſuper eo, quod ſcripſit literas ex Tridento praedicto Vicario, quod deberet vocare ad ſe Presbyteros omnes audientiae confeſſionis expoſitos, et ex parte ſuae Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. Do. diceret illis, quod aduerterent punctum abſolutionis, quia Chriſtus erat, qui abſoluebat, de quibus literis valde laetati ſunt Lutherani Mutinenſes.

Artic. VII.

Item, quod tenuit et credidit, ſeu ſe tenere et credere oſtendit, Pont. non eſſe paren-

parendum vti Vicario Chriſti, ſed tantummodo tanquam Principi temporali, et ipſe aſſeuerando dixit, quod ipſe non arbitrabatur, ſe eſſe Epiſcopum Mutinenſem, et parebat Paulo Papae III. vt Principi temporali.

Artic. VIII.

Item, quod tenuit et credidit, et ſe tenere et credere demonſtrauit, opera noſtra, quantumcunque in gratia Dei facta non eſſe meritoria, quinimo quod ipſe propter quantumuis bonum opus, vti in celebrando Miſſam, mereri infernum affirmauit.

Artic. IX.

Item, de et ſuper eo, quod quendam praedicatorem redarguit, eo quod praedicaret Mutinae de Iuſtificatione contra ſenſum Luteranorum, et quod opera bona facta in gratia Dei eſſent meritoria vitae aeternae, ne dum illi praedicandi officium interdixit, verum etiam a dicta ciuitate licentiauit.

Artic. X.

Item, quod tenuit et credidit, ſeu ſe tenere et credere demonſtrauit, ſanctos non eſſe inuocandos.

Artic.

Artic. XI.

Item, quod quendam praedicatorem redarguit, eo, quod praedicaret de meritis et inuocatione Sanctorum, mandans illi, quod deberet praedicare Chriſtum, et eius Euangelium, et non tot merita, neque tot Sanctos.

Artic. XII.

Item, de et ſuper eo, quod reprehendit quosdam fratres de eo, quod ita pleno ore cantarent illa verba: Eia ergo aduocata noſtra, in antiphona, Salue Regina, poſita.

Artic. XIII.

Item, de et ſuper eo, quod cum colloquium haberet cum quodam Religioſo docto de adoratione ſanctae Crucis, nonnulla haeretica dixit circa huiusmodi adorationem.

Artic. XIV.

Item, de et ſuper eo, quod admonitus nonnullos ſcandalum ſuſcepiſſe, eo quod minus reuerenter ſe habuiſſet in viſitando reliquias cuiusdam Sancti, ipſe redarguit ipſos religioſos dicendo, quod admirabatur de illis pro tanta reuerentia, quam praeſtabant erga huiusmodi reliquias.

Artic.

Artic. XV.

Item, quod ſuper illis verbis, non leuabit gens contra gentem gladium, annotauit huiusmodi verba, ſcilicet contra Chriſtianos non eſſe bellandum, ex quibus habitus eſt ſuſpectus de huiusmodi errore.

Artic. XVI.

Item, quod cuidam concionatori, quem nouerat Luteranum, dixit, quod deberet praedicare de Iuſtificatione, Inuocatione Sanctorum, praedeſtinatione, et aliis huiusmodi articulis ad mentem Luteri, excepto articulo ſanctiſſimae Euchariſtiae.

Artic. XVII.

Item, de et ſuper eo, quod libros et ſcripta haereticorum tenuit, legit, aliisque legendos et ſeu legenda exhibuit.

Artic. XVIII.

Item, quod libellum intitulatum; *Beneficium Chriſti*, diſtribuendum curauit, et bibliopolae haeretico, ſeu de haereſi ſuſpecto mandauit, vt huiusmodi libellos venderet, quam pluribus poſſet, et iis, qui non haberent, dono traderet, quia ipſe pecuniam illorum ſolueret.

Artic.

Artic. XIX.

Item, quod ipſe haereticos, ſeu de haereſi ſuſpectos, in domo ſua tenuit, et quam plures alios domeſticos habuit, et praecipue quosdam Praelatos, et pecuniam inter haereticos, ſeu de haereſi ſuſpectos pauperes diſtribuendam plures eſt elargitus.

Artic. XX.

Item, haereticis ſeu de haereſi ſuſpectis fauit, et praecipue Bononiae, quibus pollicitus eſt, quod ſi mitteretur ex vrbe aliqua prouiſio contra eos, quod caperentur &c. quod illos praemoneret &c. aſſerendo ipſos haereticos non eſſe perſequendos, ex quo Deus ipſe tolerat eos.

Artic. XXI.

Item, quod ab haereticis ſeu de haereſi ſuſpectis Mutinenſibus, redeundo a Concilio Tridentino, veniam quodammodo poſtulauit, eo quod alias ipſos fuerit perſecutus.

EXhibeo tibi, Lector, epimetri loco, excerpta literarum, quas ad me binas nuper humaniſſime dedit Clariſſimus SCHELHORNIVS, conditor harum Amoenitatum eruditiſſimus. Etenim perquam officioſe a me rogatus, vt, quae de Morono noſtro vel certiora vel ſcitu digna vberiora haberet, ea non mecum ſolummodo, ſed cum erudito communicare vellet orbe, facile pro ingenii morumque comitate nunquam ſatis laudanda ſe paſſus eſt exorari, mihique ſupplementa, quae pace Cl. Viri noſtris cogitationibus, illuſtrationis et ornatus gratia adiungo, ſequentia miſit. Pro quo inſigni beniuolentiae argumento publice Ipſi gratias easque decentiſſimas ago.

E Literis Viri Clariſs. prioribus.

Vtor iam poteſtate, per Te mihi beneuole data, et pauca de nobili illo argumento, quod tam feliciter perſecutus es, tenuis ſpicilegii loco heic adiicio. Nempe

Ad §. 4. noto, ſub Anni MDXL. finem Moronum Colloquio Wormatienſi interfuiſſe, quod didici e Catalogo Doctorum tam Catholicorum quam Proteſtantium, Wormatiae praeſentium A. 1541. in forma octu-

octuplici edito, et vnam duntaxat plagulam explente. Cum Morono autem Pontificis Romani nomine adfuerunt Thomas Campegius, Epiſcopus Felbrenſis, Thomas Badia, Italus, Ordinis Praedicat. et Sacri Palatii Magiſter, Albertus Pigius, Praepoſitus Eccleſiae S. Ioannis Traiectenſis, Robertus Wauchop, natione Scotus, a natiuitate coecus, ac denique Petrus Gerardi, natione Gallus. Editor illius Catalogi Anonymus, ſed Papae addictus, ſingulorum, qui Colloquio mox iterum abrupto interfuerant, nominibus epigramma ſubiecit, et Moroni quidem hoc:

Sedis Apoſtolicae ſupremus ab vrbe Legatus
Principium debet carminis eſſe mei.
De quo, virginea quae fronte modeſtia lucet,
Non ſinit, vt quicquam ſuſpicer ipſe mali.

Eſt mihi quoque ad manus aliud, vnius item plagulae, ſcriptum in 8. Moguntiae A. 1541. excuſum, h. t. *De Colloquio Wormacienſi Breue Apoſtolicum S. D. N. Pauli Papae III.* Cetera deſcribere nolo, ſed ipſum

potius libellum cum catalogo ante citato hiſce *(b)* inſero.

Ad §. 7. ἐν παρόδῳ obſeruo, Pium V. quoque crudelitatem ſuam in *Petrum Carneſecum*, virum pium et eruditum, exercuiſſe, de quo confer, ſi placet, Amoen. Liter. T. X. p. 1198. ſqq.

Ad §. 16. annoto, *Paulum Sacratum*, Canonicum Ferrarienſem, qui Moronum ſummum Patronum venerabatur, in Epiſtolis ſuis, Coloniae Agripp. A. 1583. in 8. vulgatis p. 222. eum hoc praeconio dilaudare: *Tua virtus incredibilis ac diuina, et illuſtria glorioſaque facta (quis enim vnquam aut poſt hominum memoriam a quoquam plures legationes quam amplitudine Tua prudentiſſime et integerrime, ſummaque omnium cum admiratione obitas, aut maiores pro fide catholica et eccleſia ſancta labores exantlatos fuiſſe legit aut audiuit?) omnibus gentibus adeo clara et inſignia ſunt, vt nullum regnum et nulla natio Te in annalibus ſuis iam inſcriptum, immortalitati non mandauerit.* Extant inter Epiſtolas Sacrati et aliae ad Moronum datae, eiusque laudibus ſcatentes p. 61. 142. 152.

Ad

(b) Literis nimirum, quibus libellum ſimul addidit, mihique transmiſit.

Ad §. 19. moneo, Moroni amicis annumerandum etiam eſſe Cardin. *Iacobum Sadoletum*, cuius ad illum litterae in eius Epiſtol. L. XV. p. m. 627. habentur. Diſertis quoque verbis Paulus Sacratus in Epiſtolis ſuis p. 62. teſtatur, magnam Morono cum auunculo ſuo Iacobo Sadoleto conjunctionem ac familiaritatem interceſſiſſe, ac beneficia ab eo in ſe et fratres ſuos collata huic neceſſitudini adſcribit.

Ad §. 20. obſeruo, articulos contra Moronum de Lutheranismo accuſatum et in carcerem coniectum, absque tamen praefatione et ſcholiis *Vergerii* inſertos quoque eſſe *Io. Wolffii* Lectionibus Memorabilibus atque reconditis, egregio illi multorum huiusmodi monumentorum promptuario, et quidem Tom. II. p. 655. ſqq.

Nihilominus vero luci publicae, meo judicio, reſtitui merentur, cum opus hoc non adeo multorum in manibus verſetur. Hinc emendari poſſunt ea, quae in codice Tuo minus recte expreſſa ſunt. Ita enim habet Wolffius: *ad quos probandum*, (poterit, ni fallor, haec vox retineri; eſt enim Gerundium in dum) *quatenus ex aduerſo negetur, tam in Romana curia, quam extra petit*, etc. Paulo poſt: *Imprimis procurator,*

omiſſa vocula *ſic*. Addo, et Wolffium habere *confeſſiones*. Ceterum mirari ſubiret, articulos hoſce cum ſcholiis a Vergerio publicatos in librorum prohibitorum indices illatos haud eſſe, niſi ipſe Vergerius huius rei rationem in annotationibus in Catalogum haereticorum expoſuiſſet, nempe ne in Europae vulgus demanaret, ex Cardinalium numero eſſe nonnullos, qui cauſam noſtram probent. *Certe*, ſunt eius verba, *cum in Italiam penetrarit, quod certe ſcio, libellus, qui continet articulos Ioanni Morono Cardinali a procuratore Fiſci Rom. Eccleſiae obiectos, cum ſcholiis eiusdem Viri, qui haec ſcribit, Inquiſitores diſſimularunt, ſe quippiam de eo audiuiſſe: non enim eſt Catalogo inſertus ob eam ſcilicet, quam dixi, cauſam, ne, ſi nimium clamaretur, vulgus reſciret, Cardinales quoque coepiſſe ſentire, quod Papae iniquiſſime faciant, cum noſtram doctrinam perſequuntur.* Vide primum Tomum operum Vergerii aduerſus Papatum p. 262.

Parum vero abeſt, quin Moronum inſignem litterarum litteratorumque Maecenatem fuiſſe coniiciam. *Paulus* certe *Manutius* eius patrocinio ſe totum permiſit. Ita enim is inter reliqua in epiſtola ad illum Ao. 1570. 5. Kal. Sept. exarata, quæ prima

eſt

eſt decimi eius Epiſtolarum libri, p. m. 465.
„Ego me ſemel, non temere aut repentina
„quadam voluntate impulſus, ſed explorata
„ratione certoque iudicio adductus, in cli-
„entelam Tuam tradidi: me liberosque
„meos tuae potiſſimum fidei benevolen-
„tiaeque commiſi. Eadem mihi perpetuo
„mens, eadem, quoad viuam, in Te vno
„ſita ſpes erit: Tu me ornandum, augen-
„dum, tuendum ſuſcepiſti: ſaepe vidi pro
„varietate rerum mearum et laetitiam et
„ſollicitudinem Tuam: nunc tanquam bo-
„nus artifex tuum vt perpolias opus ac per-
„ficias oportet.„ Ex eadem epiſtola p. 464.
apparet, Moronum in eorum Cardinalium
numero fuiſſe, quibus alendorum Romae
ſtudiorum, moderandique Gymnaſii publice
demandata cura eſt. Laudatus Manutius
in praefatione in Lib. *Reginaldi Poli* Cardi-
nalis de Concilio ad Pium IV. Pontif. M.
memorat, in eo Conclaui, in quo de ſuffi-
ciendo poſt obitum Pauli III. Pontifice Car-
dinalibus deliberatio habebatur, Polum
praeclara quaedam de officio Pontificis ſcri-
pſiſſe, cum aliis eius libris, quos Ioannes
Moronus Card. ob ſumma erga Sedem
Apoſtolicam merita perpetuamque vitae

innocentiam clariſſimus accurate ſeruarit, propediem in lucem proferenda.

Maximam fuiſſe Moroni, vt vnicum hoc, quod ſuperius iam monendum fuiſſet, addam, in ipſo Cardinalium collegio auctoritatem, inde elucet, quod *Stephanus Vinandus Pighius* in Hercule Prodicio (edit. Colon. 1609. in 8.) p. 286. narrans, Gregorium XIII. P. M. conſuluiſſe Purpuratorum collegium extra ordinem conuocatum de honoribus Carolo Friderico, Cliuiae Principi, Romae tum praeſenti, ſed paulo poſt praematura morte denato, decernendis, addat: „In principis ſenatus Io. Moroni, „pietate, doctrina, prudentia, nec non re„rum Germanicarum peritia praecipui ſen„tentiam pedibus itum eſt, decretaque ho„norum praerogatiua vel eminentia prin„cipi aduenae, non infimi in Imperio gra„dus, nobilitate domus vetuſta, et tot Cae„ſarum ac Regum affinitatibus conſpicuo„. Haec ſufficiant, quae pro Tua humanitate aequi bonique conſules.

E Literis poſtremo ad me datis.

Redditas Tibi eſſe literas meas, nuperrime ad Te exaratas, haud dubitans, nunc paucis ſignifico, reperiſſe me interea in reculis meis oratio-

orationem typis in 4. expreſſam *Hieronymi Moroni*, Cardinalis noſtri parentis, quae hoc titulo inſignita eſt: *In praeſtanda obedientia Leoni X. Pont. Max. pro Maximiliano Sfortia Mediolani Duce Hieronymi Moroni Iureconſulti Mediolanenſis et Senatoris Oratio.* Ex ea elucet, Moronum cum reliquis Ducis Mediolanenſ. Legatis, quos inter Princeps erat Franciſcus Sfortia Barii Dux, Maximiliani germanus, Romam miſſum eſſe ad Leonem, Pontificiam ipſi dignitatem gratulatum. En quaedam inde verba: „Ceterum eiusdem Maximiliani Ducis nomine Te, Leo De-„ cime Maxime, verum Romanum Pontifi-„ cem, verum Eccleſiae Catholicae Paſto-„ rem, verum Petri Apoſtolorum Principis „ ſucceſſorem, verum crucifixi Redemptoris „ Vicarium, ardentiſſimis animis profitemur „ et agnoſcimus, Te colimus, Te venera-„ mur, Te adoramus, Tibi ſubiectionis ſtu-„ dium, ſedulam reuerentiam, obedientiam, „ ſubmiſſionemque exhibemus atque prae-„ ſtamus, offerimusque, quidquid antiquae „ dignitatis et gratiae reliquiarum obtinet, „ quicquid ipſe denuo ſibi comparauit, „ quicquid officio, opera, obſequio, opibus, „ fortunis, amicis, totisque corporis ac „ animi viribus praeſtare vnquam poterit. „

„Demumque Principatus ſui Mediolanenſis „procurationem tantummodo ſe habere exiſtimat, ius vero et imperium penes Tuam „Beatitudinem, ſanctamque hanc ſedem „fore, arbitrioque Veſtro pendere profite„tur.„ Quae vltima praeſertim verba digna mihi, quae enotarentur, viſa fuere. Incitat deinde Leonem in eos, qui quietem et dignitatem Italiae abſtulerunt, eumque obteſtatur, vt in illos vtrumque gladium exerceat. Sub finem hoc in Oratoris laudem adiectum eſt epigramma:

Non ſolum dicit, non orat, ſed tonat ore
 Fulmineo, euincens obuia cuncta domat
Diſtricto mucrone acri, vt, cum credere nolit
 Auditor, factam ſentiat eſſe fidem &c.

IV.

Ad Chriſtianiſſimum Galliarum Regem Humillima Supplicatio (†) pro Impreſſorio.

Ex Bibliotheca Uffenbachiana.

Chriſtianiſſime Galliarum Rex, Domine Clementiſſime.

JAm pridem Pater quondam meus, Hubertus Giphanius, IC. Sacræ Cæſar. Maj. Conſiliarius Imperialis Aulicus, aliquot libros, infra ſcripto indice conſignatos, typis mandare conſtituit. Cæterum cum propter Typographorum multitudinem plures repeñantur, qui alienis laboribus præpoſtera imitatione inſidientur, & falcem in alienam (quod ajunt) meſſem mittere temere præſumant, Regiam V. Maj. humillime oro, quan-

(†) Supplicem hunc libellum inſerere operæ pretium exiſtimavi ob annexum Catalogum Operum, quæ inedita reliquit Hubertus Giphanius magni nominis JCtus atque Philologus.

quandoquidem in his parentis mei libris nihil contra catholicam Religionem, aut florentiſſimi Galliæ Regni ſtatum, quicquam adverſi continetur, Diplomate ſeu Privilegio ſuo Regio clementiſſime cavere velit, ne quis Typographorum intra Regiæ V. Maj. fines, citra meum expreſſum conſenſum, unum vel alterum librorum præfati Parentis mei imprimere auſit. Quod inſigne beneficium erga Regiam V. Maj. omnibus precibus et devotiſſimis ſervitiis per dies vitæ meæ demereri ſtudebo.

Sacræ Regiæ Maj. V.

Humillimus & paratiſſimus Servus.

Johannes Giphanius,
Hub. F.

Index

Index Librorum Huberti Giphanii divulgandorum.

CORpus Juris Civilis ſive Cæſarii, cum notis.

Explanationes Legum Codicis difficiliorum, & in uſu frequentiorum.

Explanationes Inſtitutionum Juris, omiſſis longioribus ac difficilioribus Diſputationibus, ut alienis, earumque loco adhibitis rationibus & principiis Juris, ut ſuis, & ad captum tyronum aptis & neceſſariis.

Obſervationum Juris & Philologicarum Libri XII.

Commentarii ſive Tractatus,

de

Judiciis, in quo verus & vetus ordo Judiciorum, uſusque forenſis cum novo & nuper inducto comparatur. In quo & de Officio Judicis, Appellationibus & Retractionibus &c.

Renunciationibus Juris.

Feudis.

Criminibus & Judiciis publicis.

Præmiis & Pœnis.

Dotibus, Donationibus propter nuptias, Morganatica &c.

Pigno-

Pignoribus & Hypothecis.
Fidejuſſoribus.
Jure & Facto, deque Fictionibus, Abductionibus & Retrotractionibus Juris.
Pactis controverſis.
Differentiis & ſimilitudinibus Juris.
Comitiis ſive Conciliis publicis Imperialibus à Karolo Magno usque ad Rudolphum II.
De Actionibus humanis ſive Civilibus, earumque cauſis & principiis Libri quatuor.
Examen ſive Conſideratio communium opinionum Pragmaticorum.
Oeconomia Librorum Juris, in qua ordo primùm veteris libelli legum XII. Tab. & Edicti perpetui, deinde Pandectarum, Inſtitutionum & Codicis, non modo librorum ac titulorum, ſed etiam legum in Pand. & Cod. & ordinis ratio exponitur.

Hiſtorici & Philoſophici.

Chronica Euſebii, Hieronymi, Proſperi, Victoris, Pauli Diaconi in unum volumen conjecta & innumerabilibus in locis, antiquiſſimorum Codd. ope caſtigata, cum Notis.

Cor.

Cornelii Nepotis opuſcula & fragmenta diligenter ex vet. Codicibus collecta & emendata: In eadem commentarii.

Symmachus, cum Notis.

Explanationes Ethicorum & Politicorum Ariſtotelis, ad Græcum Exemplar accommodatæ.

Agellii (vulgo Auli Gellii) Noctium Atticarum libri: aliquot veterum codicum ope, diligenter emendati: cum Notis.

Chronicon Germaniæ, ab ultimis usque temporibus repetitum, & ad noſtra tempora deductum.

Index hiſtoricus generalis.

Chronicon ſcriptorum ac doctorum hominum, veterum & recentiorum, ex omni orbe terrarum.

Prudentius aliquot vet. Codicum ope emendatus, cum Notis &c.

V.

Hiſtoria Dialogorum Cœlii Secundi Curionis de Amplitudine beati Regni Dei.

§. 1.

CUm haud minus ſingularia librorum, quam ipſorummet Auctorum fata penitius cognoſcere jucundum ſit, non ingratam Lectoribus meis fore ſpero hanc opuſculi Curionei hiſtoriam. Prima illud vice A. 1554. in lucem prodiit in forma octuplici, duos in dialogos ſive libros diſpertitum, & Sigismundo Auguſto Poloniæ Regi dicatum. Communicaviſſe id, antequam in dias luminis auras emitteret, Curionem Lauſannæ tum adhuc degentem, cum Martino Borrhao; alias Cellario, ejusque conſiliis uſum eſſe, ex literis ad eum ſcriptis (*a*) colligo. Quum vero deinde Baſileam conceſſiſſet, ibique illud prelo ſubjicere decreviſſet, librorum Cenſores ac verbi divini Miniſtri judicaverunt, haud e re atque

(*a*) Quæ exſtant inter reliquas Curionis epiſtolas, Olympiæ Fulviæ Moratæ opuſculis ſubjunctas, p. 302. ſq.

atque tempore ,eſſe, 'ut Baſileenſibus typis excuderetur. Nihilominus tamen anno, quem diximus, juris publici factum eſt, & quidem, ſi Cælio ipſi fidem habeamus, in quodam Rheticæ ditionis in Italia oppido, per Horatium ejus filium.

§. 2.

Operis argumentum quod concernit, demonſtrare in eo annititur Curio, regnum Dei majus ampliusque eſſe Antithei vel Diaboli regno, ſive electorum beandorumque numerum reproborum ac damnandorum numero majorem eſſe: inſignem igitur atque maxime notabilem orbis ac Judæorum inprimis ad Chriſtum converſionem ante extremum mundi diem certe exſpectandam. Res tota duobus dialogis peragitur, inſtitutis inter ipſum Cælium & Auguſtinum Mainardum, (*b*) quem Theologum non minus ſanctum quam doctum nominat, cumque eo ſe Papiæ de hoc argumento ſermones miſcuiſſe p. 15. ait. In primo dialogo ſeu libro ea, quæ objici poſſe ex literis

(*b*) Hunc ex Italia in Rhetiam, haud dubie religionis cauſa, ſe contuliſſe, atque Clavennæ vixiſſe, didici ex Jo. Guleri de Weineck, Deſcriptione Rhetiæ Lib. XIII. f. 197. b.

ſacris videbantur, diluuntur, in altero autem ſententiam ſuam quatuor potiſſimum argumentis, quorum primum a potentia Dei, ſecundum a ſapientia, tertium a bonitate ſeu miſericordia ejusdem, poſtremum denique a teſtimoniis divinis deſumtum eſt, demonſtratam dare colloquentes contendunt. Curio ſciſcitantis ac doceri cupientis partes agit, Mainardus vero reſpondentis atque demonſtrantis, ita tamen ut ille huic in omnibus calculum ſuum adjiciat, nec raro nova luce rem, de qua invicem ſermocinantur, perfundere laboret. Et videntur quidem eam Viri boni ſpem concepiſſe, fore, ut ſuo adhuc ævo maxima orbis pars ſuave optimi Salvatoris jugum ſubiret. Ita enim inter cætera Mainardus p. 217. *Si Dominus, ut cœpit, Evangelium, hoc eſt ſuaviſſimam & amabiliſſimam reconciliatæ gratiæ legationem, felici curſu provexerit, iterum ac majore frequentia orbem terrarum univerſum ad hoc aſylum, ad hanc munitiſſimam arcem & propugnaculum, ad hujus aſyli principem JEſum Chriſtum, atque ad tria illa oppida divina, fidem nimirum, ſpem & charitatem adcurrere cernemus: ita ut hiſce oculis etiam Regnum Dei longe majus viſuri ſimus, quam id quod humani generis hoſtis ſibi, non ſua potentia,*

tentia, ſed Dei providentia, comparaverit. Ad quæ Cælius p. 218. *O beatam illam diem! ô mihi tam longe maneat pars ultima vitæ ſpiritus!* Mainardus vero hæc regerit: *Manebit, ne dubita, Cæli, manebit; jam enim audis lætum hoc Evangelii nuncium ad Scythas, Thraces, Indos, & Afros usque hoc tempore penetrare. Omitto Europæ ampliſſimas regiones & urbes. Tenet enim Rex Regum Chriſtus Rhætiam, tenet Helvetiam, tuetur Germaniam, regnavit atque iterum regnabit in Anglia: gubernat Daniam, regnaque Cimbrica: habet Pruſſiam: inſtat Polonia, totique Sarmatiæ: urget Pannonios, ſpectat Moſcos: mutat Galliæ: noſtra parturit Italia: tandem ſequetur Hiſpania. Quin etiam Judæos ipſos non tam averſos a Chriſto eſſe, atque ante fuerunt, vides, quod nos videant unum Deum cæli terræque creatorem agnoſcere, &, quem miſit, JEſum Chriſtum: nulla ſimulacra, nulla ſigna, nullas pictas tabulas colere: nullum myſticum panem, cruſtumve pro Deo venerari: ſe a nobis non, ut ante, contemni, utpote qui ab ipſis nos Chriſtum accepiſſe agnoſcamus: illos ad tempus, ut nobis aditus in Dei Regnum pateſieret, ab ingreſſu ſummotos eſſe, atque alia id genus, quibus fiat, ut ad æmulationem provocentur, atque ad Chriſtum illum ſuum alliciantur.*

§. 3.

Cum primum liber in publicum exiiſſet, nemo, quod ego quidem ſciam, auctori propterea gravis fuit: ſed quarto demum ab editione anno Petrus Paulus Vergerius, Epiſcopus antea Juſtinopolitanus, tum vero Proteſtantium partibus adſcriptus, in illum inſurrexit, ac eum apud Baſileenſes heterodoxiæ inſimulavit, idque ex hoc capite. Quæſierat in ſecundo Dialogo p. 195. Cælius ex Mainardo, quid de iis cenſendum eſſet, qui Evangelii doctrinam non audierunt, nec in ea inſtituti unquam fuerunt: omnes eos per tot ſæcula exitio deſtinatos fuiſſe, divinæ bonitati ac juſtiſſimæ procurationi conſentaneum non eſſe. Ad quæ Mainardus hæc repoſuit: *Quanquam difficile eſt affirmare, tamen illud mihi videor poſſe non abſurde dicere: Si qui inter illos naturæ legem ſervarunt, aut etiam nunc ſervant: ſi unum Deum coluerunt: ſi alteri non fecerunt, quod ſibi factum nollent, aut factum doluerunt, idem de eis ſentio, quod de iis, qui non ſolum ante Chriſti adventum, verum etiam ante latam a Moſe legem in Dei metu vixerunt. Fuerunt enim illi Deo ſemper chari & accepti, quemadmodum Petrus in Actis teſtatur: cujus-*

modi

modi fuit Abimelechus, Melchiſedechus, Jetro, Jobus, amicique ejus quatuor: tum Hiramus Tyriorum, qui Salomonis tempore floruit: Saba Æthiopum Regina, & Cyrus & Darius Perſarum Reges, & nato Chriſto Domino Magi, quorum mentionem facit ſacra hiſtoria: aliique, ut veriſimile eſt, innumerabiles in toto terrarum orbe, quorum nulla extat ſacris literis prodita memoria. Fuit enim hæc veterum ſententia, quam etiam conſignatam literis cum alii, tum Origenes in Joannem & Clemens Alexandr. in oratione ad gentes reliquerunt. Is enim in exoratione ad gentes: Qui verbum non accepit auditione, ei venia danda propter ignorantiam. Nam quomodo credent ei, ut ait Apoſtolus, de quo non audierunt? non eſt autem iniquus Deus, ut quemquam indicta cauſa condemnare velit. Qui auditis Chriſti legatis gratiam oblatam rejiciunt, condemnantur, non qui edocti non fuerunt. Sic enim Dominus ipſe ſanxit: Ite, inquit, Evangelium prædicate, docete omnes gentes: qui crediderit & ablutus fuerit, ſalvus erit: qui non crediderit, condemnabitur. Hæc regis noſtri lex eſt, æquiſſimaque ſententia: ut quemadmodum audito Evangelio qui crediderit, conſervatur, ſic qui audito Evangelio non crediderit, condemnetur. Ex quo ſequitur, per Evangelium

non condemnari, qui Evangelium non prius audierit: quod ſi qui condemnantur, idcirco id ſit, quod legem naturæ, teſtemque & judicem conſcientiam contempſerint, per quam judicabuntur, ut Paulus ad Romanos diſerte docet. Hæc eſt æterna judiciorum regula, ut ii, quibus lata lex eſt, ſi contra legem fecerunt, ea lege judicentur, non ii, qui ea non tenentur. Quod ſi hoc in bene inſtitutis judiciis ſervatur, quæ imago quædam ſunt divini & ſempiterni judicii: multo magis ac ſine ullo errore a Deo humani generis parente optimo ac ſapientiſſimo conſervari, credendum atque affirmandum eſt. Quid quod modum ſtatuere divinæ ſapientiæ non debemus? Potuit & hodie etiam poteſt quoſdam per cœleſtes genios de Chriſto docere: poteſt etiam in remotiſſimis gentibus ſpiritu ſuo quoſdam excitare ac mittere, qui alios erudiant: poteſt etiam ipſe intus ſuos ad ſe cognoſcendum illuſtrare: neminem enim unquam ſui expertem divina bonitas relinquit: in ipſo enim vivimus, & movemur, & ſumus, ut Paulus Athenis prædicabat. Cumque Cælius ſubjeciſſet, ſibi equidem iſta Jova Deo judice æquiſſimo videri eſſe digniſſima, ejusque naturæ leniſſimæ convenientiſſima, idque eo magis, quod ne Ninivitis quidem pœnas indicta cauſa infligere voluerit: ob-

ſtare

ſtare tamen illam Petri ſententiam, qua teſtatur, nullum aliud nomen ſub cœlo datum hominibus eſſe, per quod ſalvi fiant, præter JEſu Chriſti nomen: Mainardus his verbis reſpondit: *Id non aliter intelligendum eſt, quam quomodo a Domino ipſo, ut modo oſtendimus, dictum eſt: nimirum de iis, quibus ejus eſt nunciatum nomen. Quanquam qui-cunque ſervantur, per Deum ſervatorem conſervantur, ut ipſe de ſe apud Eſaiam (Cap.* XLIII. *&* XLV.) *teſtatur: Ego Ego ſum Jova, præter quem nullus eſt ſervator. At is eſt JEſus Chriſtus, Deus laudandus in omnia ſæcula; etiamſi explicate & clare de eo non audiverint.* Hæc plenius exſcribere placuit, ut lectores mei eo exactius de integra re judicare valeant. Inde enim Vergerius anſam arripuit, Curionis nomen ad Senatum Baſileenſem deferendi, ac ſi in ſuo libello eam tuitus eſſet ſententiam, homines ſolis naturæ viribus ſine Chriſto ſalutem conſequi poſſe.

§. 4.

Sed non defuit Noſtro, quo ſe a delatoris ſui criminatione vindicaret. Duplicem enim Apologiam ſcripſit ad Patres conſcriptos Academiæ Baſileenſis, unam La-

tino ſermone, alteram Germanico. Utramque heic exhibemus, ex autographo Curioneo, quod Bibliotheca Civica Scaphuſienſis adſervat, indultu Viri Nobiliſſimi, Doctiſſimi atque Conſultiſſimi Domini Stokari a Neuforn, Bibliothecarii & rel. deſcriptam fida manu Optimi ac Eruditiſſimi Amici noſtri, Jo. Conradi Ziegleri, cui hoc nomine me multum debere publice profiteor. En vero Tibi utramque, una cum judicio Cenſorum, quod ejusdem Viri humaniſſimi benevolentiæ acceptum fero.

A.

C. S. Curionis

Librorum de

Amplitudine Regni Cœlorum

adverſus P. P. Vergerium

Apologia.

UTinam, Patres, qui nobis hanc conflavit invidiam, adeſſet ipſe Vergerius; efficerem profecto, ut intelligeretis eum nullis nixum certis fundamentis, nulla de cauſa, ſui & fraternæ charitatis, nonnullorum quoque meorum in ſe meritorum oblitum, haſce turbas nobis excitâſſe. Nam cum multa

multa effundat & jactet, nihil tamen probat. Exiſtimat enim vos tales eſſe, qui cuivis quidque effutienti ſtatim credatis: cum longe ſecus ſit; homines iſtâ prudentiâ, quâ vos eſtis, tantum credunt, quantum luce meridianâ clarius comprobatur. Jactavit enim multorum ſe eruditorum virorum de noſtro ſcripto habere judicia, cum tamen vix dimidiatum unum ſcripto potuerit oſtendere. Ait me ad Petrum Martyrem, & ad generum meum *(c)* Argentoratum noſtros dialogos miſiſſe, quos ipſi improbaverint; quod ego nunquam feci. At hujusmodi inanibus vocibus, nobis quarto demum ab ejus operis editione anno, de nihilo turbas ciet: cum tamen me nunquam antea, neque verbis, nequè literis, ut par erat, monuerit; aut ullam, etſi mecum aliquoties fuerit, ſignificationem dederit. Cur autem iſtiusmodi in hominem de ſe ipſiusque nomine & fama, quemadmodum plerique norunt, optime meritum, ſibi tentanda ſumſerit, dicerem, ſi homini de ſe ipſo aliquid liceret dicere: Dicam tamen uno verbo, idque neceſſitate compulſus, invidia, Patres, omnia hæc nobis conflavit,

 ut

(c) Hieronymum Zanchium.

tur aliquando clarius intelligetis. Nunc autem quando me ipſum apud vos purgare & declarare inſtitui, idipſum faciam, & totam hanc cauſam, veſtrâ benevolentiâ fretus, quam breviſſime poterit explicabo.

Cum eſſem in Italia, & ſermo de iis, quæ in illis dialogis diſputantur, inter doctos habitus eſſet, rogârunt amici quidam, ut eam diſputationem mandarem literis: quod quidem cum aliis de cauſis tum exercendi ſtyli gratia libenter feci. Cum autem in hæc loca veniſſem, & mecum verſarentur nobiles Poloni, hortabantur ut eos libros ederem: ac fuerunt etiam qui argumento ejus operis in Poloniam miſſo effecerint, ut ad me ſcriberet vir apud Poloniæ Regem magnus (*d*), ejus, qui apud me erat ſanguine conjunctus, hortareturque, ut in ipſius Regis nomine dialogos ederem, & ad Regem ipſum mitterem. Sed cum animadverterem non omnibus qui opus legerant videri aut concedi ut hîc ederem, quievi ne

(*d*) Joannes Luthomierski Caſtellanus Brzenzinenſis ac Regiæ Curiæ Quæſtor, quem in Dedicatione & in Dialogo ſecundo p. 222. Curio laudat. Inter epiſtolas ejus, Olymp. Fulv. Moratæ opuſculis annexas, extat p. 339. una ad Abrahamum Sbaski, Equitem Polonum, in qua hujus conſilium ſibi expetit de Dedicatione ſui libelli.

ne quenquam invidiâ gravarem. Contigit autem ut meus filius Horatius de quibusdam domeſticis negotiis in Italiam proficiſceretur: cumque peteret, ut eos dialogos, quos ſuâ manu ſibi deſcripſerat, quos etiam nunc poſſum oſtendere, ſecum ferre liceret, permiſi. Profectus eſt: edidit ipſe in quodam Rhæticæ ditionis in Italia oppido. Nam propter multa quæ pro vera religione in eo opere continentur, in Pontificis ditione edere non licuiſſet. Atque ita liber eſt ad Poloniæ Regem miſſus, a quo eſt grato animo acceptus; quod non obſcuris ſignis tum ipſe, tum alii declarârunt. Quod ad editionem vero ipſam attinet, non exiſtimavimus nos quicquam peccare, modo ne Baſileæ ederetur: nam ſi in eo nos errare exiſtimâſſemus, nunquam in lucem protuliſſemus. Quamobrem oro, vos Patres, ut nos & excuſatos habeatis, & apud M. Senatum noſtrum hoc pacto diligenter excuſetis. Sed jam ad rem ipſam accedamus.

Quoniam video unum mihi potiſſimum objici ex illis noſtris dialogis locum, quaſi ego naturâ ſolâ duce, ſine Chriſto ejusque Spiritu & fide ſalutem poſſe contingere ſententiam, vobis, Patres optimi & Viri clariſſimi, mentem meam ſententiamque aperire ſtatui.

Spero

Spero autem me eandem declarationem allaturum, quæ non modo vobis, qui æquitate non jure ſummo, ex charitate non ex aliqua animi perturbatione, & ſcripta bonorum virorum expendere & lites controverſiasque terminare conſueviſtis; verum etiam adverſariis, ſi modo quis reliquus eſt in eis humanitatis ſenſus, ſit ſatisfactura: & iis qui mihi bene volunt & cupiunt, conſolationem allatura. Oro autem vos omnes, ut meæ fidei in Dominum profeſſionem non ex uno aliquo loco, ſed ex multis aliis ſimul ex eodem opere collatis, atque unà ex hac mea declaratione cætera omnia expendere ac metiri velitis. Quod ſi, ut ſpero, feceritis, invenietis me in iis, quæ ad ſalutem per Chriſtum Dominum conſequendam pertinent, nihil ab Apoſtolica doctrina, nihil a veſtra confeſſione prorſus diſſentire. Quodſi aliquid aliud præter neceſſaria Religionis capita in meis ſcriptis forte invenietis, quod aliquantum a communi hominum opinione diſcedere videatur, id a me in utramque partem diſputandi causâ, non definiendi aut ſtatuendi ſcriptum eſſe teſtor; ſicque accipi volo, ut in ipſa dialogorum præfatione epilogoque diſerte ſum teſtatus. Neque enim illa alio

animo

animo diſputanda illo liberiore diſſerendi genere dialogorum veterum ſcholarum more ſcripſimus, quam ſtudio gloriæ Dei: neque ut cuique vellem neceſſitatem afferre, ea tenendi, ſed ut meas cogitationes eruditis & piis Eccleſiæque Chriſti ex divinis oraculis cognoſcendas proponerem. Ut igitur propoſui, ſic accipiatis, rogo: ita nihil erit opus ſingula verba excutere, quæ controverſias gignere ſolent, cum de mea voluntate conſtet ac ſententia; quæ ſemper in omni ſcripto attendenda eſt, quemadmodum & Legumlatores & JCti & oratores voluerunt. Hinc illa præclara: benignius leges interpretandas eſſe, quo voluntas earum conſervetur. Non enim ex verbis totum pendere jus æquiſſimi homines exiſtimârunt, ſed verba ſervire hominum conſiliis & auctoritatibus; neque quicquam opus eſſe verbis, cum ea res, cujus causâ verba quæſita ſint, intelligatur. Hæc ſi ſpectata ab eo, qui hanc mihi conflavit invidiam, fuiſſent, non laboraremus. Veſtrâ tamen omnium ſingulari prudentiâ charitateque fretus, ſpero me meam exiſtimationem retenturum. Quum igitur ſcripti cujusque mens ac ſententia a nullo melius intelligi, quam ſcriptoris explicatione poſſit, jam vobis de eo

loco

loco & quæſtione quæ mea fuerit ſitque mens, breviter exponam.

Nunquam, Patres, volui aut intellexi cuiquam poſſe ullâ ratione, lege & viâ, ſine eo, qui via, veritas & vita eſt, Chriſto JEſu Domino noſtro, ſalutem contingere; ſed hoc erat propoſitum, an omnes, ad quos externa vox Evangelii non perveniſſet, condemnandi eſſent?

Ad quod reſpondebatur non videri, ſiquidem tales extitiſſent, qualis Melchiſedechus, Jetro, Jobus, & Cornelius ille Centurio, atque id genus alii, quorum pietatem divinis oraculis, (cum tamen ex gentibus eſſent) comprobari videmus.

Neque tamen eos placuiſſe Deo, aut Deum timuiſſe, aut juſte vixiſſe naturæ corruptæ viribus intelligimus, ſed ab eo adjutos, qui facit, ut in præceptis ejus ambulemus, qui dat velle & efficere pro bona ſua voluntate, ut S. Paulus ait: neque ſalutem meritis ſuis conſecutos, ſed Dei gratiâ & beneficio per Chriſtum, in quo etiam electi fuerant ante mundum conditum, ut eſſent ſancti & irreprehenſibiles per charitatem. Epheſ. 1.

Quomodo autem ſuos docuerit, & hodie quoque (ſi qui inter eos ad cœleſtem perti-

pertinent Hieroſolymam) apud remotiſſimas poſitos gentes doceat, & ad ſui cognitionem trahat Pater, hoc ejus ſapientiæ relinquo. Joh. 6. Satis enim eſt mihi, hoc firmiter tenere & credere, non poſſe eos niſi Patre (aut Spiritu ſuo aut aliâ quâvis ratione) ad Chriſtum trahente conſervari: qui quidem ſi fuerint electi, quandocunque viſum erit Deo, ut Chriſtum Dominum fide complectantur, neceſſe eſt.

Hoc eo ipſo loco indicant illa verba, „ potuit, & hodie etiam poteſt, quosdam „ per cœleſtes genios ſuos eundem (nimi- „ rum Chriſtum, eum enim intelligo) do- „ cere: poteſt etiam in remotiſſimis genti- „ bus quosdam excitare ac mittere, qui „ alios erudiant: poteſt etiam ipſe intus „ ſuos (nota ſuos, hoc eſt, electos) ad ſe „ cognoſcendum illuſtrare. „ Item illa: Quicunque ſervantur, per Deum ſervato- „ rem conſervantur: qui eſt JEſus Chriſtus „ Deus laudandus in omnia ſecula. „

Nam quod ſequitur, „ etiamſi explicate „ & clare de eo non audierint, „ ad externam auditionem referendum eſt: quo etiam ſuperiora de nomine JESU & Evangelio, referenda ſunt.

Totum autem hunc locum ſic intelligendum eſſe argumento ſunt tot illuſtres loci per totum illud opus paſſim occurentes; ex quibus & hic locus unus erat metiendus, & mea ſincera fides de Chriſto JEſu cognoſcenda.

Ex tot autem locis unum aut alterum adſcribam, quo quærendi laborem minuam. Et primus occurrit is, qui habetur pag. 27. ubi de diluvio & archa ſic loquimur: „Ac „quemadmodum tunc nulli ex aquis emerſerunt, præter eos qui ipſi Noæ fidem habuerunt: ſic & nunc, niſi qui audito tamen prius Evangelio credentes reſipiſcunt, „ſeque ad JEſum Chriſtum, Regni cœleſtis „Eccleſiæque Navarchum recipiunt, ac fide „quaſi archâ per medios mortis orcique „fluctus ac voragines geſtantur, nulli prorſus in ſalutis portum æternæ perveniunt.„

Et pag. 35. & 36. Voco JEſum Chriſtum „unicum atque perpetuum ſoſpitatorem, „conſervatorem & liberatorem.„ nam qui unicum & perpetuum dicit, nullum alium ullo tempore admittit.

Item pag. 107. M. „Sed quotusquisque, tuâ ſententiâ, naturâ duce, aut propriis viribus, hanc viam anguſtam arctamque januam ingreditur? Coel. hei mihi,

„nemo

nemo prorſus, ne unus quidem, &c.„ Itidem eodem ſenſu pag. 108. Ex his jam liquere arbitror, recte & pie nos de ratione viaque ſalutis ſentire. Itaque quod dialogus dicit, „ſi naturæ legem ſervaverunt,„ intelligendum eſt, Dei auxilio & munere, non naturæ viribus, quemadmodum Paulus ait: omnia poſſum in eo qui me corroborat, & nos multis in eo opere locis oſtendimus; ut videre licet pagina 142. 143. 173. 203. & deinceps in toto opere.

Quodſi qui etiam ſcrupulus in animis veſtris forte hæret, cogitate, me non alio ſenſu illa ſcripſiſſe, quam Petrus Apoſtolus, quem ibidem citamus. Is enim Actorum cap. 10. Revera, inquit, comperio, Deum ad perſonas reſpectum non habere; ſed in omni gente qui ipſum metuit, & juſte vivit, is ei acceptus. Exemplo Cornelii motus, hæc verba protulit S. Petrus. Qui enim opera fecit Deo digna & quæ placeant Deo, in eo jam dudum fuit vera Religio. Neque alio ſenſu quam Auguſtinus illa, quæ ſubjiciam, ſcripta reliquit. Is enim de Civ. Dei L. XVIII. c. 23. Sibyllam Erythream ſive Cumanam, quod in quodam carmine contra falſorum Deorum cultum invehatur, in eorum numero deputandam videri ait, qui

pertinent ad Civitatem Dei. Et eod. lib. c. 47. ſic loquitur: Homines autem quosdam non terrena, ſed cœleſti ſocietate ad veros Iſraëlitas ſupernæ cives patriæ pertinentes, etiam in aliis gentibus fuiſſe, negare non poſſunt: quia ſi negant, facillime convincuntur de ſancto & admirabili viro Job, qui nec indigena, nec proſelytus, id eſt, advena populi Iſraël fuit, ſed ex gente Idumæa genus ducens, ibi ortus, ibidem mortuus eſt. Rurſus eodem loco: Divinitus autem proviſum fuiſſe non dubito, ut ex hoc uno ſciremus etiam per alias gentes eſſe potuiſſe, qui ſecundum Deum vixerunt eique placuerunt, pertinentes ad ſpiritualem Hieruſalem. Idem ſentit ad Euodium ſcribens Epiſtola 99. Summa igitur horum omnium hæc eſt, in iis, quæ dubia ſunt, & quæ utrinque habent idoneos auctores, nos nihil affirmare aut definire velle, in reliquis omnibus cum veſtra Eccleſia & publica confeſſione prorſus conſentire. Ad hanc igitur amuſſim, Patres, oro, & illum locum & meam fidem univerſam exigatis; ad hunc lapidem exploretis: & eadem Magnificis & Prudentiſſimis Dominis noſtris, atque aliis qui de ea dubitant, oſtendatis. Sic fiet, ut nobis noſtra exiſtimatio conſervetur,

vetur, quam vobis, Patres, unice commendo, ut DEVS ille Pater Domini noſtri JESV CHRISTI laudetur in omnia ſæcula. Amen.

Cælius S. C.

Ludovicus Vives in Comment. in Auguſtinum de Civit. Dei, Lib. XVIII. cap. 47. not. a.

Potuerunt enim — fin. [hæc Vives, in hac urbe ſæpe typis editus, nemine contradicente. (e)

Rr 2 *Sum-*

(e) Nos integrum Vivis locum, ut Lectores quærendi moleſtia levemus, hic adjicimus. „ Potuerunt „ enim qui ex gentibus naturam ſequebantur ducem, „ illam non pravis judiciis opinionibusque inquinatam „ & corruptam, tam grati eſſe Deo, quam qui legem „ Moſaicam ſervaverunt : quod enim hi conſequuti „ ſunt per legem, illi ſine lege. Eodem nimirum „ pervenerunt, quum eodem contenderent: nec in- „ ter eos aliud erat diſcrimen, quam eſt, ceu quis via- „ tor mandatam gerat chartæ itineris rationem, ac „ veluti formam, alter memoriæ fidat aut judicio. „ Idem etiam noſtro tempore continget ei, qui quum „ nihil de Chriſto audierit in remotiſſimis Oceani „ terris natus, duo illa maxima ſervarit mandata, in „ quis veritas ipſa legem totam prophetasque conſti- „ tutos affirmavit, de Deo & proximo diligendis: „ huic „

B.

Summariſche Antwort Cœlii Secundi Curionis.

UFf das, *ſo mir von* Vergerio *entgegen geworffen wird, lieben Herrn und Vättern; antworten ich entlich mitt Kürtze und zu einer Summa alſo.*

Erſtlich. Das ich von gantzem Hertzen annimmen und lieben die Confeſſion *und Bekandtnus diſer Chriſtenlichen Statt und Kirchen: ſo offentlich und von mäncklichen angenommen iſt. Dann ich ſiben, daß ſie der Lehr Chriſti des HErrn und ſeiner heilgen Apoſteln gantz mittſtimmet und gebilledt.*

Zum andern: So hab ich nie nützet (ſo vihl und mir wüſſendt) geſchriben oder gelehrt, das Ihren zuwider oder nitt mittſtimme: Ja, es iſt mein Meinung, das alles was ich ſchriben, ſo wyt angenommen ſolle werden, ſo vyl

„huic ſua conſcientia eſt lex. Et juxta Pſalmiſtam „memor eſt in nocte nominis Domini, & cuſtodit „legem ejus. Hæc ſit ei; quia juſtificationes Do„mini exquirit: tanti eſt videlicet voluiſſe bonum „eſſe, etiamſi non habeas, a quo virtutem edocearis. „Et in hoc hominum genere quid deeſt præter „aquam? quum Spiritum ſanctum non ſecus quam „Apoſtoli meruerint & acceperint: teſtante Petro, „repleri etiam nonnullos divino illo afflatu, quos „myſtica nondum attigit aqua.„ Hæc Vives.

vyl es mitt derſelbigen Confeſſion *und ge-ſchribnen Bekantnus einbälig iſt: und ſo ve-licht yemands möchte beduncken, daß ich et-was geſchriben, das yhren nit glychförmig, ſo ſag ich, daß ſolches nitt mitt ſolchem Gemuht geläſen oder verſtanden werden, wie ich es ge-ſchriben hab. Dann ich mich vor GOtt be-zügen mag, das ich mitt reinem Glauben und Gotsforchtſamen Gemuht alle Ding geſchriben hab.*

Zum dritten: Von denen Dingen aber, ſo diſputi*erlich ſind, und von welchen Gotſäliger und groſſer Leuthen Geſchrifften zu beyden Theylen noch vorhanden, hab ich alſo geredt, daß ich nichts entlich hab wellen beſchlieſſen, ſonders einem yeden ſin Urtheyl frey gelaſſen, wie ich daſſelbig auch in der Vorred meines Geſpräch Büchleins heiter bezügedt hab. Und ob ich gleich unterweylen geacht möchte wer-den, als ob ich mich etwas mehr auff den ei-nen Theyl neigedt, ſo iſt doch mein Meinung nitt anders, denn das ich dem ſo beſſers und beſtäntlichers harfür bringedt, zu volgen alle Zeit bereidt bin.*

Zum Vierdten. So vyl aber das Orth be-ruört, darum ich fürnämlich angezogen bin worden, do man ſagt, ich hab geſchriben und halts: daß auſſerhalb Chriſto und auß den

Krefften unſer Natur der Menſch die Säligheit möge erlangen: da vermein ich, daß ihr wol verſtanden, daß ich ſollichs nie geſchriben noch der Meinung geſin bin, wie yr dasſelbig in meinem Büchlein und meiner Declaration *wol geſähen haben.*

Zum Fünfften. Die weyl dann mein Glaub, mein Gemuht, mein Religion *mit ſo vil* Argument*en und Kundtſchafften genugſam erſcheinet (geliebte Vätter) ſo iſt mein Bitt an euch, yr wellen mein achtſame und guthen Nammen, ſo ich ſetz in Chriſto, beſchirmen und erhalten, und Unſern Gnädigen Hochgeachten Herrn diſſen meinen reinen unverfelſchten Glauben antzeigen, zu der Ehren unſers HErrn JEſu Chriſti.*

Ewer Williger

Cælius.

C. Ju-

C.

Judicium Cenſorum.

D*Es andern Büchlis halb, deſſen Titel iſt,* de Amplitudine &c. *das iſt von der Weitte des Säligen Reich GOttes, ſo* Cælium Sec. Curionem *belangt: laſſends wirs bleiben bey dem Urthel ſo vor etlichen Jahren durch die verordnetten* Cenſores *und Herren* Predicanten *geſelt iſt; Namlich, daß es zu diſſer Zeit beſſer ungetrukt denn getrukt were. Dieweyl wir aber nitt witteren Gewalt dann ſo vyl Ewer Gnaden Ehren Statt Baſel antriffet; achten wir nitt, daß e. E. wiß. noch uns niemands deshalb in keinem Verdacht billichen haben möge. So vyl aber betrifft den angezogenen Artickel von Herrn* Vergerio, *namlich, das unter andern neuwen Lehren, ſo er hab, auch gefunden werde, daß der, ſo den einigen GOtt verehre und dem andern nitt thu, das er wolt, das man imm nitt thäte, der möge ſelig werden, ob er gleich den Glauben in Chriſtum nitt empfangen, alſo daß Chriſtus ausgeſchloſſen werde, und yemands one Chriſto zum Heyl kommen möchte &c. könden wir auß den Geſchrifften* Cælii *nitt ſchlieſſen. Denn ob er ſich gleich in ſeinen Geſchrifften diſſer Worten*

vernemmen laßt, wie inn beduncket, ſo möge man nitt unbillich ſagen, daß die ſo in ferren Landen und unbekannten Inſuln, ſo die gewiſſe Lehr von unſerm HErrn Chriſto nie gehört, auch nitt ſeyen darinn unterwyſen worden, ſo etliche unter denſelbigen wärend, die das Gſaz der Natur gehalten oder noch hieltend, wann ſie den einigen GOtt verehredten und andern nitt gethon, das ſy wolten, das man ihnen nitt thätte; oder ſo es geſchähen, daß es yhnen leid were, wolte er eben von denſelbigen halten; wie er halte von denen, ſo nitt allein vor der Zukunfft Chriſti geſynn, ſonders auch die, ſo vor dem Geſatz in Gottesforcht geläbt haben. Die alwegen GOtt lieb und angenäm gewäſen; als da warend Abimelech, Melchiſedech, Jetro, Job *und andre &c. Hiemit aber konden wir nitt ſähen, daß er weder Glauben in Chriſtum noch Chriſtum ſelbs außſchlieſſen wölle, der ſich ſelbs einem yeden zu offenbaren, wie er will, wol mächtig iſt. Beſonders aber diewyl ſich heitter erfindt inn diſſem Büchli und andern* Cælii *Geſchrifften, daß er keinen andern Weg zur Säligheit haben wölle, denn allein den Glauben in Chriſtum, und denſelbigen JEſum Chriſtum ſelbs. Damit und wir aber um diſe Ding alle einen heittern Bericht geben möchten; haben wir* Cælium *ſelbs beruſſt*

ruffi und ihm folgende Artickel fürgehalten: Erſtlich warum er diß Büchli trucken laſſen; diewyl er von den Cenſoribus *gehört, daß es zu diſſer Zeit nitt zu truken? Zum andern, warum er einer Erſamen Statt Baſel Namen darinn geſtellt imm Beſchluß ſeines Briefs. Zum dritten, was er ſage zu den angezognen Artickeln Herrn* Vergerii *und andern Artickeln, ſo im Büchli gefunden werden. Darauff er geantwortet; Erſtlich, daß nitt er, ſonders ſein Sun das Buch inn Druk geben: und ſeye dis alſo zugangen, daß er, ſein Sun* Horatius, *auß eignen Geſchäfften in* Italiam *wöllen reiſen; hab er inn gebetten, daß er imm erlaube, dis Büchlin, das er, der Sun, ymm ſelbs zuvor hatt abgeſchriben, mitt imm zenemmen: das hab er, der Vatter, ymm vergonnt. Als er nun über das Pirg kommen gen Puſelanen* (*f*) *in der Pünnter Land, da ſeye das Büchli bey ymm geſäben und in Truk geben worden: das ſeye des Truken halb. Das der Nammen der Statt Baſel zu End ſeiner Epiſtel ſtande, ſeye alſo geſchäben. Als er erſtlich verhofft, daß diß ſein Büchli ſolte zu Baſel zugelaſſen und getrukt werden, habe er diſe Epiſtel an Künig*

(*f*) Hunc quidem locum ego hactenus in Geographiis & Deſcriptionibus Rhetiæ, quæ mihi ad manus ſunt, fruſtra quæſivi.

zu Polen, dem er dis Büchli dedicirt, *geſchriben, und wie man pflegt, zuvorderſt in dis Büchli geſtellt: da habe er kein ander Orth noch Statt, da der Brieff gegäben, nitt konden ſtellen, denn da er doheim, das iſt, in Ewer, unſer Herrn, Ehren-Statt Baſel: und dieweyl denn ſein Sun das Büchli ymm ſelbe dann zumol abgeſchrieben, ſeye alſo der Nammen der Statt Baſel darin beliben: verhoffe aber, das ſolliches einer Ehren Statt unnachtheilig ſin ſolle. Für den dritten Artikel aber, hatt er erſtlich ein lange Geſchrifft ingelegt, hernach aber derſelbigen Innhalt in ein kurze Form geſtellt, die wir hie E. H. E. W. zubericht verteuſcht überantworten; darinn ſy ſich dieſelb e. E. W. woll zu erlernen haben, wie und was geſtalt diſe ſeine Geſchrifft geſtellt, was auch ſein Gemuth und Verſtand in ſolcher ſeye. Dis iſt Er. W. Lieb Herrn, und trewe Vätter! daß wir uff E. Gn. Befelch zum Beſcheid diß Büchlin zugeben haben. Hiemit Ewer Er. E. W. uns und ein Erwirdige Hohe Schul gnädiglich befehlende*

Rector *und verordnete*
Cenſores *von den Herrn*
Decanen *u.* Predicanten:
Ewere allzeit Willige.

§. 5.

§. 5.

Ex iſthoc Cenſorum judicio augurari facile licet, Curionem cauſa ſua penes Senatum Baſileenſem haud cecidiſſe. Idem hinc etiam conjici poteſt, quod ad ſuprema usque fata inter Academiæ decora non poſtremum (*g*) cum honore tenuerit locum, celebratus quoque poſt obitum a Jo. Nic. Stupano oratione panegyrica, quam forte aliquando, cum haud exemplarium modo raritate, ſed & rerum inprimis memorabilium & optimæ frugis copia ſe commendet, notatiunculis noſtris illuſtratam atque auctam publicæ luci reſtituemus. Cæterum graviter in Vergerium invectus eſt Cælius in literis ad Joannem a Laſco Kal. Novembris

(*g*) Non autem ignoramus, noſtro eum ævo Anti-Trinitariorum claſſi aggregari. Fecit id e Reformatorum cœtu Celeb. Lampius in Hiſtor. Eccleſ. e noſtris Gymnaſii Thorunienſis Rector meritiſſimus Petrus Jænichius in Stricturis ad libellum quendam Catecheticum Unitariorum p. 7. ſcribens, Curionem Serveti erroribus implicitum fuiſſe, patere ex ejus paraphraſi in principium Evangelii Joannis, ubi omnia de Trinitate ambiguis interpretationibus involverit. Non ita pridem quoque Clar. Allwoerdenius in Hiſtoria Michaëlis Serveti p. 218. ſe aliquando demonſtraturum promiſit, Cælium inter illius amicos & ſectatores fuiſſe.

bris A. 1558. datis, quæ inter epiſtolas Illuſtr. & Clar. Virorum, a Simone Abbas Gabbema Harlingæ Friſiorum A. 1664. in 8. vulgatas, p. 135. ſqq. habentur. In eum enim ibi, licet ejus nomen expreſſum haud ſit, digitum intendi, ipſa res loquitur. Inter cætera illum plagii reum agit, ſcribens: *Non is eſt, qui quicquam boni aut elaborati homo indoctus & mollis ſuo Marte poſſit cudere. Exemplo eſſe poſſunt, quæ ab eo adhuc in vulgus ſunt edita. Nam Secretarii Pontificii actiones duas* (*b*) *de boni cujusdam viri bibliotheca ſurreptas, pro ſuis bis edidit. Idem fecit in Jo. Valdeſſi Equitis Hiſpani quadam pueruli inſtitutione, quam iſte Lac Spirituale* (*i*) *appel-*

(*b*) En integrum libri titulum: *Actiones duæ Secretarii Pontificii: quarum altera diſputat, an Paulus Papa IIII. debeat cogitare de inſtaurando Concilio Tridentino* (*magna eſt enim ſpes de pace*). *Altera vero, an vi & armis poſſit deinde imperare Proteſtantibus ipſius Concilii decreta. Habes hic Lector, quid in proximis Comitiis Auguſtanis fuerit ſtatutum.* A. M.D.LVI. in 8. Præter hanc editionem duas alias poſſideo, unam A. 1607. curatam, alteram vero in primo Operum Vergerii adverſus Papatum Tomo, Tubingæ anno jam 1563. in 4. typis exſcripto, ubi vero præter duas illas actiones etiam tertia exhibetur, quam in recentiori editione neglectam eſſe miror.

(*i*) Editio, quæ mihi præſto eſt, hujusce libelli hunc gerit titulum: *Illuſtri atque optimæ ſpei Puero D. Eber-*

appellans, primum Principis Virtembergenſis Filio, ut ſe in ejus aulam inſinuaret, pro ſua obtrudere non dubitavit. Eandem quoque, quum in Pruſſiam, Lituaniam & Poloniam ad emungendos Reges ſe contuliſſet, mutata inſcriptione, quaſi novum & a ſe confectum opus Illuſtriſſ. Oliciæ Ducis Filio tradidit, nihil veritus homo impudens multos parietes una ex fidelia, ut dicitur, dealbare. Hæc apud nos luce ſunt meridiana clariora. Mitto alia id genus multa, quæ ſuo tempore patebunt.

§. 6.

Ex eadem epiſtola apparet, locum quendam in illis Cælii dialogis Joanni a Laſco minus probatum fuiſſe, quem qua ratione defenderit ac explicuerit, ipſis ejus verbis docebimus. Ita autem is: *Inter cætera, quæ meus filius* (Horatius) *ſcribit, illud eſt: quod cum ſermo inter vos de noſtris illis de Ampl. R. D. dialogis incidiſſet, a te audiſſe, te quidem adverſarii mei accuſationem improbaſſe, neque ut contra noſtrum illud opus ſententiam*

D. Eberhardo, Illuſtriſſimi Principis & Domini Domini Chriſtophori Ducis, Wirtembergenſis &c. filio primogenito Munuſculum Vergerii exulis JESU CHRISTI. A. M.D.LIIII. in 8. Alia igitur editio Curioni ad manus fuit.

tentiam ferres, etſi ab eo magnopere rogarere (k) *adduci potuiſſe: unum tamen in eo eſſe, quod tibi non ſatis probaretur:* Ubi ais (inquit filius) idem eſſe, ſive Petrus, ſive Paulus, ſive Cicero, ſive Ariſtoteles Evangelium docuerint. *Nemo eſt, Laske optime, & Frater in Domino chariſſime, cui ego magis mea probari cupiam, quam Tibi, cujus eruditæ pietati tantum tribuo, quantum homini ab homine tribui poteſt. Itaque ne hic locus obſtet, quominus idem ſentiamus, tibi paucis ſatisfacere conabor. Primum igitur mea ex eodem opere verba ſubjiciam: mox quid vitii in ſe contineant, videbimus. Sic enim habent pag.* 176. Verum enim, a quocunque dicatur, a Deo eſt: ſive is ſit Moſes, ſive Plato, ſive Paulus, ſive Cicero. *Quæ verba primum quid ab illis differant, vides. Quanquam ne in illis quidem quid ſit vitii, video. Significant enim Evangelii dignitatem autoritatemque non pendere ab hominibus, neque admodum referre, a quo & per quem, modo pure Evangelium doceatur. Hoc ſpectavit Paulus* 1. *Cor. III. cum ait:* Quid Paulus? quid Apollo? niſi miniſtri, per quos crediſtis? *Verum ut dixi, non ſic a me*

(k) Hinc videmus, Vergerium & alios in Curionem irritare voluiſſe.

me ſcriptum, ſed, verum a Deo ſemper eſſe, per quemcunque tandem proferatur. Nam ſi ſolus Deus eſt verus, verax, & ipſa veritas, ut ſolus eſt bonum, bonitas & bonus, certe quicquid verum & bonum ab aliquo dicitur aut fit, id quatenus bonum & verum à Deo omnis boni verique fonte ſit neceſſe eſt, ſive id a Paulo, ſive a Platone proferatur. Quod quid aliud ſonat quam quod dixit Paulus ad Corinthios: Nemo poteſt dicere Dominum Jeſum, niſi per Spiritum Sanctum. Ubi enumeratis aliquot donis, etiam linguarum & medicinæ ſcientiam Spiritus ſancti dona eſſe teſtatur. Ibidem etiam D. Calvinus quærit, cum impii præclare interdum & ſplendide de Chriſto diſſerant, an habeant Dei Spiritum? Et reſpondet, eos procul dubio habere, quod ad effectum illum ſpectat: etiam Judam, cum Evangelium prædicaret, eodem Spiritu præditum fuiſſe. Vides igitur, nos nihil in eo aut impium, aut abſurdum affirmaſſe, ſed ſententiam quandam, tum divinis literis conſentaneam, tum in Eccleſia Dei decantatam retuliſſe. Nihil enim in ſcholis & ſcriptis omnium Theologorum pervulgatius, quam, verum, a quocunque dicatur, a Spiritu S. atque a Deo eſſe.

§. 7.

§. 7.

Quid alii de iſthoc opere judicarint, incompertum habeo, ſi unum excipiam Samuelem Sorbierium qui ita de eo pronunciavit (*l*): *Cælius Sec. Curio Profeſſ. Baſil.* 1554. *libros II. de Amplitudine Regni cæleſtis ſcripſit, quibus probat, vel ſaltem probare nititur, numerum electorum multo majorem futurum quam reproborum. Quod nec validis, nec nitidis rationibus probat, ſed longo verborum circuitu multa dicit quæ ἔδεν πρὸς ἔπος. Eſt tamen laudandus, qui miſericordia Dei fines proferre voluit, unde piis mentibus fuit ſemper maxima conſolatio.* Petrus autem Bælius mirandum (*m*) cenſet, Curionem iſtud Evangelium in media Helvetia prædicare auſum eſſe. *Il y a lieu d' être ſurpris,* ſunt ejus verba, *qu'il osât prêcher cet Evangile au milieu des Suiſſes; car une telle doctrine eſt fort ſuſpecte aux veritables Réformez, & je ne penſe pas qu' aucun Profeſſeur la pût ſoutenir aujourd' hui en Hollande impunément.*

§. 8.

(*l*) In Sorberianis. p. 56.
(*m*) In Diction. Crit. Part. I. p. 942.

§. 8.

De diverſis operis editionibus hæc ad me perſcripſit ſupra laudatus Zieglerus: „Triplex proſtat librorum C. S. Curionis „ de Amplitudine R. C. editio. Primam „ auctor curavit, Baſileenſibus, utut loci no- „ men non referat, typis expreſſam A. 1554. „ Altera Goudæ prodiit 1614. indiculo „ truncata, ſed præfatiunculam anonymi „ averſa tituli pagina oſtentans. Ultima, „ quod conſtet, anno ſtatim 1617. inſecuta „ eſt, Francofurti ad primi exemplaris fidem „ excuſa, id habens eximii, quod ipſa ſtatim „ frons, quæ maxime paradoxa his libris „ contineantur, ſummatim recenſeat: iis „ nimirum numerum electorum ſive ſalvan- „ dorum in R. C. multo majorem futurum „ quam reproborum, & Judæos hodiernos „ omnes ante extremum judicii diem ad „ veram Chriſti Meſſiæ agnitionem ac fidem „ eſſe congregandos, ex S. Scripturæ & Pa- „ trum, recentiorumque Theologorum ſcri- „ ptis demonſtrari. „ Negavit equidem in apologia ſua Cælius, primam editionem Baſileæ prodiiſſe, & aſſeveravit potius, filium Horatium eam in Rhetia curaſſe: ſed hæc ejus aſſertio veritati minus conſentanea eſſe vi-

detur. Ipſe enim Joannes Oporinus Typographus quondam Baſileenſis erudititiſſimus, ac de re literaria plurimis nominibus præclariſſime meritus, hocce Curionis opus in Catalogum librorum per ſe excuſorum (*n*) repoſuit. Formidabat nempe auctor, ne verum fatendo in varias ſe præcipitaret moleſtias, cum invitis ac inſciis Cenſoribus Baſileæ illud prelo ſubjectum ſit.

§. 9.

Finem jam facio, ſi prius in Lectorum curioſorum gratiam memorabilem aliquem locum e primo Cælii dialogo adjecero. Pervulgatum eſt, eam tribui Origeni ſententiam, non homines tantum omnes, ſed cacodæmones etiam aliquando eſſe ſalvandos. Verum alia prorſus mens Curioni noſtro de Origene fuit, qui pag. 20. ſq. Mainardum ſuum ita loquentem inducit: *Illud, quod Origeni attributum eſt, eſſe Origenis mihi perſuadere non poſſum, ſed æmulorum, ut*

(*n*) Ille Catalogus annexus eſt vitæ Oporini, recuſæ inter vitas ſelectas quorundam eruditiſſimorum ac illuſtrium Virorum, Uratislaviæ A. 1711. in 8. editas, ubi vide ſis p. 647. Accuratiſſimus etiam Bælius l. c. primam Cæliani opuſculi editionem Baſileæ A. 1554. prodiiſſe aſſerit.

ut pleraque alia, commentum, ut tam illuſtris nomen ſcriptoris obſcurarent: quod malum ea tempeſtate latiſſime patebat, noſtraque patet. Equidem eruditiſſimum virum exiſtimo Dei miſericordiam magnifice & copioſe extuliſſe atque exaggeraſſe, ac de amplitudine beati Regni Dei magna quædam & vulgo inſolita protuliſſe. Quæ cum ab invidis malitioſe, ab ignaris vero perperam acciperentur, cœperunt ſpargere, Origenem affirmare, non modo homines, verum etiam dæmonas (ac pene beſtias ipſas) aliquando beandos atque ad immortalitatem eſſe transferendos. Sed Origenes a Jo. Pico Mirandulano & docte ſimul & copioſe defenſus eſt. Verum ſeu Origenes, ſeu quicunque alius ita ſenſit, a Chriſto veritatis Magiſtro, tum ab his, quos ille ſua doctrina ſcriptores eſſe voluit, ſatis refellitur.

VI.

Epiſtolæ quædam ineditæ.

I.

PHILIPPI MELANCH-THONIS

Ad Academiam Tubingenſem. (*a*)

ETſi ſpero vos pro ſumma humanitate veſtra, etiam propter privatam amicitiam noſtram, boni conſulturos eſſe, quod com-

(*a*) Hujus & ſequentis pluriumque aliarum Philippi Melanchthonis epiſtolarum apographa, ipſi, uti videtur, auctori coæva debeo benevolentiæ Summe Rev. D. Zeltneri, quem optimum præceptorem obſervantiſſime colo & veneror, dumque ſpiritus hos reget artus, venerabor. Is mecum illas inter ineditas adhuc referendas eſſe cenſet. Plures earum in præſentia addere nolui, veritus, ne forte jam una alterave alibi typis excuſa ſit. Reliquarum vero indicem heic adjicio, quosvis lectores meos enixe rogans, ut, ni grave ſit, ſi quas illarum alibi jam publicæ luci expoſitas norint, de eo me benevole commefaciant. Prima ad Bilibaldum Pirkaimerum A. 1528. exarata incipit: *Non ſit oblivione tuorum erga me meritorum.* II. ad Fridericum Abbatem ad S. Ægid. Norib. A. d. 27. Nov. A. 1540. inc. *Ex D. Oſiandro intel-*

commendationem ad vos huic Matthiæ Il-
Ss 3
lyrico

intellexi. III. Ad Joannem Rorſcheit Noribergam A. 1541. inc. *Scio quosdam faſtidire ſcholaſticas operas.* IV. Ad Philippum Glueſpies Cal. Maji A. 1541. inc. *Magno cum dolore intellexi.* V. Ad eundem A. 1542. poſtridie Lucæ inc. *Et conſtantia tua in amicitia.* VI. Ad filium ex Bonna A. 1543. d. 9. Maji. *Etſi publicis curis ſatis multis exerceor.* VII. Ad Hieron. Baumgartnerum Cal. Oct. A. 1543. inc. *Quod fauſtum felixque ſit.* VIII. Ad Juſtum Jonam d. 17. Jun. A. 1544. inc. *Niſi & cauſas calamitatum Eccleſiæ.* IX. Ad Chilianum Goldſtein d. 20. Nov. A. 1544. inc. *Et tibi, & Eccleſiæ* Dei *gratulor.* X. Ad Sebaſt. Heller die Natalis Mariæ A. 1544. inc. *Spero meos mores.* XI. Ad Vitum Theodorum d. 16. Aug. A. 1545. inc. *Quod fauſtum & felix ſit.* XII. Ad Fridericum Myconium A. 1545. inc. *Scimus harum regionum urbes.* XIII. Ad Sebaldum & Leonartum Munſteros Cal. Sept. A. 1547. inc. *Cum in ea ſitis urbe.* XIV. Ad Frider. Bernbeck d. 6. Sept. A. 1547. inc. *Cum Paulus noſter & tui & patriæ amore.* XV. Ad Hieron. Baumgartnerum d. 2. Mart. A. 1547. inc. *Hæc cum ſcriberem.* XVI. Ad Paulum Eberum d. 29. Nov. A. 1548. inc. *Cum collegam & honeſtiſſimorum laborum ſocium.* XVII. Ad Andream Kegel die converſionis Pauli A. 1549. inc. *Valde dileximus virum clariſſimum.* XVIII. Ad Hieronymum Beſoldum die Matthiæ A. 1549. inc. *Etſi Deus orandus eſt.* Adſunt & quædam epiſtolæ a Melanchthone aliorum nomine ſcriptæ, interque has illa etiam, quam ab amiciſſimo Beyſchlagio meo, tum ſub Irenæi Bibliophili perſona latente, ſecum communicatum Celeb. Heumannus Poecil. ſuæ Tom. I. Lib. I. p. 90. ſqq. inſeruit. Ex hujus apographo, cæteris συγχέων didici, Heumannum κριτικώτατον acu rem tetigiſſe, cum. l. c. p. 93. epiſtolam illam Juſti Jonæ

filii

lyrico (*b*) dedi, & quædam de Republica veſtra ſcribere auſus ſum: Tamen alia juſtior causa eſt, quare meum conſilium vos probaturos eſſe confidam. Cum enim & ſtudiorum ſimilitudine, & quadam temporum conditione, ac reipublicæ juvandæ curâ conjuncti ſimus; non arbitror alienum, de re omni longe honeſtiſſima videlicet de conſervatione & propagatione optimarum artium nos, & operas, & conſilia conferre. Quare initio & propter privatam amicitiam, cujus recordatione mihi nihil dulcius eſt; & reipublicæ literariæ cauſa, a vobis peto, ne me in aliena civitate exiſtimetis velle πολυπραγμονεῖν, ſed ſimplici & candido animo vobis, & judicium de hoc Matthia meum, & quâ in re videatur optimè de ſtudiis mereri poſſe, ſignificandum eſſe duxi.

Magno-

filii nomine a Philippo confectam eſſe cenſeret. Hæc enim eſt ejus in manuſcripto Zeltneriano epigraphe: *Epiſtola Philippi Melanchth. præſcripta filio Doctoris Jonæ.*

(*b*) Matthiam Garbitium Illyricum intelligit Philippus, probe a Matthia Flacio ejus populari diſtinguendum. Haud vero irrita fuit illius commendatio. Poſſideo enim præter quædam ejus carmina Æſchyli Prometheum cum interpretatione Garbitii Baſileæ A. M. D. LIX. in 8. typis exſcriptum, in cujus titulo ſe Græcæ Linguæ & Moralis Philoſophiæ Profeſſorem in Academia Tubingenſi ordinarium nominat.

Magnopere probo conſilium Veſtrum de accerſendo Matthia. Nam & ornamento maximo futurum vobis eſſe ſtatuo, & ejus opera ad excitanda, juvandaque ſtudia (Deo dante) plurimum adferet momenti. Tantam enim in utraque lingua, Latina & Græca facultatem habet ſcribendi, ut ſolutam orationem, & carmen in utraque lingua, magna felicitate, copia, & ſplendore componat. Extant ejus quædam monumenta, quæ teſtantur, eum & eximia doctrina expolitum, & ſingulari ubertate ingenii præditum eſſe: Etſi propter familiaritatem noſtram mihi ejus ſtudia multis illuſtribus exemplis cognita ſunt.

Ad hanc ingenii, & doctrinæ laudem adjunxit mores plenos officii, modeſtiæ, & ſuavitatis, & prudentiam, non ſolùm in cæteris vitæ partibus, ſed multò magis in literis, atque artibus neceſſariam.

Etſi enim præcipue elaboravit in Eloquentiæ ſtudiis: tamen & Philoſophiæ ſe dedidit, ac prorſus ab illis ineptis diſſentit, qui rerum doctrinam à dicendi ratione, natura copulatam, & conjunctam divellunt. Magna dexteritate hîc publice aliquot Ariſtotelis libros enarravit, ita ut ingenioſiſſimi quique neminem audirent libentius.

Quare honeſtum in ſchola noſtra locum tenuit, habiturus etiam brevi commodiorem, & retinere eum cupiebamus.

Sed eò minus contendi, quod & veſtræ Academiæ benevolo. Dedi itaque proficiſcenti hanc epiſtolam, ut aditum ei ad vos pararem, poſtea ipſe ſuâ induſtriâ, atque virtute facile perfecturus eſt, ut benevolentia Veſtra digniſſimum eſſe ſtatuatis.

Quod quanquam ita futurum eſſe nihil dubitem; tamen oro, ut ad illa officia, quæ veſtro judicio in eum collaturi eſtis, aliquid accedat ſuavitatis meâ cauſa. Venio nunc ad deliberationem veſtram de munere, ad quod accerſitur Matthias. Ac rurſus peto, ne ſuſpicemini, me in aliena Republica velle curioſum eſſe. Nihil enim præſcribo vobis, ſed optimo animo exponam, qua in re Matthiæ ingenium, ego quidem, plùs Reipublicæ profuturum eſſe arbitror.

Quanquam enim præclare inſtructus eſt eâ doctrina, qua ad enarrationem Latinorum autorum opus eſt, & ut antè dixi, orationis genere utitur elegantiſſimo, & verſus venuſte ſcribit: tamen cum Latina majore contentione excitanda ſint, quam Græca, optarim impetrari poſſe à D. Joachimo Camerario, ut ipſe ſuſciperet enarrationem

Lati-

Latinorum Autorum, & Græcam Provinciam Matthiæ traderet. Id onus Matthias optime ſuſtinere poterit. Hîc enim induſtriæ ſuæ ſpecimen edidit in interpretatione aliquot Sophoclis Tragœdiarum: & Græca Lingua adeo familiaris eſt ei, ut Græce facillime ſcribat ſolutam orationem, & carmen.

Quare nihil dubito, quin magna cum laude, atque approbatione doctiſſimorum etiam in media Italia perſonam Græci Lectoris tueri poſſit. Joachimus autem propter ætatem & nominis celebritatem aliquanto plus autoritatis ad latinam lectionem allaturus eſſet.

Tum & hoc me movet. Eſt natura admodum verecundus Matthias, & nondum diu in his publicis theatris verſatus: At latina enarratio aliquanto plus contentionis requirit, & (dicam profecto, quod ſentiam) difficilius eſt illuſtrare Latinos Autores, quam Græcos. Oſtendenda enim ſunt ornamenta Oratoria, proferenda exempla, genera orationis conferenda, ratio compoſitionis, & imitationis indicanda, ut juventus adſueſcat ad veram dicendi rationem. Hunc ſcopum interpretes præcipuè propoſitum habent.

Jam hoc non tantum eſt Rhetorici Profeſſoris, ſed hominis verſati in Republica, & uſu periti, accommodare poëmata, & hiſtorias ad noſtrum uſum, ad præſentia negotia, ut formet judicia juventutis, ut lectio illa etiam ad prudentiam in vita conducat: videat juventus imagines totius privatæ vitæ, & publicæ in literis propoſitas eſſe, quæ nos de multis rebus admoneant, & ad virtutem exuſcitent. Et talis accommodatio lucem adfert ſcriptoribus, monſtrat enim eorum conſilia, & voluntates, & levat tædium auditorum.

Scitis autem hoc tempore, mira eſſe faſtidia diſcentium: Moneat etiam quomodo autorum ſententias, aut exempla ad uſum transferre poſſint, & ſuppeditent lumina orationis.

Orationes Ciceronis nemo utiliter enarrabit, niſi fori Romani conſuetudinem, & propemodum totam Reipublicæ formam ſpectandam proponat.

In Poëtis quoties aliquid ex phyſicis rationibus mutuandum eſt, quoties ortus, & occaſus ſyderum deſcribendi: Sæpe etiam hic interpres non ſolum de ſtudiis, ſed de moribus, & aliis materiis, quarum commemoratio videtur profutura, concionabitur,

ut

ut faces admoveat auditoribus, eosque ad doctrinæ, virtutisque amorem excitet.

Hæc qui non efficere ſtudet in Latinis Autoribus, etiam ſi eſt Grammaticus Interpres: tamen magna ex parte in hac ſcena eſt *κώφον πρόσωπον.*

Ego noſtris auditoribus quanto commendatiorem feci Tragœdiam Euripidis Phœniſſas, cum quod ille dixit σφίγγος ἀμουσότάτας ὠδὰς exitio fuiſſe Thebis: ego accommodarem ad ſeditioſa & impia dogmata.

Porro etſi Matthiæ nec prudentia, nec doctrina in hoc genere deeſt; tamen & uſu rerum vincit Joachimus, & præſtat ætate. Quare etſi nihil vobis præſcribo: tamen malim Joachimo mandari Latinam enarrationem: Matthiæ Græcam, in qua ſcio hunc cumulate ſatisfacturum omnibus eruditis. Ego fretus humanitate veſtra, & ſingulari erga me benevolentia, fui verboſior, fortaſſe ineptus etiam: ſed tamen optimo ſtudio adductus ſum, ut meam opinionem vobis ſignificarem, de qua vobis judicium permitto. Sed ſtudium, voluntatemque meam vobis probari magnopere velim. Bene valete.

Data Anno 36.

2. PHI-

2.

PHILIPPI MELANCHTHONIS
Ad Leonartum Fuchſium.

ET propter ipſam rerum naturam, & propter poſteritatem gaudeo creſcere hortos tuos (*a*) longe amœniores Heſperidum hortis.

(*a*) Is fuit Leonhardus Fuchſius, cujus iconi, quam inter imagines Virorum literis illuſtrium Argentorati A. 1590. vulgatas p. 303. exhibet, Nicolaus Reusnerus jure merito ſubjicere hoc elogium poterat:

Artem ſi medicam ſpectas, novus ipſe Galenus,
Si plantas, novus en exſto Dioſcorides.

Uti enim in omni medicinæ genere præclare ſcriptis ſuis de orbe meritus eſt, ita præſertim eam artis ſalutaris partem, quæ circa herbas & plantas occupatur, erudite illuſtravit. Siquidem non tantum de hiſtoria ſtirpium commentarios inſignes, adjectis earum vivis plusquam quingentis imaginibus, nunquam antea ad naturæ imitationem artificioſius effictis, Baſileæ A. 1542. excudendos curavit, poſthac alibi cum καθ' ἐπίτομην tum integre plus ſimplici vice ob præſtantiam recuſos: verum etiam de re herbaria tomos tres, magnis ſumtibus collectos cum iconibus elegantiſſimis reliquit, quos Jo. Georgius Schenckius in Bibliotheca Medica p. 374. aſſervari ab hæredibus memorat, editionem tum pollicitis; ſi modo Mæcenates opus ſumtuoſum promoviſſent. Sed hactenus illi

hortis. Quis enim non lætetur rerum naturam fieri notiorem, cujus conſideratio mentes ad virtutem, & Philoſophiam flectit, & multa vitæ præſidia oſtendit. Erudient autem & poſteritatem hi tui horti, quod plantarum nomenclaturas, & figuras optima fide tradis. Quare gratiam tibi & Reſpublica debet, & paſſim boni, & prudentes hunc tuum honeſtiſſimum laborem laudant.

Etſi autem optarim, eum candorem eſſe ingeniorum, ut & benemeritis honos habe-

illi Lucinam faventem experti haud ſunt, felices tamen in hoc, quod interim non perierint. Superſunt enim hodienum, venumque jam proſtant Ulmæ, digni ſane, qui in manus eruditas incidant. En tibi operis titulum, ut ex ungue leonem agnoſcere queas. *Leonhardi Fuchſii, Illuſtriſſimi Principis Wirtembergici Archiatri & Profeſſoris Tubing. Commentarius manuſcriptus de Hiſtoria ſtirpium valde illuſtrium, maximis impenſis & vigiliis, accurata diligentia, inſigni cura, indefeſſo ſtudio, plus viginti quinque annis elaboratus, in tomos III. digeſtus, ac mille quingentarum & viginti herbarum, fruticum & arborum nomina, formas, genera, loca, tempora, facultates, atque vires, pulcherrima ſerie & antea nunquam viſo ordine complectens.* in fol. Opus conſtat 571. capitibus, 666. foliis, textum exhibentibus, & 1520. vivis imaginibus, ad naturæ imitationem nitidiſſime effictis.

haberetur: & πλαισματα ſine livore, & ſine maledictis emendarentur: tamen vetus eſt illud: ἐκ ὅση γενεῆ, κακα ῥαπτειν ἀλλήλοισι.

Vidi libellos contra te editos, & ingemui. Ut puellæ floſculos in hortis decerpunt, & ſine odio certant inter ſe, ut quælibet coronæ ſuæ thoros venuſtiſſime diſtinguat, & ornet: Ita vos in collatione herbarum facere decuit (*b*).

Ego diu jam etſi multi rabiosè adverſus me ſcripſerunt, tamen reſpondi nemini, de re dixi, quantum vel neceſſe fuit, vel potui in iis locis, ubi explicatio inſtituta fuit, ſine mentione ullius Antagoniſtæ, & hac philoſophia perpetuo utar, ac ſapientibus judicium relinquam.

Te quoque adhortor, ut cum judiciis multorum intelligentium totum opus tuum probetur: non moveâre, ſi qui novi unam, atque alteram pagellam taxant, nec cum eis certes verborum contumeliis. Valerium Cordum (*c*) Cordi filium, ingenioſum

(*b*) Inſurrexerunt in Fuchſium præter alios Guil. Puteanus, Gualterus Ryffius, Joannes Placotomus & Cornarius, quibus apologias oppoſuit.

(*c*) Vitam ejus deſcripſit Melchior Adami in Vitis Germanorum Medicorum p. 42. ſqq. e qua facile, quantam in præmaturo illius obitu jacturam ars jatrica &

ſum juvenem, & in inquiſitione totius naturæ ſagaciſſimum amiſimus. Nam Romæ ſcribunt menſe Octobri eum mortuum eſſe, is de tuo opere ſæpe honeſtiſſime loquebatur. Mortem ejus verioribus lachrimis deploremus, quam Bionis interitum deplorat Theocrytus: Νυν ὑακινθε λαλει τα σα γραμματα, καὶ πλεον αἰ αἰ.

Multas naturæ partes adhuc ignotas, ſi vixiſſet, erutas oſtendiſſet. Tu nequaquam in Italiam *(d)* te attrahi ſinas, ne quidem ſi, ut ad Artaxerxem Hippocrates vocabatur, ampliſſimis promiſſionibus invitarere. Bene, & feliciter vale.

Die natali filii Dei, qui dies cum annum ordiatur, ex animo Eccleſiæ Dei, & ejus hoſpitiis, & tibi, & tuæ domeſticæ Eccleſiæ, annum tranquillum, fauſtum, & felicem opto. Anno 45.

Philippus Melanchthon.

3. Port-

ca & præſertim botanica paſſa ſit, perſpicimus. Melanchthon ejus mortem etiam in epiſtol. ad Joach. Camerarium p. 490. deploravit.

(*d*) Melchior Adami in Vitis Germanorum Medicorum p. 180. Fuchſium a Tuſcorum Duce, Coſmo Medice, annuo ſexcentorum coronatorum ſtipendio invitatum fuiſſe, ut in Piſana ſchola medicinam publice doceret, ſcribit.

3.

Portneri ad Kœnigsmannum. (*a*)

Clariſſime atque Excellentiſſime Kœnigsmanne.

VIx oculis meis credidi, cum tuas vidi: annuum enim ſilentium, quod tam religioſe hactenus cuſtodieras, omnem mihi ſpem pridem ademerat, ullas abs te in poſterum accipiendi. Neque tamen ideo aut eruditionem tuam & virtutes minus æſtimavi, aut in amicitia refrixi: nunquam enim ex animo meo dimittere potui illud ſinceriſſimi affectus vinculum, quo, ſive ob communionem ſtudiorum, ſive quod me coeca quadam fortuna delegeras, quem potiſſimum amares, invicem coäluimus. Gaudeo igitur Tibi redditas fuiſſe, quas ut primum

(*a*) Ex apographo Bibliothecæ Perilluſtr. Uffenbachii. Data eſt autem hæc epiſtola, multum bonæ frugis habens, ad Robertum Kœnigsmannum, Eloquentiæ tum in Academia Argentoratenſi Profeſſorem. De Jo. Alberto Portnero, ejus auctore, magno ævi ſui ornamento vid. Celeb. D. Struvii Act. literar. e MSS. erut. Faſc. II. præfat.

mum huc me contuli, exaravi. Cupio enim, Tibi omnia approbare, quæ cultum ingenii mei & mutationem loci concernunt. Vere augurаris, Vir Clariſſime, multum imminutam eſſe, vel voti mei ambitionem, vel fructum peregrinationis ob hæc plusquam civilia bella, quæ avaritia, lubido, φιλονεικία (atque hæc inprimis) fatali, ut videtur, calamitate contraxerunt. Neque tamen usque adeo infœcunda magnarum mentium Lutetia eſt, ut non paſſim curioſorum oculis exponat ejusmodi nomina, quæ doctrina, prudentia, meritis, cum quovis eorum, qui nunc literarum Principes creduntur, poſſint contendere. Sane GABRIEL NAUDÆUS, (*b*) Cardinalis Maza-

 rini

(*b*) Multum debent rei literariæ ac librariæ ſtudioſi Gabrieli Naudæo, Viro artis bibliothecariæ peritiſſimo, nec indigno incomparabilis bibliothecarum condendarum artificis elogio, quo ipſum Magnus Conringius in l. de Bibliothecis collectione Schmidiana p. 164. ornavit. Omne is fere ævum in bibliothecis præſtantiſſimis vel condendis, vel ordinandis, vel adminiſtrandis ſumma cum laude peregit. Fuit enim primo Henrici Memmii, Senatus Pariſienſis Præſidis, dein Eminentiſſimorum Cardinalium Joannis Franciſci a Balneo, Antonii Barberini, & Julii Mazarini, tandemque Chriſtinæ Suecorum Reginæ Bibliothecarius, teſtante id ejus epitaphio, quod epiſtolis viri literatiſſimi Genevæ A. 1667. in 12. editis cum elogio

rini florentibus adhuc rebus ejus, Bibliothecæ Præfectus ad ſummam, qua excellit, eruditionem tantum humanitatis attulit, ut adeuntibus incertum ſit, artium ne in ipſo copiam, an morum modeſtiam potius mirentur. Libros ejus, de STUDIO MILITARI (qui Romæ ante quatuordecim annos prodiit & diffuſo quodam tractandi genere, omnium propemodum, qui in hoc campo deſudarunt, diligentiam ſuperavit) de inſtruenda Bibliotheca (qui Gallice ad Memmium ſummum virum & præmaturo obitu Reipublicæ ac literarum malo ante ſesquiannum ereptum, conſcriptus eſt) aliaque minora, Panegyricum ad Urbanum Septi-

elogio a Petro Halleo ipſi ſcripto præfixum eſt. Ex hac vero Portneri epiſtola, bonæ certe frugis pleniſſima, elucet, eum quoque maximæ humanitatis, quæ ſumma Bibliothecarii laus eſt, fuiſſe. Videatur de ipſo ejusque ſcriptis Celeb. Jo. Henricus von Seelen in Paralipomenis doctæ de eruditis præcocibus orationi annexis p. 88. ſqq. & auctores ab eo laudati. Adde D. Jo. Fabricii Hiſtor. Bibliothecæ ſuæ Part. V. p. 442. Joann. Imperialis Muſeum Hiſtoricum. p. 214. ſqq. edit. Fabric. Rolandi Mareſii Epiſtol. Philolog. p. 420. ſqq. edit. Rechenberg. & Ludovici Jacobi a S. Carolo libellum A. 1659. h. t. editum: *V. Cl. Gabrielis Naudæi Tumulus, complectens elogia, epitaphia, carmina tum Latina, tum Gallica variorum Cl. Virorum, cui acceſſit catalogus omnium Naudæi operum.*

Septimum Pontificem Maximum, pro Thoma Campanella, Agrippæ, Theophraſti, & aliorum (*c*) à Magia defenſiones (quod ſcriptum quanti ingenii ſit, ex ipſo titulo conjectabis) THOMA à KEMPIS, contra Benedictinos, qui neſcio quem fictum GERSONIUM ſubſtituerunt, aſſertionem, Epiſtolam ad Supremum Pariſienſis Curiæ Senatum, (*d*) pro Bibliotheca Mazarini (quæ

(*c*) Apologiam pro magnis Viris Magiæ poſtulatis Jac. Jſtm. Reenhielmius, cujus verba Summe Rev. Seelenius l. c. allegat, a Naudæo ingenii tantum oſtendendi cauſa conſcriptam eſſe cenſet. Sunt vero, qui ſecus ſentiant, eique ſimul pollicem premant. Præſertim valde illa probatur Celeb. Petro Friderico Arpe in Feriis Æſtivalibus p. 64. qui ad hanc apologiam alteram partem meditatur, cujus συνοψιν l. c. p. 65. ſqq. exhibet.

(*d*) Notum eſt, Bibliothecam Mazarinianam immenſis ſumtibus undique congeſtam, & ſupra quadraginta mille voluminibus ſuperbientem, poſſeſſore ejus publice proſcripto, juſſu ſupremi Senatus Pariſienſis diſperſam atque divenditam, manuſcriptos vero codices Regiæ Bibliothecæ inditos eſſe. Elegans in eam diſſipationem Gaulmini epigramma e ſelectis Guid. Patini epiſtolis Tom. IX. p. 757. inſerui. Scripſit tum Naudæus libellum ſupplicem h. t. *Avis a Nos Seigneurs du Parlement ſur la vente de la Bibliotheque de Mſr. le Cardinal Mazarin.* Sed ſurdis auribus narravit fabulam. Poſt reditum vero ex exilio ſuum Mazarinus de reſtauranda Bibliotheca ſerio cogitavit, & ſucceſſu quidem feliciſſimo. Vid. Celeb. Dan. Maichelii

irreparabili Galliæ dedecore, ſummo doctorum omnium luctu, incredibili Studiorum damno, inconſulta Patrum vehementia diſtracta eſt) exaratam & alia ejus plura, niſi vidiſti, ignoras profecto meritum hominis, non minus Heinſio, Boxhornio, aliisque qui in humanioribus diſciplinis eminere voluerunt, æſtimandi, quamvis minus æſtimetur. Ipſe mihi Lentzioque meo id honoris habuit, ut non ſolum frequenter ad ſe admitteret, ſed eâ benevolentiâ, & ſi qua inter tam inæquales eſt familiaritate complecteretur, quam neque ab eo, neque ab ullo alio Gallorum auderem exſpectare. Non enim libellis tantum ſuis propemodum omnibus donavit, ſed tanquam non amici tantum, ſed Magiſtri vicem fungeretur, data opera integrum Catalogum nobis conſignavit eorum, quorum notitiam & cultum nobis haud infructuoſum fore exiſtimaverat. Quæ res, uti ab homine extero, & ad quem nullis prorſus commendatitiis inſtructi acceſſeramus, ne requirenda quidem erat, ita ejusmodi neceſſitudine nos

chelii Introduct. ad hiſtoriam literariam de præcipuis Bibliothecis Pariſienſibus Part. I. Cap. IV. p. 65. ſqq. add. *Neueſter Gelehrter Staat von Paris.* Sect. VI. p. 182. ſqq.

nos ipſi conciliavit, ut cujus amicitia, in Gallia certè, potius gloriari debeamus, non poſſimus reperire. Edidit idem nuper (quod tali in tempore tam incenſis omnium ac infenſis animis ſtupendum eſt) judicium ſuum (*e*) de omnibus illis quæ in Patronum ſuum per Satyram compoſita ſunt, & quotidie ſubnaſcuntur. Sed ne Te apud unum hunc diutius teneam, beneficio ejus nobis innotuit JACOBUS PUTEANUS, Vir plane eximius, Bibliothecæ Regiæ Curator, in quo ingens doctrina, plurimum comitatis, quam ipſa ſenectutis reverentia auguſtiorem quodammodo & gratiorem efficit. Ille quoque benevole admodum nos per omnia & Regiæ & ſuæ Bibliothecæ ſcrinia deduxit, tanta noſtra voluptate, ut & memoria tam jucundæ collocutionis grata nobis & utilitas haud pœnitenda ſit (*f*).

(*e*) Digitum intendit Portnerus in librum Naudæi hodie rariſſimum, cujus titulus eſt: *Le Maſcurat, ou Jugement de tout ce qui a été imprimé contre le Cardinal Mazarin.* Vid. opellæ hujus Tom. II. p. 344. & Tom. IV. p. 557.

(*f*) Memori & gratiſſima mente Puteani, Viri Summi, humanitatem ac merita poſt ejus fata quoque proſecutus eſt Portnerus. Teſtantur id *Exequiæ Trans-Rhenanæ Illuſtriſſimo Viro Jacobo Puteano, Fani S. Salvatoris Abbati, Regi Chriſtianiſſ. a Conſiliis & Bibliothecis,*

Dionyſium Godofredum Jacobi, qui Genevæ agit, Nepotem vidi, verum in eodem ἐδὲν παῖγμιόν. Seneſcit paulatim avorum gloria in poſteris, qui fàmam à majoribus partam deterere inertia malunt, quam virtute augere. Opera tamen ejus Bibliothecam Sancti Germani in Pratis perluſtravimus: Nulla illic copia librorum (*g*), quæ pretium & curam merentur; Manuſcripta ſunt probæ pleraque notæ & manifeſtæ vetuſtatis. Ne Regia quidem Bibliotheca ad privatæ ſaltem (cujusmodi quidem hic permultæ ſunt) opulentiæ decus aſpirat, duobus tantum ambulacris comprehenſa, ubi, ſi manu ſcripta, quæ prorſus rára & memorabilia ſunt, excipias, nihil eſt, quod magnopere expetas. Thuana Bibliotheca (*h*) quatuor-

---

cis, ſapientiæ laude veroque virtutis ſtudio immortale nomen in terris poſt obitum adepto in Germania auctore Portnero ductæ. Vid. Celeb. D. Struvii Acta litteraria e MSS. eruta. Faſc. II. p. 1. ſqq.

(*g*) Hodie vero & SanGermanenſis & Regia præſertim multo opulentiſſimæ ſunt. Vid. Maichel. l. c. Part. I. Cap. I. p. 1. ſqq. & Cap. III. p. 61. ſqq. add. *Neueſter Gelehrter Staat von Paris.* Sect. VI. p. 157. ſqq. & p. 178. ſqq.

(*h*) De Thuanea Bibliotheca vid. Celeb. D. Struv. Introd. in Notitiam rei liter. Cap. III. §. X. p. 93. ſq. Talis ea, antequam divenderetur, fuit, ut Joannes Lau-

quatuordecim millibus voluminibus dives, cultu & nitore librorum, tum copia etiam & exquiſito delectu, præter Seguierianam, quæ tamen numero longe impar eſt, cæteras omnes vincit. In Bibliothecario ejus ſummam eruditionem, multarum rerum experientiam, judicium de rebus prope omnibus accuratum admiratus ſum. Quid putas me dixiſſe aut cogitaſſe, cum illum locum, quem magnus ille ſpiritus, habitare, cum veſtigia verè AUGUSTI illius Viri (quæ nullibi crebrius, quam in illo Muſarum ſeceſſu, ubi noctes atque dies verſabatur, defixit) tueri oculis, premere pedibus cœpi? linqui protinus omnino viſus ſum, & ea ſive ſuavitas domicilii, ſive contemplatio Domini me invitum & jam diu nihil minus cogitantem ad veteres delicias meas tranſtulit, ſenſusque meos (vides etiam, ut ineptias meas tecum partiar) ejusmodi verſiculis expreſſit:

* Launoius eum, qui Bibliothecam Thuaneam non vidit, Lutetiam non vidiſſe cenſendum judicarit. vid. ejusd. Acta litteraria e MSS. eruta. Faſcic. II. p. 11. Bibliothecarius illius tum fuit Iſmaël Bullialdus.

Hæc domus illa diu magnis habitata THUANIS
Doctrinæ ſinus eſt Hiſtoriæque parens.
Prodiit hinc priſci laudes quod vincet & ævi,
Quo minus eſt, magnum quicquid in orbe fuit.
Nunc etiam manes hic dant reſponſa beati,
Nunc etiam voces doctaque verba ferunt.
Vivit in extincto cæleſtis Spiritus igne,
Atque animat tantas, quas cumulavit, opes,
En Tibi præclara paſſim veſtigia mentis,
Hæc ſuprema ſui ſigna reliquit humi.
Effigies AUGUSTA oculos invitat amicos,
Virtutemque ſacro monſtrat in ore tuam.
Deſino ſollicito libros inquirere cultu
Omnibus una mihi præſtat imago libris.

Ipſe Præſes Thuanus paterni nominis & inſtituti hæres accurata induſtria & ſingulari adverſum advenas bonitate, dignitatem togæ ſuæ facile tuetur, nec minus anxiè gloriam à Patre relictam conſervat, quamvis non (quod fratrem ejus Fr. Auguſtum ante hoc

hoc ipſum (*i*) decennium pervertit) contumacia neque inani jactatione libertatis famam fatumque provocet. Inter cæteras Bibliothecas, quarum ſingulæ ſuæ quædam peculiaria ornamenta præferunt, non tam antiquitatis monumentis, quam noviſſimæ vetuſtatis gratiis excellit Seguierii Magni Galliæ Cancellarii (*k*) Theſaurus, cui ſiquid

Tt 5 ſimile

(*i*) Nota ſunt omnibus infelicia Franc. Aug. Thuani, capitis ſupplicio affecti, fata. Diximus autem, Tom. IX. p. 731. parentis in hiſtoria condenda candorem ſi Patinum aliosque audiamus, filio pernicioſum fuiſſe, capitisque ſupplicium peperiſſe. Obſervavi vero poſthac Petrum Bælium in Diction. ſub voce *Louis XI.* not. M. hujus quoque rei meminiſſe, ac ſub voce *Louis XIII.* not. R. Patinum acriter refutaſſe. Sed vide, ſi placet, quid Bælio repoſuerit Bierlingius ὁ μακαρίτης, certi tamen aliquid determinare non auſus, in Commentar. de Pyrrhonismo hiſtorico Cap. II. p. 84.

(*k*) Petrus Seguierius, Franciæ olim Cancellarius & ſummus literarum Patronus, maximis impenſis collegit Bibliothecam plurimis Codicibus MSS. Græcis præcipue inſtructiſſimam, quæ hæreditatis jure tranſiit ad Henricum Carolum du Cambout de Coislin, Ducem & Parem Franciæ, Epiſcopumque Metenſem, nomen inde Coislinianæ nacta. Omnium hujusce Bibliothecæ Manuſcriptorum Græcorum Catalogum ad modum Lambeciani confecit, Pariſiisque A. 1714. in fol. typis exſcribendum curavit Celeb. P. Bernardus de Montfaucon. vid. Act. Erud. A. 1715. p. 481. ſqq. Maichel. l. c. p. 64. ſq. & Summe Vener. Jo. Chriſtoph. Coler. Analecta ad Struvii Introduct. p. 22. ſq.

ſimile me vidiſſe in vita dixerim, Veritati & Virtuti injuriam fecerim. Intereſt enim ſtudiorum, foveri à Magnatibus, & cum foventur, agnoſcere Mæcenates ſuos & profiteri. Raro Muſis contingit, tam commode habitare; at hic, quæ alibi vix ſitum & blattas effugiunt, auro omnique picturarum & elegantiarum ornatu inſtructa illuſtrantur. Cum ingreſſus fueris ambulacra (ſunt enim quatuor) magificentia loci perſtringit oculos, mentemque tantum libris intentam in diverſum abripit, ut neſcias, quid potiſſimum mireris. Ea quoque res materiam carminis pangendi dedit, & Lyram inſuetis manibus admovit:

Muſa, quæ anguſtas habitare ſedes
Sveta, nunc lucem recipis, nec antris
Abdita obſcuris, velut ante cultu
Paupere ſqualles.

Sume majores animos & auram,
Quam Tibi ſpirat zephyrus, ſecundam
Impigris velis ſequere, & benignos
Noſce penates.

En ut auguſto tabulata ſumtu
En ut auratis laquear columnis
Et laborato paries amictu
Cuncta perornet.

Si

Si quidem tales ſtudiis Patroni
Læta promittunt & honoris arces
Fulgor illuſtrat, meliora nobis
Secula reſtant.

Quamlibet belli violenta moles
Artibus pacis meritos favores
Subtrahat, ſævis miſerumque caſtris
Impleat orbem:

Stat tamen tuto inviolatum aſylo
Laudis antiquæ decus & minantes
Deſpicit diras, retinetque caſti
Numina templi.

Sint tibi multi ſimiles precamur,
Magne SEQUIRI, quibus inter aulæ
Ambitum & rebus nimis occupatæ
Tempora vitæ.

Illa præclara bonitas in artes
Duret, ut mentes precium decoras
Proferat, magnos ſtimulante plauſu
Leniter auſus.

Dein Scævolam Sammarthanum conveni, unum è geminis illis ſuperſtitem & octogenariæ ætatis Senem. DEus bone, quæ in illo congreſſu intellexi, audivi, didici. Non

in

in hoc ævo aut tempore, non tecum, aut cum aliis, qui ingenio & doctrina ſeculum noſtrum ornant, ſed in alia ætate, inter alios homines, cum THUANIS, BRISSONIO, CUIACIO, cum Pithœis, Silleriis, Veræis, Fabris, Bongarſio cæterisque magnis animabus agere, ſermonibus illorum intereſſe, convictibus frui me omnino autumavi, ita me colloquio ultra quadrihorium producto imbuit atque cepit doctiſſimus ille & rerum Gallicarum ſcientiſſimus Senex, ut affirmare Tibi auſim, me nullum diem lætiorem aut majore animi voluptate unquam exegiſſe. Alio calamo & faciliore ſtylo opus foret ad exprimendam ſuavitatem, quam ex quotidiana ejusmodi hominum conſuetudine uſurpo haurioque. Superſunt adeundi Bignonius, Henricus Valeſius, Dionyſius Petavius, quem per adverſam ejus valetudinem nondum appellare potui; Petrus de Marca Archiepiſcopus Toſolanus, Vir omnis antiquitatis peritiſſimus, quos tamen plerosque brevi, ſi DEus volet, inviſam. Amiſimus intra paucos menſes Jacobum Sirmondum Societatis JEſu Theologum, magni inter eruditos nominis, & Petrum Puteanum, Jacobi fratrem, qui paulo ante luctuoſam literis mortem Commentarium in Jura Eccleſiæ

cleſiæ Gallicanæ (*l*) edidit, atque hac velut ultima manu finem tot egregiis laboribus, quibus omne ſtudiorum genus illuſtravit, feliciter impoſuit. Blondellus, qui Amſtelodami agit, de viſu periclitatur. Naudæum in Sueciam (*m*) cogitare certum eſt. Tu miraberis.

(*l*) De hoc opere juvat Nicolaum Rigaltium audire, hæc in vita Petri Puteani p. 664. collectionis Bateſianæ memorantem : *Jam in limine ſenectutis erat, cum editioni Libertatum Eccleſiæ Gallicanæ manus primas admovit. Opus, antea tentatum pluribus, nulli feliciùs ceſſerat, quam Petro Pithoeo. Is tantum capita quædam tribus & octoginta conſtituerat articulis, ſummo judicio formatis. Ad ea igitur capita Puteanus collimavit, conjecitque probationes, ex ampliſſimis undique tribunalibus & variis Eccleſiarum chartulariis, atque ipſo chartarum regni theſauro collectas, unde, communi gentium ſenſu, continuatoque uſu, decreta manaverant, quæ Pithoëanas poſitiones conſtabilirent. Hoc una quidem & altera editione præſtitit, ac ſubinde repetita lectione adjecit ad omnes ſingulatim articulos commentaria, doctiſſimas obſervationes, quæ citatis variorum ſcriptorum teſtimoniis Gallicani Juris æquitatem confirmant. Adverſus hæc tanti momenti ſtudia, quæ pro Regis & Cleri dignitate certabant, Clerus ipſe Gallicanus, inſtigantibus aulæ Transalpinæ mancipiis, jam commotior accendi atque inflammari cœperat, & atrocia fulguraſſet, ſi non ipſa vitæ ſanctiſſime transacta quaſi majeſtas texiſſet auctorem. Durat operi fama, geminata jam editione diſcurrens, durabitque olim venientibus ſæculis, ubicumque ſapientia vigebit.*

(*m*) Chriſtina, Sueciæ Regina, Naudæum ad Bibliothecam, incredibili induſtria ac ſumtu paratam, ordine

raberis. Magnus ille vir eſt, & talis omnino, qualem magnus aliquis Princeps ad adornandam Bibliothecam optare debeat. Illa ſanè jucunditas, qua in iſta cum præclaris hominibus converſatione fruor, quamvis parum mihi temporis otiique ad ſtudia privatim tractanda relinquat, ea tamen oblectatione me perfundit, ut omnium miſeriarum, quibus pene obruimur, fere obliviſcar. Ex illis in Aula & Senatu præter Præſidem Thuanum, de quo dixi, neminem colui. Scis id hominum genus fere iniquum eſſe melioribus ingeniis, & fere lucro deditum, cujus aviditas cum ſemel animum corru-

ordine digerandam ditandamque præmiis ampliſſimis præpoſitis evocaverat, benevolentiæ in ipſum ſuæ interprete uſa Iſaaco Voſſio, ad cujus literas Naudæi reſponſoriæ in ejus Epiſtolis p. 809. ſqq. habentur. Paruit is Reginæ voluntati, inque Sueciam abiit. Sed *cum rei propoſita* (verba ſunt Petri Hallæi in elogio Naudæano ſupra citato) *neceſſariam operam navaſſet, tædio illius Aulæ, cujus priſcam ſimplicitatem ac fidem nonnulli literati, gratiam malis artibus nacti, corruperant, patriaque recepta tranquillitate pacatoque civium diſſidio reſpirantis deſiderio affectus, ad reditum ſe comparavit. Auctus itaque præmiis, & a Regina honorifice dimiſſus, in viam ſe dedit, ex cujus labore collectam febrim paſſus, in Galliæ limine apud Marinos in oppido, cui Abbatis-Villa (Abbeville en Picardie) nomen eſt, ad Somonam anno ſeculi & ætatis LIII. mortem obiit, ac ibidem ſepultus eſt in Parochiali Eccleſia S. Georgii.*

corrupit, ceterorum omnium curam expungit. E Magnatibus Cardinalem Gondinum, qui Coadjutoris Pariſienſis nomine vulgo celebratur, ſalutavi, & ab eo ſumma humanitate, & quadam privata benevolentia exceptus ſum. Debeo illam gratiam, ut alia multa SCIPIONI SCALIGERO (*n*) cui Forſtnerus ſuas, quas de pace Germaniæ compoſuit, commentationes inſcripſit. Ille me ad alios, tum nuper Carolum Lotharingum Ducem deduxit, de quo ut & de Republica multa memorare poſſem, ſi aut major in temporibus ſecuritas, aut minus in itineribus diſcrimen eſſet. Quam enim intuta

(*n*) Pleræque Forſtneri epiſtolæ, negotium Pacis Osnabrugo-Monaſterienſis concernentes, invito plane & indignante auctore A. 1657. publicæ luci expoſitæ, ad hunc Scipionem Scaligerum ſcriptæ ſunt, qui in iis & Equitis, & Illuſtriſſimi elogio mactatur. Is nimirum Scaligerorum, Principum olim Veronenſium, genti ſe inſerere conatus eſt. Sed impoſtorem eum fuiſſe, ac vero nomine Adamum *Scaglia* (quod Latinis *Squama* eſt) audiiſſe, patre homuncione de fæce oppidi Baroducenſis in Lotaringia textore limbolario Antonio Scaglia genitum evincere contendit Joſephus Scaliger in confutatione fabulæ Burdonum p. m. 332. edit. Lugdun. Batav. A. 1608. in 12. Commendatione tamen Cardinalis de Givri factus is eſt eques ſepulcri Hieroſolymitani: nec auctoritatem dignitatemque ipſi defuiſſe tum hæc, tum Forſtnerianæ epiſtolæ modo memoratæ teſtantur.

intuta ſint ejusmodi argumenta experiendo didici.

Supereſt, ut mala publica privatis ſolatiis leniamus, noſtra quisque conditione contenti, alienam nec inquiramus anxie, nec muliebriter doleamus. Fati hoc telum eſt, quod eos haud immerito percutit, qui Deorum hominumque incurioſi & adverſus utrosque ſeveriſſimi, ſuam hactenus potentiam, ſuam ſolertiam, cum invidia omnium prope gentium jactitabant. FORSTNERI notæ in Tacitum prodierunt: ego indicem juſſu Autoris ſcripſeram, eo inſtituto, quo Argentoratenſes optimos ſcriptores recenſuerunt, ſed eum, cum excuderetur liber, omitti placuit. Adjeceram ſubitaneum Carmen, in quo alia omnia mea, præter nomen ſunt. Habes prolixam ſatis Epiſtolam, è qua, ſi nihil aliud in Te, pœna ſaltem ſilentii tam diutini pertinet, quam Tibi faſtidio & loquacitate mearum literarum irrogandam duxi. Ubi ad otia mea & ſtudia rediero, plura & meliora ſcribam. Nunc contentus eris hoc Catone. Hinc in Belgium animus eſt, ut Salmaſium, (quem tamen ipſum cum Freinshemio & Naudæo Sueciam repetere fama eſt) Heinſium

(cujus

(cujus filius (*o*) Reginæ in conquirendis monumentis in Italia operam navat) Boxhornium & ſi qui alii occurrent, coram venerer. Inde Ratisbonam & ad Comitia ſpecto, quo me mei vocant. Et certe non indignam ſtudioſo homine palæſtram cenſeo, ubi tot animorum motus, tot fluctuum, qui per hos triginta quatuor annos Germaniam quaſſarunt, & tantum non merſerunt concurſus, denique quoddam velut Orbis Compendium & Senatus Regum (quod ille Græculus de Curuli Majeſtate dicebat) ſpectantur.

Ego ubicunque fuero, non intermittam morem meum Te colendi, Te amplexandi, DOCTISSIME VIRORUM & AMICORUM, cujus non minus eruditionem admiror, quam amicitiam revereor. Vale Vir Excellentiſſime, & favoris Tui perſeverantia dignare

Summæ Doctrinæ ac Virtuti T.

ſerio devotum

J. A. Portnerum.

Lutet. Paris.
A. O. R. MDCLII.
d. 8. Jun. Stil. noſtrat.

(*o*) Vide duas Nicolai Heinſii epiſtolas ad Iſaacum Voſſium valde memorabiles, in Novæ Librorum rariorum Collectionis faſciculo I. p. 166. ſqq. extantes.

4.

PHIL. JACOB. SPENERI

AD

SPIZELIUM.

Salutem a Domino!

Vir Plurimum Reverende, & Præclariſſime Domine, Amice, & in Chriſto Frater bonoratiſſime!

SUmma animi cum voluptate tuas legi, quibus jam omnino in amicorum numerum me ſuſcepiſti, niſi quod quæ mihi, & paucis illis pagellis meis admetiris immerito elogia, non ſine pudore legere licuit. Agamus id invicem, ſi placet, & cum amicitia cepta ſtudeamus, ne alter alterius ſit gravis modeſtiæ: quod petitum confido, ita candorem tui animi æſtimo, tibi non fore ingratum. Interim gratias maximas ago, quod obviis ulnis petentem in Tuis numerari,

rari, admiſiſti, primisque literis tot adjeceris munera, quot operum mihi ſubminiſtraſti notitiam; qui enim aliqua temporis penuria (neceſſitate ad ſtudia quædam à primario ſcopo aliena tractus, quæ parum otii relinquunt iis literis, quibus magis caperer,) laboro, de rarioribus ſcriptoribus non niſi rarò audio, ut muneris mihi inſtar ſit, vel de aliquorum doceri nominibus: quibus ſi aliqua tenuis argumenti accedat notitia, jam omnino voti me damnatum exiſtimo. Quem Fliſcum Comitem mihi appellas, planè non novi, niſi quod illuſtri loco illam familiam Genuæ, & in Gallia, quo ramus ejus translatus eſt, haberi meminerim. Quod verò de viri ſcripto judicium ferendum ſit, vel ex tua relatione haurio, qui Aſtrologicam vanitatem, quam ex animo ſemper odi, reprehendis. Stanislai Felìcis ad Pallavicinum notas, de quibus mentionem facis, haud dubito hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſuperioris ſeculi non exiguum lumen affuſuras, dummodò à Suavi depellant alterius calumnias. Nec adeo laboro aliquem videre, qui noſtris valdè propitius ſit: Sufficit veritatem ipſo diſſentientium inter ſe conflictu patefieri, ſed & tantò ma-

jor nobis ſcripti adverſus Romanos uſus eſſe poteſt, quantò minus ille noſtris partibus ſtudere profitetur. Mitto hic aliquam aliam cenſuram Gallorum de Pallavicino, ſi eam legere placet. Excerpta ea ex diario Doctorum (*a*), quod appellabant, menſe Januario ineuntis anni cœpto, ſed non ultra aliquot menſes continuato. Cum enim virorum, quos, ſi profeſſionem ipſius religionis Pontificiæ excipias, cordatos admodum eſſe colligere licet, inſtitutum fuerit, plerorumque librorum, qui prodirent, in aliquot lineas contrahere argumenta, atque κρίσιν addere, ne quidem ab illis abſtinuere manus, in quibus ſinè curiæ Romanæ offenſa vix quidquam dicere poterant. Undè ad Pontificis querelas à Rege juſſi ſunt, tantiſper ſuſpendere calamum, donec cauſæ ſuæ rationes regi approbaſſent. Utrum verò ad inſtitutum redituri ſint, vel quandò illud futurum, ipſe ex Gallia adhuc aveo diſcere. Paganini Gaudentii nomen per amicos mihi innotuit, & ante decennium pauca tantum mihi lecta, in quibus illud fuiſſe memini, de arcanis Imp. Rom. evulgatis, nec non alium

(*a*) *Journal des Sçavans.*

alium tractatum de moribus ſæculi Juſtinianei, qui Sporianis dein typis apud nos recuſus eſt. Verum cæteri etiam à Te conſignati tituli variam viri, & diffuſam produnt eruditionem, ut ejus lectio nec uſu, nec jucunditate carere poſſit. Quod ipſum in cauſa eſt, ut vir quidam ampliſſimus è Reipublicæ noſtræ Proceribus, qui Gaudentium in Italia vidit, & à me titulos hos didicit, me rogaverit, ut niſi grave hoc Tibi futurum ſit, à Te reſciſcerem, quo pretio quatuor illa opera ex vicina Italia comparari poſſent: noſtri enim bibliopolæ rarò illa adferunt, quæ exotica ſunt. Quod ex ſtudio Tuo promittis Muſeum Philologico-Hiſtoricum, omnium haud dubie applauſu ſingulari excipietur. Mihi illo promiſſo moviſti ſalivam, ut cum impatientia exſpectem: de tali enim, tamque nobili argumento, quæ tua eſt πολυμαθεία, nihil mihi vulgare polliceor. Suppeditet verò Deus ulterius vires laboribus pares, illisque abundantiſſimè benedicat: ut Tuis vigiliis plures ſubindè erudiantur, reddanturque meliores. Intelligis preſſo pede tua me ſecutum veſtigia, ut ad ſingula reſponderem epiſtolæ capita: Optarem verò jam ipſe quoque alia

adjungere, quæ ſtudiis Tuis grata eſſe conſiderem. Ingenuè autem fateor, nil ſuccurrere mihi, quod adjicere valerem. Ne verò omnino nihil adferat hæc pagella, catalogum appono operum Theophili Raynaudi, quæ inprimi, Lugdunenſes referunt. Si ex titulis ferendum judicium, non contemnenda crederem omnia illius: ſed non rarò ſpecioſo titulo haud quaquam reſpondent ſcribentis vires. Unicum illius hactenus librum in manibus habui, qui hic quoquè ex tomis uni inſertus eſt, Erotemata de bonis, & malis libris, ex quo tamen de ſtudiis illius non ſufficienter judicari poteſt. Deprehendo ex lemmatibus illis, calamum etiam adverſus Launojum Pariſienſem ſtrinxiſſe, qui alias, ſi quis inter Pontificios in Gallia alius, candidus eſt, multasque vulgo creditas fabellas, non ſine aliorum ſtomacho erudite confutavit. Viri de Brunone Carthuſianorum patriarcha ſcriptum hic quoque impreſſum eſt. Quæ de Magdalena falſò Provincialibus Galliæ attributa, & ab illis religioſa peregrinatione culta commentatus eſt, tantum per indiculum aliquandò legere licuit. Periculum etiam ipſi ob id ſcriptum ab Aquenſi Parlamento

crea-

creatum fuerat, niſi Patronorum ſuorum aliquot Epiſcoporum, qui literas hominis amant, favore tectus fuiſſet. De alia conjectura *(b)* non certò aſſeverare poſſum, utrum ille autor ſit; cum aliquis totum commentum XI. mill. virginum ex ſacrificuli unius errore ortum oſtendit, quod homo indoctus in martyrologio cum legiſſet

Uu 4 nomen

(*b*) Conjecturæ hujus auctorem Jacobum Sirmondum, non Launojúm, facit Hadrianus Valeſius, qui & paulo aliter rem hanc enarrat. Dabimus ipſa ejus verba, lectu jucundiſſima ex Valeſianis p. 48. ſqq. edit. Pariſ. A. 1694. *Il y a eu une ſainte Urſule Martyre ſuivant la commune opinion. On ignore neanmoins de quel tems elle a été. Mais je ſuis tres-humble ſerviteur des onze mille Vièrges: La fable eſt un peu trop manifeſte, pour pouvoir la ſouffrir. Voicy ſur quoi cette erreur eſt fondée ſuivant la conjecture du ſavant Pere Sirmond. Ceux qui ont forgé cette belle biſtoire, aïant trouvé dans quelques Martyrologes manuſcrits*, SS. URSULA ET UNDECIMILLA V. M. *c' eſt à dire: Sanctæ Urſula & Undecimilla Virgines Martyres, & s' étant imaginez qu' Undecimilla avec l' V. & l' M. qui ſuivoient, étoit un abregé pour Undecim Millia Virginum Martyrum, ont fait là deſſus ce Roman que nous avons aujourd' huy. Je ne comprens pas comment les Docteurs de Sorbonne, parmi les quels il y a tant d' habiles gens, ont bien voulu laiſſer pour Patrones tutelaires de leur Egliſe cette troupe de Saintes de contrebande, pendant qu' ils en avoient à choiſir tant d' autres de bon alloy.*

nomen XIMIL. VIRG. (*Ximiliæ* virginis, quæ aliis *Similiæ*) loco unius repente XI. millia nimis fœcundo partu enixus ſit. Cæterum cum aliud deſit argumentum, ut pagellam compleam, de Excell. noſtrorum Profeſſorum laboribus, non niſi aliquot adjiciam verba. Venerandus Dominus Doct. Dannhauerus, (qui Te iterum reſalutari ſtudiosè juſſit,) proximè cum Duræo miſiſſet nuncium, reliquis Syncretiſtis univerſis unicum meletema objecit, cui nomen: *Illex & obex pacis religioſæ.* Plur. Rev. Dominus Doctor Schmidius σύγκρισιν ſuam, quâ cum Scriptura Sacra Pontificem confert, continuat. Plur. Rev. Dominus Doct. Fauſtius, in Anti Rinthelianis ſuis à Curtio vindicandis occupatur. Demum Magnificus Academiæ noſtræ Rector Dominus Doctor Bæbelius, poſtquam antediluvianæ Eccleſiæ Theologiam publice propoſuiſſet, nunc ad Noachicam pedem promovit: In hiſtoria verò N. Teſtamenti ſeculum ſecundum eum adhuc tenet. Opus verò, ubi abſolutum prodibit, haud dubie doctis ſatis probabitur. Finio tandem in voto, ut valeas, Deusque Te diù ſervet nominis ſui gloriæ, Eccleſiæ commodo, proprio decori, amicorum ſtudiis,

diis, in quibus ſemper nomen profitebitur ſuum

Plur. Rev. Tuæ Claritatis

ſtudioſiſſimus & addictiſſimus

Argent. 29. *Sept.* 1665.

Phil. Jac. Spenerus, D.

P. S. Titulum Excellentiæ a nemine, multo minus amico, mihi debitum, omnibus modis deprecor, & onerari eo nolo: ipſe exemplo meo, ut titulis æque erga me parcus ſis, futurus autor.

8. Chryſoſtomi Homil. in Geneſin 2. Tomos in membrana.

9. Epiſtolas Paulinas cum ſcholiis Græcis. Multas ex Oecumenio deſumptas aſſerebat Wetſtenius, & ex aliis Patribus, ut vera catena Patrum nominari queant. Zanchius Comment. ad Coloſſ. citat ſcholiaſten quendam Græcum, cum his ſcholiis exacte convenientem.

10. Quatuor Evangeliſtas. Vetuſtiſſimum ejus Bibliothecæ MStum.

11. Rationale Durandi ex primis libris, typis æneis exſcriptis, impreſſum Moguntiæ A. 1459. d. 6. Octobr. finitum a Joh. Fauſt.

Hæc & alia plura cum quatuor integris ſcriniis repletis ejusmodi MStis, poſt Concil. Baſileenſe Academiæ legatis, nobis oſtendit.

Ita tunc in libello meo apodemico notavi, quæ jam communicare Adm. R. T. Cl. candor jubet. Quæſo, pro candore Tuo interpreteris optime, & quid ſentias de iis, ſi lubet, exponas. Proxime perſcribam elenchum MStorum, licet paucorum, quæ Biblio-

Bibliotheca noſtra Halenſis fovet. Finiendum jam eſt. Vale, Adm. Rev. Dn. in Chriſto Frater, & nomine Dn. Par. & Synergorum honoratiſſ. ſalve, atque ſalvere jube Max. Rev. Eccleſiæ veſtræ γνησίως Auguſtanæ Antiſtites, & orare pro nobis. Jam enim veſpera venit! Iterum vale & fave

Adm. Rev. Cl. & Præc. T.

Halis Saxon. d. 24. April. 1668.

addictiſſ.

M. Jo. Gotfr. Oleario.

6.

JAC. GRONOVII
AD
SPIZELIUM.

VIRO CLARISSIMO THEODORO
SPIZELIO
JACOBUS GRONOVIUS S. P. D.

NUnc demum finire incipiunt primorum congreſſuum verba: & quum in diſpenſando officiorum ordine ſuam partem veteribus neceſſitudinibus juſte dederim, excuſari me poſſe non putavi, ſi poſt illas cuiquam alii me indulgerem, quam Tibi, Spizeli Præſtantiſſime. Sæpe quidem, ac libenter retracto itineris mei fortunam, & ordinem. Tuæ vero elegantiæ tanto ſuavius meminiſſe ſoleo, quanto faciliori humanitate, quæſitiore ſermonum dulcedine, ac promptiore ad meditamenta tua utiliſſimorumque laborum formam intuendam admiſſione moram meam Auguſtanam recreaviſti. Unde non modo tacite mihi de conglutinata tecum amicitia gratulor, ſed

& ſimul

& ſimul huc appuli, non deſtiti pleniſſimo ore gratias tuas, venuſtatesque Florentino meo Semoni Antonio Magliabequio deprædicare, quantum inter te, & civem tuum τὸν δεῖνα σκυθρωπὸν (*a*) intereſſet, eoque magis in poſterum me excitabo ad exhaurienda, quæ mihi injunxiſti, negotiola. Nunc autem ægre ferre non debes, quod nequeam ea ſimul omnia explicare, quippe qui totus in moleſtiſſima migratione verſor. Quum enim hoc in oppido res ita ſint comparatæ, ut vix ullum habeam, qui cum ambulatiunculam in Muſicis ſermonibus, quibus aſſuefactus ſum, vel unam conterere poſſim, parum mihi conducibile viſum eſt, ſolum & ab omnibus conſanguineis, quos Daventriæ habeo, ſeparatum heic deſidere, præſertim quum inter illos ſit avus maternus octogenario major, ut niſi diſſolutus, ac negligens in re mea haberi velim, poſt quinque annorum abſentiam, longinquamque peregrinationem propius me iſti admovere debeam. Itaque precor, ut illo vultu, quo me & excepiſti, & dimiſiſti, arripias laudationem Golianam, & notas in Pſinium Majorem,

(*a*) Georg. Hieron. Welſchium indigitari ſuſpicor, Virum omnigenæ quidem eruditionis laude celebratiſſimum, ſed in quo alii auſteritatem quandam notârunt.

jorem, & allocutionem, parentis mei ultimos labores, quibus adjeci excerpta de parte vitæ ipſius priore, cum effigie, quanquam ipſe vultu apparebat remiſſiore. Quibus, ſi quid additum volueris, omnino ſatisfiet tibi ex Bibliotheca Aproſiana, cujus exemplum juſſu Magliabequii apud Velſchium veſtrum reliqui, item alterum Noribergæ apud Clariſſimum Arnoldum noſtrum. Si tam liberales fuiſſent typographi noſtri, adjeciſſem lubens & Tacitum ipſius, & Polybium, ac Macrobium meos, ſed nullum exemplar poſſideo, omnibus inter abſentiam meam diſtributis. Gisbertus Voëtius vivit, valetque, & ipſe eum ſalutavi adhuc vegetum, prout in illa ætate optari poſſet. Si quid aliud his in locis volueris, fac ſciam; tua ſemper mea putabo. Cæterum ut recte omnia ad me veniant, ἐν ἐπιγραφῇ adde poſt nomen meum *gerecommandeert an Mr. Adriaen Gaasbeeck boeckverkoper achter het Stadhuys, tot. Amſterdam.* Vale Vir Doctiſſ. Leidæ. Nonis Martiis CIↃ IↃ CLXXIV.

7.

JO. FABRICII
AD
SPIZELIUM.

Ευχάρειν.

Pl. Reverende & Præclariſſime Vir, Dn. & Fautor æſtumatiſſime.

Diu eſt, quod nihil ad Te dedi literarum, nec abs Te quidquàm vidi. Tu ſine dubio exſpectabis novum aliquod *Giornale Venetum*, ſed nullum hactenus prodiit, quod ſciam. Intereane nihil mittam, mitto Tibi Indicem MSStorum Bibliothecæ D. Marci, olim a Cardinale Beſſarione poſſeſſorum (*a*) conceſſit illum mihi ſingularis Bibliorhe-

(*a*) Cardinalis Beſſarion vivus adhuc ſpiransque donavit ſuam Bibliothecam Reip. Venetæ, ea fini, ut in loco aliquo tuto ſimul ac commodo ad communem hominum tam Græcorum quam Latinorum utilitatem ſervaretur, quæ ipſa ejus verba ſunt in epiſtola ad Principem Senatumque Venetorum, quam cum Richardi de Buri Philobiblio Epiſtolarum philogicarum Centuriæ

carii benevolentia, ſed ea lege, ut nemini communicarem, ne ipſe apud Magiſtratum pœnam incurreret. Uteris igitur eo tanquam

turiæ Melch. Haiminsfeldius Goldaſtus ſubjunxit, & B. Jo. Andreas Schmidius in prima acceſſione Collectionis Maderianæ de Bibliothecis p. 67. ſqq. recudendam curavit. Videntur vero recentiores Veneti theſauros, quos poſſident, literarios ſtudioſe occultare. Celeberrimo certe Montfauconio juſte de eo conquerendi cauſæ non defuerunt. En ejus verba e Diario Italico Cap. III. p. 41. *In iſthac Bibliotheca* (S. Marci nimirum) *nonniſi manuſcripti codices habentur maxima pars Græci, & a Cardinali Beſſarione dono oblati. Spes erat ampliſſima meſſis: at octava Auguſti cum ad condictum tertio accederemus, renunciavit Abbas* (Gualtherius) *Procuratorem Cornarum, cui maxime incumbit Bibliothecæ cura, monitum ab neſcio quo, qui pridie in Bibliothecam ſe intromiſerat, vetuiſſe ne nobis luſtrandi, multoque minus exſcribendi facultas daretur, ratum e Reip. & Bibliothecæ dignitate fore, ſi codices tanto numero occulti in pluteis quieſcant in pace & nullo uſui ſint: quaſi vero Cardinalis Beſſarion, qui codices iſtos tanta cura conquiſivit & ex variis orbis partibus advexit, eo conſilio id egerit, ut in belliſſimo conclavi tumularentur & quiete agerent, donec aut ſitu, aut blattis, aut incendio, quod non raro evenit, interirent. Ajebant porro non ſine ſuſpicione litteratos admitti ad evolvendos codices, ex quo Græcus quidam Bibliothecæ cuſtos, accuſatus quod manuſcriptis codicibus ad quæſtum uteretur, multosque venumdaret, de capite timens, veneno mortem ſibi conſcivit.* Operam ei augendæ a longo jam tempore haud dari refert Miſſonius in Itinar. pag. 284 edit. German. An. 1713. conf. Clar. Nemeitz *Nachleſe beſonderer Nachrichten von Italien.* Part. I. p. 94. ſq.

quam re prohibita, & cavebis ejus meive in ſcripto publico facere mentionem. Rogo autem Te, ut meum exemplum mihi remittas, cum aliud non habeam. Bibliothécarius iſte, quem dixi, nomen habet Aloyſii Gradenici, Corcyræ Abbas, & doctiſſimæ Venetarum, Helenæ Corneliæ Piſcopiæ (*b*) Præceptor eſt in Græcis. Virgo illa ἑπταγλώττης eſſe perhibetur, callens nimirum Hebraicam, Græcam eruditam & vulgarem, Latinam & Italicam, Gallicam & Hiſpanicam. Sane in omnibus hisce nonnunquam ſpecimen aliquod edit, peritiaque canendi etiam excellit, uti ipſe nuper magno cum ſtupore audivi, in præſentia Principis Germani, qui Philippi Sulzbacenſis, Marte Suecico clari, frater eſt. Unde proximo die ſequens ei carmen feci.

(*b*) Virgo hæc eruditiſſima in elogio imagini ejus, quæ Mediolani in Bibliotheca Ambroſiana adſervatur, adjecto vocatur, ſeptilingue oraculum, philoſophiæ laurea publico Academiæ Patavinæ plauſu donata, nobilitate, ſanctimonia, eruditione ad pompam muliebris ſexus ornatiſſima. vid. Ampliſſ. Nemeitz Inſcriptionum ſingularium, in itinere ſuo collectarum faſciculum. p. 281. Ibidem pag. 309. alia inſcriptio, illius laudibus dicata & p. 311, ejus epitaphium exhibetur.

EXEMPLVM VENETVM SINE EXEMPLO,

Hoc eſt,

Maſcula & ſtupenda Eruditio

Nobiliſſimæ Virginis

DN. HELENÆ,

Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Viri

DN. JOH. BAPT. CORNELII PISCOPIÆ

Nobilis & Senatoris Veneti, Procuratoris S. Marci &c.

FILIÆ,

Carmine Elegiaco expreſſa, aut delineata potius atque in ſummæ obſervantiæ debitæque pro permiſſo nuper acceſſu gratitudinis ſignum humillime oblata

à

Φιλομύσῳ quodam Germano.

Venetiis

A. C. cIↃ IↃc Lxxiv.

DEſine nugarum, qui doctas Palladis artes
Imberbi generi Barbarus ipſe negas.

En

En Tibi, ſi placet, exemplum, quo majus in Urbe
Nec tu perquiras, nec reperire licet.
Quid titubas? HELENAM dico, quæ ſanguine Reges
Tangit, quam decorat Purpura ſacra PATRIS.
Hæc ita profecit ductu ſtudioque Magiſtri,
Qui GRADENICI nobile nomen habet,
Ut quicquid *Veteres* ſcripſerunt atque *Recentes*
Græci, vel proprio volvere Marte queat.
Hæc novit prorſus, quæ *Gallus*, *Iberus*, *Apella*
Quæ *Nova*, quæque *Vetus* Roma locuta fuit.
Hæc Orpheus mulier ſuavi dulcedine vocis
Manſuetos reddat teque ferasque ſuæ.
I nunc, o effrons, & perge negare, quod artes
A docili poſſint Virgine rite capi.
Tu vero ſeptem Virgo celeberrima linguis,
Aonidum ſplendor, vive valeque diu!
Vive valeque diu, ſeptemplicis oſtia Nili
Dum Mare fert Medium, dumque ſuperna fluunt.

Ita ego tum luſi. Ignoſce mihi, Vir Optime, nugas iſtas nunc repetenti, meoque nomine Cl. Dn. Reiſerum jube ſalvere plurimum, & vale. Scrib. Venetiis D. 18. Oct. 1674.

JOH. FABRICIUS (*c*).

8. J.

(*c*) Theologus deinde Altorfinus ab Anno 1678. poſthac vero ab A. 1697. Helmſtadienſis, ac Duci Brunſu. & Lüneb. a Conſil. Conſiſtor. Abbas Regiæ Luteræ, & Scholarum Ducatus Brunſuic. Inſpector Generalis, Regiæque Scient. Acad. Berolin. ſocius, haud ita pridem, cum octogenario aliquot annis major eſſet, mortalium cœtui exemptus, cujus Iconem & vitam dedit ſumme Venerabilis, meritisque in Eccleſiam Dei ac orbem litteratum maxime conſpicuus D. Zeltnerus in Vitis Theologorum Altorfinorum p. 410. ſqq.

8.

J. FABRICII AD SPIZELIUM.

THEOPHILO SPIZELIO V. Cl. S. P. D. Joh. Fabricius.

Ita ergo ego, ut video, noctuas portavi Athenas, quando Indicem MSStorum Beſſarionis Cardinalis tibi, Vir Excellentiſſime, jam viſum & uſurpatum (*a*) ſubminiſtrare volui. Enimvero coecus cœcum ſecutus eſt. Bibliothecarius enim noſter eum ut Palladium coelo delapſum aut rem e Sacris Eleuſiniis depromptam mihi in ſinum

Xx 4 num

(*a*) Indicem enim MSStorum Beſſarionis, quæ in Bibliotheca S. Marci latent, jam pridem in publicum Antonius Poſſevinus & Gregorius Sozomenus, & longe perfectiorem Jacobus Philippus Thomaſinus dederant, hic quidem in libro de Bibliothecis Venetis Manuſcriptis publicis & privatis Utini A. MDCL. vulgato, unde indicem MSStorum Theologicorum Beſſarionis repetitum An. jam MDCLXVIII. exhibuit B. Spizelius in ſacris Bibliothecarum illuſtrium Arcanis retectis p. 330. ſqq.

num tradidit, & ego credebam me repe-riſſe, non quod pueri in faba: unde nec temporis pretium, quo nullum eſt majus in mundo, tanti mihi fuit, quin illud pro eo deſcribendo lubens perſolverim. Tuæ autem humanitati, Fautorum Optime, qua & ignorantem informaſti, & vel ſtudium tibi inſerviendi meum gratum eſſe teſtaris, magnas ago gratias, majorem deinceps operam daturus, ne in officiis tibi debitis aërem verberem, actumve agam. Cum Ferrario locutus ſum ipſe tui gratia: percommodum enim eo tempore, quo lectionum Academicarum principio intereram, tuæ mihi redditæ ſunt literæ. Gratulatur ſibi, & merito quidem, Vir Clariſſimus, laudandum ſe eſſe a te, Viro laudatiſſimo; hinc & petitioni tuæ ſatis ſe facturum eſſe, & neceſſaria vitæ anteactæ documenta transmiſſurum pollicitus eſt (*b*). Imago quidem ejus

(*b*) Moliebatur videlicet diligentiſſimus Spizelius Theatrum Literatorum univerſale (vid. Meelführeri Acceſſiones ad Almelovehii Bibliothecam promiſſam & latentem p. 112.), illudque & effigee & elogio Ferrarii condecoratum reddere geſtiebat. Quam vero promtum ac facilem eum primo in utroque pollicendo, tam difficilem deinde in promiſſis exſolvendis expertus

ejus aliqua extat, ſed ante annos complures æri inciſa, ac talis, quæ ne ipſi quidem

pertus eſt Fabricius. Colligo id ex aliis ejus literis MSS. Ita enim is A. 1675. d. 19. Jul. Venetiis ad Spizelium: „Tu mihi magnus es Apollo, qui cauſam negatæ imaginis viri prorſus Ferrei nimio au-„ ri amori adſcribis. Rem acu tetigiſti, ita me Mu-„ ſæ ament; & quidvis deſpondeo, nos effigiem„ viri jam diu habituros fuiſſe, dummodo pictori„ pretium ſolviſſemus. Nam Mercurius ei ut os aper-„ tum eloquentiſſimumque, ita crumenam dedit„ clauſam. Præterea Italus eſt, aut magis Hiſpanus„ ſenex, qui omnes plus æquo ad rem ſunt attenti.„ Anno autem 1677. d. 8. Febr. ad eundem hæc perſcripſit: „Ad Celeberrimum Ferrarium ante aliquot hebdomadas Tui cauſa prolixas dedi literas, eum-„ que monui promiſſæ & imaginis & deſcriptionis„ vitæ: ſed vereor, ne ſurdo fabulam narremus.„ Reſpondit enim ſtudioſo illi, civi meo, qui literas„ tradidit, viſurum ſe, num petitioni noſtræ ex par-„ te ſatisfacere queat; daturum enim ſe, ſi haberet,„ effigiem ſuam haud libentem. At hæc reſponſio„ cum pollicitatione mihi ipſi ore facta minime con-„ venit, atque inconſtantiæ in Viro tanto argumen-„ tum præbet: niſi quidem inconſtantiam hanc alia mox„ correcturus eſt. Ejuſdem epiſtola alia anno eodem„ d. 2. Kal. Julii ad Spizelium noſtrum exarata me„ edocuit, illum tandem e Ferrarii miniſtro comperiſſe, picturam ejus recentem in ædibus Jo. Mariæ Bertolii, cauſarum apud Venetos Patroni, reperiri, unde eam poſtea Fabricius depingendam curavit, eruditique orbis oculis expoſuit in limine Operum variorum Ferrarii, A. 1711. Wolfenbüttelii in 8. recuſorum, quorum in Tomo II. p. 324. ſqq. binæ epiſto-

manos (*f*), hos enim ex iis aliquem percipere poſſe fructum, reliquos autem, nempe Italos, ſæpe ne quidem intelligere ea, quæ proponantur. Idque tam verum eſt, quam quod veriſſimum. De nova apud Jenenſes exorta hæreſi (*g*) quæ ſcribis, attonitum me reddunt, deſideriumque cognoſcendi tam nefarium auctorem in me excitant, idque forte gratiſſima manu tua reſtinguetur. Cl. Wincklero orientem novum propitiumque ſolem toto corde apprecor, eumque cum Celeberrimo Reiſero noſtro ſalvere jubeo plurimum. Vale. Venetiis D. 9. Nov. cIↄ Iↄ LXXIV.

P. S. Martyrologium illud vetuſtius Lucæ editum nunc quidem non habetur, Herzius autem bibliopola promiſit, operam ſe, ut tibi illud aliunde impetrare poſſit, daturum. Qua in re monitorem me experietur diligentiſſimum. Vale iterum iterumque.

9. CHRI-

(*f*) Multa & ornate & honorifice de Germanis prædicavit Ferrarius in peculiari proluſione, Germaniæ noſtræ laudibus dicata Tom. I. Operum Var. p. 238. ſqq.

(*g*) Sectam Conſcientiariorum, cujus primipilus fuit Matthias Knutſen Holſatus, innui quilibet facile videt. conf. Theologi dum viveret ſummi, Præceptorisque noſtri poſt fata etiam pie venerandi D. Jo. Franc. Buddei Theſes de Atheiſmo & Superſtitione p. 198. ſqq. ac auctores ab eo laudatos.

9.

CHRISTIANI SCRIVERII AD SPIZELIUM. (*)

A & Ω.

Plur. Reverende, Ampliſſime, atque Excellentiſſime Vir, Domine Fautor, Amice, ac Frater in Chriſto Jeſu dilectiſſime!

Binas à Rever. Tua Dign. ad me humaniſſimè ſcriptas, quarum altera noſtro, altera Romano idiomate concepta erat, una cum faſciculo libellorum tuorum biparti to, partim mihi, partim Schulzio meo, pientiſ-

(*) Uti vino vendibili non opus eſt ſuſpenſa hedera, ita nec pereximiæ huic pientiſſimi Theologi epiſtolæ mea commendatione. Perſuaſiſſimum mihi eſt, in ea legenda, ac, prouti meretur, relegenda neminem, in cujus pectore Chriſti ac ſinceræ pietatis amor vivit, non tenerrimo ſuaviſſimæ voluptatis ſenſu affectum iri, animumque beatiſſimi Viri totum a Numine in ſummis etiam adverſitatibus pendentem exoſculaturum eſſe. Alias ejus epiſtolas in poſterum dabimus, eandem pietatem undique ſpirantes.

entiſſimo in Patria Lutheri Medico deſtinato, Civisquispiam noſter, Lipſiâ a nundinis brumalibus rediens, ſicut ab Optimo, & mei obſervantiſſimo Fratre Tuo acceperat, recte reddidit. Fateor non meruiſſe tantum erga me affectum, quem utraque ubertim præ ſe ferebat, ut reſponſo tam diu dilato eum anxium haberem; Neque certe habuiſſem, niſi ea interveniſſent, quæ Mentem, & Calamum, officii ſui non immemores, inhibuerunt, & me quamvis invitum, ad alia diverterunt. Placuit enim Deo O. M. ſummo rerum noſtrarum Arbitro & Directori, Trigam chariſſimorum liberorum meorum, intra anni quadrantem, immaturo funere, ex hac miſeriarum valle evocare, & interveniente placida morte, in regnum illud coeleſte, ad quod omnes, qui Chriſto Jeſu ſincera fide addicti ſumus, aſpiramus, transferre. Erat mihi filiolus ſexennis fere, ex poſtremo hoc, quo per Dei gratiam fruor, conjugio, ſcitulus, ac vividus, in quo egregia indoles, ingenium excellens, & quod palmarium eſt, Spiritus Sancti in tenero pectore habitantis gratia, indies clarius emicabant. Eum intra triduum Catharrus ſuffocativus, quem vocant *ἰατρῶν παῖδες* ſenſim ſubrepens, & invaleſ-

valeſcens, ab amplexibus noſtris ſubmovit, die 18. Novembris anni elapſi: Habebam quoque Filiam, 23. annorum, M. Johanni Henrico Hæveckero, Scholæ Calbenſis ad Salam Rectori, & Miniſterii Adjuncto (cui in frontiſpicio libelli piarum Meditationum, quem edidit, ac imitationem Theophili mei, Chriſtophili nomen aſſumere placuit) feliciter elocaveram. Eam una dies, morbo afflictam, altera, quæ erat ſexta Januarii anni hujus ineuntis, extinctam nunciabat, Marito pientiſſimo, & quatuor liberis, quorum natu major annum ætatis quintum nondum exceſſit, inter gemitus, & lacrymas relictis. Habebam denique filiolum alterum ſuperiori æſtate feliciter natum, quo nullus formoſior, nullus amabilior, nullus majoris ſpei inter natos nobis viſus eſt. Eum quoque, jubente Deo, cum vulnera priorum nondum coiiſſent, Catharrus, qui fratrem ſuffocaverat, invaſit, & poſt quatriduum, nobis, preces ardentiſſimas apud Deum, & medicamenta exquiſitiſſima, Medicorum opera, apud ægrum fruſtra interponentibus, in ſocietatem fraterculi, & Sororis pertraxit: Supereſt ex eodem, de quo dixi conjugio, filiola unica. Eam quoque, cum corpuſculum fratris nondum

terræ

terræ mandatum eſſet, idem morbus corripuit, atque ita afflixit, ut uno eodemque funere efferenda videretur. Eam tamen precibus, & lacrymis noſtris Pater cœleſtis conceſſit, ſed quantum ego quidem ex variis indiciis, præprimis ex præcoci ingenio, crebris de cœlo, de fraterculorum felicitatē, qui illud ingreſſi ſint, deque ſuo deſiderio eos ſequendi, ſermonibus, & teneri corpuſculi imbecillitate conjectare poſſum, ad tempus: Indè uxorem, tot ſuorum funeribus jam dejectam, & tantum non exanimatam, ægritudo eadem infeſtavit, ſed exorato Numine, mox reliquit: Tandem illa ipſa faucibus, & pectori meo incubuit, & ſpem fecit, dimiſſum me iri à Deo meo in pace, & præmiſſis proxime ad cœleſtia regna tribus liberis, ſecurius, ac lætius moriturum, qua fini, & mente diſpoſitionem paternam inter liberos ſuperſtites, ultimæ voluntatis indicem, clam conſcripſi, & commodo loco ſepoſui: Sed cum ad tantam adverſitatum congeriem non familia tantum, & Eccleſia, mihi à Deo commiſſa, ſed & tota fere urbs obſtupeſcens, ingemuiſſet, & in preces, ac lacrymas effuſa eſſet, optimus, & clementiſſimus Pater morbi vim infregit, & eo

usque

usque ſanitatem, & vires reddidit, ut ad labores Eccleſiaſticos redire potuerim. Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc, & usque in ſeculum, qui morte afficit, & vitæ reſtituit, quid educit in ſepulchrũ, & inde educit: Ei me meaque omnia planiſſime tradidi, in eo ſperavi, & dixi, dicoque, *Deus meus es Tu, Sortes meæ in manibus tuis! Etſi occideris me, tamen in te ſperabo!* Non equidem diffiteor, tot afflictionum concurſationem moviſſe me, ſed quod ipſius gratiæ unice acceptum fero, & ad gloriam ejus ſolum profiteor, non dimovit a propoſito ſanctæ, & humillimæ complacentiæ in voluntate Dei: Sollicitavit illa quietem animæ meæ, non tamen, Jeſu opem ferente, expugnavit. Sequor Solem meum, inſtar Heliotropii, etiam nubilo, & fulminante cœlo, & paratus ſum, per Spiritus Sancti gratiam, ad exemplum dulciſſimi & dilectiſſimi Salvatoris, reclinato in ſinum, & Cor Patris cœleſtis capite, in cruce mea, tranquille, & placidè mori! Dulcis mihi fuit, & erit, ipſo dante, ſancta ejus, & optima voluntas, etſi felle, & aceto mixta fuerit! O quam ſuave mihi fuit, & efficax in hiſce tribulationibus, & mortibus verbum vitæ! O quam dulcia alloquia Spiri-

tûs, in ſacris literis explicata, & cordi flaccido, & contrito applicata! O quam gratum illud dictum Jeſu mei, quo Apoſtolum ſuum olim ſolatus eſt: *Sufficit tibi gratia mea, nam virtus mea in infirmitate perficitur!* O Amiciſſime Spizeli! quantum eſt Chriſtianum eſſe, & ἐξουσίᾳ ἠθουσίας apud Deum gaudere! quantum bonum adhærere Deo, & Spem in ipſo ponere! O quam omnibus Mundi delitiis, & bonis præferendum, in unione, communione Jeſu crucifixi vivere, pati, mori! O quantum myſterium bonitatis divinæ ſub cruce latet, & quam verè Lutherus noſter ſcripſit: *Nos cibo potuque citius carere poſſe, quam Cruce:* Collegeram Parte IV. Theſauri mei inter alia conſolationis argumenta, quæ ad ſolamen Parentum mortem chariſſimorum pignorum lugentium facerent, cum cura quidem, ſed tamen non ſine fribuſculo Spiritus, ut ſolent Medici, & pharmacopolæ ipſi ſani, ægris medicamenta præſcribere, & parare. At poſtquam me liberorum chariſſimorum funera, quæ ſcripſeram, ut relegerem adegerunt, mirum dictu, quæ antea nive frigidiora viſa erant, quovis igne calidiora comperi, Deoque meo pro

con-

conſolatione Verbi, & Spiritûs ſui gratias laudesque lubens perſolvi: Sed quo delabor? Cœperam cauſam dicere, Dilectiſſime Spizeli, dilati ad gratiſſimas tuas literas reſponſi, &, quantum video, ea in re prolixior fui, quam oportuit, quia amori tuo, quo immerentem me perſequi cepiſti, paucula ſufficere potuiſſent. Non tamen temperare mihi quivi, quin & afflictionem meam, ac querelam, & conſolationem, qua me Jeſus meus, dignatus eſt, in candidiſſimum tuum ſinum effunderem, hoc unum à te enixe petens, ut ſanctiſſimis tuis precibus mihi à Deo noſtro porro impetrare velis, ut, dum vivam, ad cognoſcendam, faciendam, ferendam voluntatem ſuam, gratiam, & voluntatem mihi concedat, ut anima mea ſemper in hoc receptu & ſeceſſu ſuo ſuaviter conquieſcat, & toto corde, plenaque reſignatione dicat: *Ita Pater, ſic fuit beneplacitum apud Te! Annon bibam poculum quod dedit mihi Pater? Mi Pater in cœlis, fiat ſemper in me, per me, circa me voluntas tua, fiat! fiat!* In hoc ſuavi ſuſpirio finire Epiſtolam non inconveniens foret, niſi in mentem veniret Winckleri veſtri Nobilis, & optimi, qui nuper, inſigne in

me beneficium, colluctantem cum afflictionibus domeſticis, Deo ſic providente, contulit, in me, inquam, hominem ignotum, & nunquam viſum, dum inſolito exemplo, per exceſſum charitatis, quinquaginta thaleros mihi dono miſit. Fateor, me in ſummam admirationem paternæ providentiæ Jeſu mei raptum, & conſolatione non mediocri in adverſitatibus meis refocillatum eſſe, allatis literis tanto ære, & quod majus eſt, & ſuavius, tanta pietate tamque heroica, & exceſſiva charitate erga Deum,& proximũ prægnantibus: Optaverat mihi Schulzius, quem ſupra memoravi, Vir ſinceræ pietatis, & fidei, cui non donum, ſed pretium pro Medicamentis, quibus valetudini meæ ſuppetias iverat, ex debito miſeram, largiſſimam à Deo retributionem, quia piæ animæ nimium miſiſſe viſus eram; Allatæ erant ea ipſa ſeptimana duorum filiorum, quorum alter Lubecæ, ſtudiorum cauſa, alter Chilonii Holſatiæ meæ, mercaturæ addiſcendæ cauſa agit, literæ, & rationes, quæ ultra 50. Imperiales, ſolvendis debitis, quæ, comparatis neceſſariis, contraxerant, exigebant: Filioli primi funeri, & exequiis ſumtus non exigui impendendi fuerant. Inſtabat funus alterius,

Morbi,

Morbi, & Mala domeſtica novos poſtulabant, quibus reditus mei, qui apud templum, & cœtum urbis noſtræ pauperrimum non adeo magni ſunt, impares omnino erant; Et ecce Deus, qui omnes ſuorum gemitus lacrymas, preces, curas, defectus, in numerato, & in libris ſuis habet, ſubito adeſt! Et primo quidem T. R. D. fratris, Civis Lipſienſis, Amici mei honoratiſſimi, & pientiſſimi, mox Nobiliſſimi Domini Doctoris Sulzeri veſtratis, ac nobiliſſimæ viduæ Conſularis (cujus nomen etiamnum me latet, ſcire tamen pervelim) tandem Ampliſſimi, quem dixi, Winckleri Spiritum excitavit, quibus denique Nobilem in vicinia, nunquam viſum, addidit, ut illi quaſi ex compacto, & rerum mearum gnari, communicarent afflictioni meæ, & in juvando me ſancte conſpirarent. Ecce quam bonum eſt, confidere in Deo noſtro! Ecce quam vere dixit Propheta Regius: *Inquirentes Dominum non minuentur omni bono.* O quam felices ſumus, & opulenti, etſi præter Deum, & verbum ejus, habeamus nihil! Et quam egregie Apoſtolus de Chriſtianis dixit, quod nihil habentes omnia tamen habeant! ô quam bonum Dominum Deum, & clementiſſimum Patrem habe-

mus (qui tot promiſſionibus, tot argumentis, imo tot complemẽtis & experimentis incredulitatem noſtram, vel infirmitatem quotidie ſollicitat, & oppugnat, utinam & convincat, & expugnet! *Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus ejus in ore meo. Exquiſivi Dominum & exaudivit me, iſte pauper clamavit, & exaudivit eum: Guſtate, & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus, Beatus vir, qui ſperat in eo.* Piis illis, beneficisque hominibus, & Tibi quoque, Amicorum optime, quo parario & monitore illi excitati me tam liberaliter habuerunt, quid reponere poſſum, niſi ſuſpirium devotiſſimum, & calidum. Retribuat vobis Dominus, & recordetur veſtri in bonum! ut pauca addam de continuatione theſauri noſtri, quam & Tu, ô Pia Anima, & plures tui ſimiles, flagrantiſſime, quod veſtro amori, non meo labori tribuo, deſiderant; nihil ſane magis eſt in votis meis, quam eam, quam fieri poteſt, celerrime abſolvere. At non te latet, frater in Jeſu conjunctiſſime, non noſtro arbitrio res noſtras geri, & expediri, & in noſtra poteſtate ſitum non eſſe, ut quæ incepimus, eo tempore, quo deſtinavimus, & optamus, perficiamus, ſed omnia à

ſuprema

ſuprema illa, & cœleſti directione pendere: Secundum enim verbum Domini Iſraelitæ Spirituales, in deſerto hujus mundi oberrantes, vel proficiſcimur, & pergimus, in via, qua duce Deo ire cœpimus, vel ſubſiſtimus, & conquieſcimus. Cum igitur Deus noſter, per aliquot ſeptimanas, tot morbis, funeribus, curis labores meos, in quibus totus eram, interpellaverit, & mentem Sacræ huic operæ lubentiſſime immorantem diverterit, quis ei dicat: *Quare ſic facis?* Habent iſta quoque, ut cetera omnia, ſuum tempus, & procedunt non ſecundum vota, & deſideria noſtra, ſed ſecundum conſilium, & beneplacitum Domini. Miratus ſæpiuſcule fui, cum priori Tomo hujus Sacri operis inſudarem, Dei mei directione, qui ſatagenti, & properanti calamo moram crebrius injiciebat, & non niſi poſt multas cum variis difficultatibus, impedimentis, morbis, tentationibus, ſymptomatibus aliis, colluctationes rem conficere permiſit. Cauſa divini hujus conſilii nobis, qui primitias Spiritus accepimus, occulta eſſe non poteſt. Scilicet docere nos vult Sapientiſſimus, & Optimus Pater, nos Nihil, Ipſum omne eſſe. Jam igitur, cum ſimili modo mecum agi, & hunc quoque labo-

rem ſuprema manu aliquoties inhibitum videam, in voluntate Dei mei, facilius acquieſco, promtus, paratusque ad nutum ejus vel pergere in hoc curſu, vel ſubſiſtere, vel plane deſiſtere, & lampadem alii tradere. Sed tandem deſino Plurimum Reverendæ Dignitati Tuæ moleſtus eſſe, Teque, domumque tuam, & Eccleſiam pientiſſimam, præprimis benefactores illos meos, ſalvere jubeo, omnesque & ſingulos, divinæ protectioni, & benedictioni humiliter, ac devote commendo. Hoc unum iterum orans, ut mihi & laboribus, & afflictionibus meis precibus veſtris nunquam deeſſe velitis. Valete in Jeſu noſtro, inque eo me amare pergite. Magdeburg. d. 10. Mart. 1679.

Plur. Rever. Dignit. Tuæ ad omnia ſinceræ charitatis officia, & obſequia addictiſſimus

Chriſtian. Scriverius.

P. S.

P. S.

Als ich geſtern dieſes Schreiben abgefaſſet hatte, komt mir des Edlen H. Wincklers Brief, darinn er ſich beklaget, daß ich in dem Danckſagungs-Schreiben wegen ſeiner exceſſiven Wohlthat der Sachen zuviel gethan habe: O edles Chriſtliches Herz, das gutes thut, und will doch von keinem Danck wiſſen, nachdem was im Seelen-Schaz p. 1507. §. 17. fürgeſtellet worden. GOtt ſeegne es je mehr und mehr, ſonderlich mit Geiſtlichen Gütern in Chriſto, und helffe ihm wieder auf die Zeit, da ihm Hülffe noth ſeyn wird, wie es meiner Noth abgeholffen hat, und mich in Trübſal erfreuet! Ich habe ihm geantwortet, und verhoffentlich es zu frieden geſtellt. Mein hochgeliebter Freund wolle das übrige erſtatten. Dann wie ihn die Chriſtliche Liebe gedrungen hat, mir gutes zu thun, ſo mich, ihm herzlich zu dancken: Wäre etwas zu viel geſchehen, wäre es meiner verwundernden Liebe leicht zuverzeihen.

Vale in Jeſu noſtro. d. 11. Mart. 1679.

beate Marie ſemper Virginis, Nativitatis beati Johannis Baptiſte Apoſtolorumque Petri et Pauli predictorum ac ipſius Eccleſie Patronorum et Dedicacionis Feſtivitatibus et Celebritatibus devote viſitaverint: . annuatim et ad reparacionem ac conſervacionem edificii calicum librorum et aliorum ornamentorum pro divino cultu inibi neceſſariorum quocienscumque manus porrexerint adiutrices pro qualibet die feſtivitate et celebritate hujuscemodi centum dies de injunctis eis penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. Preterea ut Chriſti fideles noſtri ſubditi indulgenciis et remiſſionibus Chriſtianam Eccleſiam viſitantibus & illius benefactoribus per quoscumque catholicos chriſtianos rite datis & conceſſis & in futurum rite dandis & concedendis per pietatis opera ſe participes facere & illas mereri chriſtianeque indulgencie & remiſſiones eisdem in augmentum meriti prodeſſe valeant noſtram preſentibus adhibemus voluntatem, Pariter & conſenſum preſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis, in quorum omnium & ſingulorum fidem robur & teſtimonium premiſſorum preſentes litteras exinde fieri noſtri

Sigilli

Sigilli oblongi iuſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum Auguſte Anno a Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo Indicione quarta decima die tertia Menſis Julii Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Nicolai divina providencia Pape quinti, Anno quinto.

INDEX.

A.

de ACademia Coburgi inſtituenda conſilia. 523
Æſticampianus (Joh.) Poëta. 20
των Αισθητων a τοις νοητοις differentia ſecundum Platonem. 407
Anglicana lingua qua ratione optime addiſci queat, conſilium Meibomii. 277
Animæ natura ex ſententia Platonis. 404. ſq.
Anima humana non eſt pars animæ mundi. 457
in Anima Mundi explicanda obſcurus admodum eſt Plato. 500. ſq.
Articuli contra Cardinalem Moronum de Lutheraniſmo accuſatum. 565. ſqq. Eos primus edidit Vergerius. 565. Leguntur in Wolfii Lectionibus Memorabilibus. 581. Cur in Indicem librorum prohibitorum non relati fuerint? 582
Ἀρχαι principia rerum. 394

ab Atheiſmi crimine veteres Philoſophi an recte liberentur? 374. ſqq. Quænam cautelæ heic obſervandæ. 375. ſq. Noxæ ab inuſta antiquis Philoſophis atheiſmi macula orientes. 378. ſq.
Atheus quis non ſit? 381. ſqq. an athei ſint aſſertores æternitatis materiæ? 384. ſq.

B.

Beneficium Chriſti, libellus a Morono commendatus. 576
Benigni (Jo.) litteræ ad Matthiam Schenckium. 363. ſq.
Beſſarionis Cardinalis Bibliotheca Reipubl. Venetæ donata. 673. de ejus indice. 679
Bibliothecæ Academicæ Helmſtadienſis ſingularia. 273. Auguſtæ Guelpherbytanæ ſingularia. 278. Gröningenſis ſtatus. 295 Mazarinianæ fata. 643. S. Germani in Pratis. 646. Thuana. Ibid. & ſq. Seguieriana. 649. de D. Marci Bibliothecæ Venetæ MSStorum indice. 673. ſq. 679. Baſileenſis MSSta quædam memorata. 667
Bibliothecariæ artis peritiſſimus fuit Gabriel Naudæus. 641. ſq.
Bonitas Dei. 462
Bremenſium Gymnaſium Reformatum. 295

Bru-

Bruckeri (Jacobi) Analecta ad vitam Matthiæ Schenckii. 362
Brunsvicenſis Eccleſiæ ſtatus. 278. ſq. in illa uſus epanorthoticus adhibetur admodum moderate. 279

C.

Calendarium Etymologicum Jacobi de Voragine. 324. ſq.
Calixtus (Frid. Ulric.) magnis a Cardinalibus in Italia honoribus afficitur. 274
Campanus (Jo.) Anti-Trinitarius. 1. homonymi ab eo diſtinguendi. 4. ſqq. ab ejus refutatione Lutherus & Melanchthon conſulto abſtinuiſſe videntur. 11. ejus patria & nativitas. 14. ſq. ſtudia academica. ib. ex academia Colonienſi juxta H. C. Agrippam injuſte ejicitur. ibid. num jam circa A. 1523. SS. Trinitatem impugnaverit? 22. per biennium Witebergæ ſe continet. 23. num ibi docuerit? ibid. in colloquio Marpurgenſi 1529. cum Luthero de S. Cœna diſputaturus non admittitur. 24. an colloquio Flensburgenſi 1529. interfuerit? 25. in conventu Torgavienſi 1530. iterum fruſtra cum Luthero diſputare nititur. 26. Nymeciam haud procul a Witteberga ſitam

ad

ad Wicelium ſe recipit. 28. 44. ibi errores ſuos ex lectione Patrum corroborare allaborat. 29. 36. in Ducatu Juliacenſi 1531. verſatur. 54. judicium Melanchthonis de eo. ibid. Ejus Liber contra totum poſt Apoſtolos mundum. 54. ſq. liber admodum rarus. 55. Ejus Liber: *Heiliger und Göttlicher Schrifft* Reſtitution *und Beſſerung*. 56. recenſetur. 78. ſqq. epiſtola Seb. Franckii ad eum. 59. ſqq. quando in carcerem fuerit datus. 64. 66. fœde ruſticis de inſtante die extremo perſuadet. 65. peculiaris ejus de S. Cœna ſententia. 67. refutatur a Guil. Lindano peculiari ſcripto. 68. an unus idemque ſit cum Jo. Campenſi? 73. ſq. ſectatoribus non caruit. 71. ejus doctrina de SS. Trinitate. 80. ſqq. de Spiritu S. 82. de Chriſto. 83. ſqq. ejus convitia in Lutherum & Melanchthonem. 85. ſq. ejus ſententia anti-trinitaria diverſa eſt a ſententia Mich. Serveti. 89. ſq.

Campanus (Jo.) natione Lombardus, Philoſophus & aſtronomus celebris. 4

Campanus (Jo.) Voidnianus, poëta haud ignobilis. 4. ſq.

Campenſis (Jo.) quis fuerit, quidve ſcripſerit. 74. ſq.

Candelaria quare vocetur feſtum Purificationis Mariæ. 330
Carpzovii, (Jo. Bened.) biga epiſtolarum ad Theoph. Spizelium. 303. ſqq. Diſſ. de Vacca rufa. 307. ſq. judicium de Jo. Spencero. 311. in edendo Schickardi Jure Regio opera. 314. alii labores philologici. 317. judicium de variis Theologiæ Judaicæ ſcriptoribus. 318. de edendo Theologiæ Judaicæ ſyſtemate conſilium. 320
Cathedra Petri triplex, regia, ſacerdotalis, magiſtralis. 332
Chriſtianæ religionis præſtantia ex collatione cum Philoſophia Socratis demonſtratur, 93. ſqq. Illa enim hac præſtat, 1.) ratione methodi docendi. 105. 2.) ratione imperterritæ & haud fucatæ veritatis profeſſionis errorumque refutationis. 121. 3.) ratione doctrinæ & vitæ præceptorum. 139. maxime incentivorum ad pietatem. 148. 4.) ratione modi Deum placandi, quem Socrates ignoravit. 152. 5.) ratione virium, quas ſufficientes ad virtutem ſectandam promittit & exhibet. 162. 6.) ratione doctorum ſuorum eorumque præſtantiæ præ Socrate. 167. 7.) ratione

tione vis & efficaciæ ſuæ in animis hominum. 198

Chriſtus & apoſtoli ſimplici, plana & populari docendi methodo uſi ſunt. 115. ſqq. veritatem imperterriti profeſſi ſunt, & errores ſine προσωποληψίᾳ perſtrinxerunt. 132. ſqq. divinis donis, miraculis vitæque innocentia longe præſtiterunt Socrate. 175. ſqq.

Clericus (Jo.) notatus. 191. ſqq.

Coburgi Academia inſtituenda 523. ſq.

Cœcitatis Conſolatio Erycii Puteani. 515.

Colloquio Wormatienſi A. 1541. quinam doctores Pontificii interfuerint? 579

de Comenio (Jo. Amos.) judicium. 302

de Conringio (Herm.) judicium. 277

in Conſequentiarum imputatione quid obſervandum. 389

in Conſtantienſi concilio varii ſermones habiti recenſentur. 213. ſqq.

Corporis natura ex mente Platonicorum. 406. ſqq.

Cotſaki, Medici Bremenſis, maleſana de rebus Theologicis judicia. 292. ſq.

Curionis (Cœlii Secundi) Dialogorum de Amplitudine Beati Regni Dei hiſtoria. 592. eorum Apologia. 600. Curio

an anti-trinitarius fuerit? 619. Editiones horum Dialogorum variæ. 625. Origenem defendit. 626

D.

Δεικνύειν, quid notet? 485. ſqq.
Dei natura mentis noſtræ captum ſuperat. 391. ſq. Deus eſt ſubſtantia immaterialis Platoni. 393. ſq. & à materia realiter diſtinctus. 394. ſqq. 493. materiæ & Dei proprietates realiter â ſe invicem differunt. 398. ſqq. an ſecundum Platonem ex ignea conſtet ſubſtantia? 409. eum cum materia non confundit Plato. 417. ſqq. Liber eſt ſecundum Platonem. 418. ſq. quid eum moverit ad mundum condendum, ſecundum eundem. 419. in fabrefaciendo mundo fines intendit. 424. Materiæ & neceſſitati imperat. 439. ſqq. à mali culpa remotus. 448. Dei bonitas. 462. & Providentia ſecundum Platonem. 472

E.

ELectorum numerum Damnatorum numero majorem ſtatuit C. S. Curio. 593

Eleu-

Eleutherii, (Auguſtini) ſub nomine latet Sebaſtianus Franck. 57
Emanationem materiæ ex ſinu Dei an crediderit Plato? 493. ſqq.
Epanorthoticus uſus moderate adhibetur in Eccleſia Brunsvicenſi. 279
Etymologiarum abſurdarum fabri. 325
Etymologicum Calendarium ex Lombardica Hiſtoria Jacobi de Voragine. 324. ſqq.
Edzardi (Esdræ) Elogium 281. Studium & Methodus convertendi Judæos. Ibid.

F.

FAbri, (Joannis) ab Haylbrunn malevolum de Luthero judicium. 7
Fabricii (Joannis) Epiſtolæ duæ ad Spizelium. 673. 679
Fatum quid ſit? 472. ſq. an illi Plato omnia tribuat? 473. ſqq. recepta de fato Stoicorum ſententia firmis rationibus non eſt ſuperſtructa. 458
Ferrarii Encomium & de ipſius imagine. 680. ſq.
Franck (Sebaſtian.) latet ſub nomine Auguſtini Eleutherii. 57. Ejus Liber de Arbore ſcientiæ boni & mali. ibid. Ejus Epiſtola ad Johannem Campanum. 59.

Fanaticum de Eccleſia judicium. 61. maleſanum de Patribus Eccleſiæ judicium. 60
Frommius (Andreas) Apoſtata. 274. ſqq.
ad Fuchſium (Leonhardum) Epiſtola Philippi Melanchthonis. 663
Fuſcarrus (Ægidius) ſocius in vinculis Johannis Moroni. 547

G.

GArbitius (Matthias) Illyricus commendatur à Philippo Melanchthone Academiæ Tubingenſi. 628
Gaudentii (Paganini) libri laudantur. 660
Genuenſem ſeditionem A. 1575. ſedat Moronus. 554
de Germanis honorifice ſentit Ferrarius. 683
Ghislerius (Michael) rigidus hæreticæ pravitatis inquiſitor. 547. Pontifex creatur ſub nomine Pii V. 553
Giphanii (Huberti) Librorum divulgandorum index. 589
de Godofredo (Dionyſio) judicium Porneri. 646
Groeningenſis Bibliothecæ ſtatus. 295
Gradenicus (Aloyſius) Corcyræ Abbas, Bibliothecæ D. Marci Venetæ Bibliothecarius. 675

Guel-

Guelpherbytanæ Bibliothecæ ſingularia. 278

H.

HAmburgenſis Miniſterii concordia & contra Politicos vigilantia. 281. ſingulare pauperes informandi inſtitutum. 286

Helmſtadienſis Bibliothecæ Academicæ ſingularia. 273

Hieronymi ſcripta ab Erasmi Roterodami erroribus caſtigaſſe dicitur Johannes Moronus. 559

Hiſtoriæ Philoſophicæ præſtantia. 94. ſqq.

Hoſii (Stanislai) calumnia, quod Campanus fuerit Lutheri diſcipulus, refutatur. 23

I.

JEſuiticæ ſocietatis ſtudioſiſſimus eſt Jo. Moronus. 555

Indulgentiarum literæ à Petro Cardinali & Epiſcopo quondam Auguſtano in Eccleſiæ Brenzianæ gratiam datæ. 698

Johannes, Archi-Ep. Moguntinus, à Martino V. Pontif. Rom. oratione invectiva perſtringitur. 217. ſqq.

Ironica docendi methodus multos habet nævos. 105. ſqq.

Italiæ

Italiæ barbariem judicavit Gronovius, probante Fabricio. 698
Judæorum notabilem ante diem extremum converſionem ſtatuit C. S. Curio. 395
in Juſtificationis articulo cum Lutheranis ſenſiſſe accuſatur Joh. Moronus. 552. ſqq.

K.

ad Kœnigsmannum (Robertum) Epiſtola Jo. Alberti Portneri. 640. ſq.
Kraffriana familia multos toga ſagoque claros viros dedit. 255
Krafftiorum nomen unde illis, qui olim *de Steg* dicebantur, ortum ſit? 255
Krafftius, (Ludov.) Conſul Vlmenſis, 255. (Jacobus) Legatus Sigismundi, Ducis Auſtriæ, ib. (Vlricus) teſtis veritatis, 256. (Johannes) Reformationis Eccleſiæ Vlmenſis promotor. ibid. (Jo. Vlricus) triennem inter Turcas captivitatem expertus. ibid.
Krafftii (Raymundi) de Dellmenſingen, Conſulis Vlmenſis, Vita. 253. ſqq. Bibliotheca. 263. Merita in litteras & litteratos. 266. ſeq.

L. Lau-

L.

LAunoji (Joann.) candor in ſabellis confutandis. 662. ſq. periculum ob librum de S. Magdalena. ibid.
Libertatem Deo tribuit Plato. 418. item menti humanæ. 448
Lindanus (Guilielmus) ridiculo argumento Campanum erroris ſui ſacramentarii convincere vult. 69
Luteria multorum eruditorum ſedes ſuperiori ſeculo. 641
Lutherus Campanum ab Eraſmo formatum perperam cenſuit. 90

M.

de S. MAgdalena liber Launoji auctori periculoſus fuit. 662
Mainardus (Auguſtinus) 593
Mali origenem in materia quærit Plato. 416 ab ejus culpa Deus Platonis eſt remotus. 448. 458
de MSStorum librorum Bibliothecæ D. Marci Venetæ Indice. 673. ſq. 679. Occultant eos Veneti ſtudioſe. 674. MSSta quædam Bibliothecæ Baſileenſis memorata. 667
Manutius (Paulus) Moroni patrocinio ſe permittit. 582

Mareſii (Samuel.) judicium de Germanis Gallos imitantibus. 295. controverſia cum Gisberto Voëtio. 296. ſq. judicium de Carteſio ejusque philoſophia. 298
Mariæ Virginis imago in Templo Lubecenſium Cathedrali artificioſiſſima. 286
ex Martini V. P. R. in Johannem, Archi-Epiſcop. Mogunt. invectiva oratione excerpta. 217. ſq.
Materiam qui æternam ſtatuunt, an ſint athei? 384. ſqq. Argumentum adverſus æternitatem ejus. 385. ſq. Platoni ſubſtantia eſt. 390. ſq. a Deo realiter diſtincta. 394. ſq. 417. ejus proprietates ſecundum Platonicos. 406. ſq. in ea originem mali quærit Plato. 416. quomodo ὐκ ὀν. 444. ſq.
Matthias Garbitius, Illyricus, Academiæ Tubingenſi commendatur a Melanchthone. 628
Mazarinianæ Bibliothecæ fata. 643
Meibomii conſilium de addiſcenda lingua Anglicana. 277. judicium de Martini Schoockii ſcriptis contra Carteſium. 278
Melanchthonis (Phil.) Epiſtola ad Academiam Tubingenſem. 628. ad Leonhardum Fuchſium. 636. index variarum illius epiſtolarum MSS. 628
Mentis natura ex ſententia Platonis. 404. ſq. ei libertatem adſcribit Plato. 448

Metho-

Methodus docendi Ironica non apta eſt ad homines emendandos. 105. ſq. Geometrica minime apta eſt homines ad verum Dei cultum perducendi. 116
Monzambani (Severini) ſub nomine non Pufendorſium, ſed Conringium latere, putat Tribbechovius. 291
de Morono (Joanne) Obſervatio. 537. comparatur is cum patre ſuo Hieronymo Morono. 561. Colloquio Wormatienſi A. 1541. intereſt. 578. ſq. encomium Pauli Sacrati ipſi tributum. 580. Mœcenas litteratorum, & in iis Pauli Manutii. 582. ſq. magna polluit autoritate in collegio Cardinalium. 584
Moronus (Hieronymus) ſtrenuus in tuendis Cæſaris partibus. 562. ejus oratio gratulatoria ad Leonem X. P. R. 585
Mülleri (Auguſtini) Epiſtola ad Matthiam Schenckium. 365
de Müllero (Henrico) Judicium. 288
de Münſingeri (Joannis) propoſitionibus quibusdam Theologicis judicium Magiſtrorum Academiæ Viennenſis, & quidem de I. Corpus Chriſti non eſt Deus. 228. II. Chriſtus non eſt compoſitus ex natura humana & divina. 230. III. Corpus Chriſti non eſt adorandum adoratione Latriæ.

triæ. 233. IV. Hoſtia conſecrata non eſt Deus. 236
in Mundo fabrefaciendo Deus Platonis fines intendit. 424. ſq. quid illum moverit ad eum condendum. 419

N.

NAudæus (Gabriel) Artis Bibliothecariæ peritiſſimus. 641. Ejus ſcripta. 642. in Sueciam vocatur a Chriſtina Regina. 653. Rediens in Galliam in itinere obiit. 654
τῶν Νοητῶν, à τοῖς αἰσθητοῖς differentia. 407

O.

OLearii (Jo.Gottfr.) Epiſtola ad Spizelium. 666. ſq.
Origenem defendit C. S. Curio. 626

P.

PEtri Cardinalis & Epiſcopi quondam Auguſtani Literæ indulgentiarum in Eccleſiæ Brenzianæ gratiam datæ. 698
Philoſophicæ Hiſtoriæ Præſtantia. 94. illa multum confert ad veritatem religionis Chriſtianæ demonſtrandam. 95
Piſcopiæ (Helenæ Corneliæ) Nobilis & Doctiſſimæ Virginis Venetæ Encomium. 675. Fabricii carmen ipſi factum. 676

Plato

Plato a Spinozismo immunis. 390. ſq. an materiam ſubſtantiam eſſe dixerit. 390. ſq. Fatetur, naturam Dei mentis noſtræ captum ſuperare, 391. ſq. Deus Platoni eſt ſubſtantia. 392. ſq. Originem mali in materia quærit. 416. Deum cum materia non confundit. 417. ſq. liberum credit. 418. ſqq. Providentiam divinam aſſerit. 426. ſq. 472. ſq. an omnia fato tribuerit. 473. ſq. ejus in Philebo locus explicatur. 481. ſq. non unam tantum ſubſtantiam credit. 413. ſq. 500. ſq. ejus in explicanda anima mundi obſcuritas. 500

Polus (Reginaldus) ſocius Jo. Moroni in vinculis. 547

Portneri (Jo. Albert.) ad Kœnigsmannum Epiſtola. 640. ſq.

Principia omnium rerum ex mente Platonis. 394. ſq. contra duo æterna diſputatur. 386. ſq. num athei ſint, qui illa adſerunt. ibid.

Puteani (Erycii) conſolatio cœcitatis. 515. (Jacobi) Encomium. 645. ſqq. (Petri) Encomium & liber de Libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ. 652. ſq.

R.

de RAynaudi (Theophili) libris judicium Speneri. 662

Ravennas (Petrus) quis fuerit? 16. ſtupenda ejus memoria. ibid.
de Regni Dei amplitudine Dialogorum C. S. Curionis Hiſtoria. 592. ſq.
Religionis Chriſtianæ præſtantia ex collatione cum Philoſophia Socratis demonſtrata. 93. ſq.
Reuchlinus (Jo.) Laudatur à C. H. Agrippa. 19
Revelatio ea, quæ ratione ſola de Deo cognoſci poſſunt, clarius & evidentius ad omnium perſuaſionem docet. 139

S.

SAcrati (Pauli) Elogium Moreno tributum. 580
Sadoletus (Jacobus) Moroni amicus. 581
Sammarthani (Scævolæ) elogium. 651
Sanfelicius (Thomas) ſocius Jo. Moroni in vinculis, 547
Saubertus (Joannes) quid de controverſiis Calixtino-Syncretiſticis ſenſerit. 270. ſq.
Scaliger (Scipio) non eſt ex ſtemmate Principum Veronenſium oriundus. 655
Schenckius (Matthias) Hiſtoriam Scholæ Annæanæ Auguſtæ Vindel. ſcripſit. 362. ad ejus vitam analecta Bruckeri. ibid. ad eum literæ Jo. Benigni. 363. & Aug. Mülleri. 365

Schikardi (Guilielmi) Jus regium à Carpzovio editum. 314. qui & reliqua ejus opera edere obſcure pollicetur. 316. Opp. ejus editionem meditatus etiam Eſenweinius. 312
Schmidii (Joannis) Theologi Coeci memoria. 515. nativitas. 517. quo fato coecus factus fuerit? ib. Muſicæ ſtudium. 517. ſq. ad ſtudia revertitur. 518. iisque Argentinæ operam dat. 519. Epigrammata in illum. 520. 528. Itinera. 521. Jenæ ſtudioſos inſtituit. ibid. in patriam revocatur. ibid. Jenam redit. 522. Mœcenatem habet Erneſtum Pium. ib. infelix ejus conjugium. ibid. ſpem habet Profeſſoris munus in Academia Coburgi inſtituenda conſequendi. 523. ſq. ejus opus de Academiis. 524. Wittebergam petit. 525. in Daniam proficiſcitur. ibid. iter ejus per Germaniam. 526. in patriam redit, ac tabernam vinariam inſtituit. 527. ejus obitus. ibid. ſcripta. 529. Baggeri Epiſcop. Hafnienſ. Epiſtola commendatitia ipſi data. 532
Schoockii (Martini) fata ob ſuum in Carteſii Philoſophiam zelum. 278. diſceſſus ex Academia Grœningenſi. 297. ſq.
Scriverii (Chriſt.) Epiſtola ad Spizelium. 685
Seguieriana Bibliotheca. 649

Ser-

Sermonum variorum in Concilio Conſtantienſi habitorum brevis recenſio. 213. ſqq.
Socratis ejusque Philoſophiæ laus. 102. & 167. ſq. ejus ſcopus fuit homines emendare. 105. Methodus docendi ironica inepta fuit Athenienſes emendandi 105. ſqq. ſuperſtitionem & Idololatriam Athenienſ. nec verbis nec exemplo ſuo publice improbavit. 121. deos patriis moribus & colendes docuit, & ipſe coluit. 122. ſqq. oraculorum auctoritatem non rejecit. 127. Divinationes commendavit. 128. ejus dogmata præcipua. 138. ſq. de præmiis & pœnis port mortem dubitanter loquitur. 143. ſq. modum Deum propitium reddendi ignoravit. 152. ſqq. revelationis extraordinariæ divinæ neceſſitatem agnoviſſe videtur. 155. ſqq. niminm à quibusdam laudatur. 168. de ejus genio. 170. ſqq. num ob confeſſionem unius Dei mortem perpeſſus ſit. 188
de Spencero (Johanne) judicium J.B. Carpzovii. 311.
Speneri (Phil. Jac.) Epiſtola ad Spizelium. 658
a Spinozæ ſyſtemate diverſiſſimum eſt Platonis Syſtema. 390. 422, 432. ſq. Spinoza an providentiam Dei crediderit? 477
ad Spizelium, (Theophil.) Epiſtolæ duæ Jo. Fabricii. 673. una Scriverii. 685. Speneri.

neri. 658. Jo. Gottfr. Olearii. 666. Jac. Gronovii. 670
Subſtantiam non unam tantum credidit Plato. 413. ſq.
Supplicatio ad Regem Galliæ pro imprimendis Huberti Giphanii libris. 587

T.

THuana Bibliotheca. 646. ſq.
Thuani (Franc. Auguſt.) fata funeſta. 649
Thurmius (Jo. Jac.) quis fuerit? 269. excerpta ex Diario itineris ejus litterarii Germano-Belgici, ibid.
Titius (Gerhardus) Calixto favet. 272. ſq.
Tribbechovius, (Adamus) ſub ſeverini Monzambani nomine non Pufendorfium, ſed Conringium latere putat. 291
in Tridentina Synodo in locum defuncti Herculis Gonzagæ primus Pontificis legatus conſtituitur Jo. Moronus. 551
Trinitariorum nomen unde SS. Trinitatis hoſtibus fuerit inditum? 42

V.

VAyerius (Franciſcus Mothæus) notatus. 130. ſqq.
Veneti non concedunt facultatem MSS. Bibliothecæ D. Marci luſtrandi aut exſcribendi. 674
Vergerius (Petrus Paulus) magnifice ſentit de Morono. 564. primus edit articulos

los contra Moronum cuſos, ibid. moderationem in eo deſiderat Chriſtophorus, Würtembergiæ Dux. 572. C. S. Curionem heterodoxiæ accuſat. 596. ſed a Curione plagii inſimulatur. 620
Viennenſis Academiæ Magiſtrorum judicium de propoſitionibus quibusdam Johannis Münſingeri. 222. ſq.
Virtus an propter ſe ab homine ſibi relicto coli queat? 141. ſqq.
Vlenberg, quare famæ de ejus morte uxor ipſius credere noluerit? 292
Undecim Mill. Virginum Martyr. commentum unde ortum. 663. ſq.
de Voragine (Jacobi) Calendarium Etymologicum 324. ſq. Judicium de autore. 325

W.

WAſmuthi, (Matthiæ) controverſia cum Coringio. 289
Wicelius, (Georgius) Campanum hoſpitio excipit. 28. 33. 44. ſq. unde in ſuſpicionem doctrinæ antitrinitariæ venit, juſſuque Electoris Saxoniæ in cuſtodiam datur. 29. erroris hujus falſo accuſatur. 30. num opera Lutheri carceri fuerit mancipatus. 31. ejus apologeticon ad M. B. F. contra criminatores ſuos inſertum. 32. ſqq. ex majori ejus apologetico ad Electorem Saxoniæ excerpta. 43. ſqq.
Wormatienſi colloquio A. 1541. quinam Doctores Pontificii interfuerint, 579.

FINIS.


AMOENITATES LITERARIÆ,

Quibus

VARIÆ OBSERVATIONES,

Scripta item quædam anecdota & rariora Opuſcula exhibentur.

Tomus Decimus Tertius.



FRANCOFURTI & LIPSIÆ,
Apud DANIEL. BARTHOLOMÆI & FILIUM.
M DCC XXX.

APULEJUS.

Omnibus bonis in rebus conatus in laude, effectus in caſu eſt.

VIRO

MAGNIFICO

ATQUE

REVERENDISSIMO

DOMINO

DOMINO

PHILIPPO

HENRICO

WEISSENSEE

PERINCLUTI

MONASTERII HIRSAUGIENSIS

ABBATI,

NEC NON SERENISSIMI CELSISSIMIQUE DUCIS WIRTEMBERGIÆ &c.

CONSILIARIO CONSISTORIALI

EXI-

EXIMIA IN DEUM PIETATE, INSIGNI ERUDITIONE, ET INNUMERIS IN ECCLESIAM WIRTEMBERGICAM MERITIS MAXIME SPECTABILI,

DOMINO ATQUE MÆCENATI SUO

SUMMOPERE VENERANDO,

HOC, QUICQUID EST OPUSCULI,

PUBLICE IPSI SUAM TESTIFICATURUS REVERENTIAM AC BENEVOLENTIÆ EJUS PERPETUITATEM SIBI DECENTER EXORATURUS

INSCRIBIT,

PIAQUE PRO ILLIUS INCOLUMITATE ET SECUNDISSIMIS OMNIUM CONSILIORUM NEGOTIORUMQUE SUCCESSIBUS DIVINO NUMINI

NUNCUPAT

TANTI NOMINIS

Cultor devinctiſſimus

Jo. GEORGIUS SCHELHORNIUS.

SERIES
Articulorum
Hujus Tomi.

I. *Iacobi Bruckeri Elogium Illuſtris Viri Lucæ Schrœckii, Med. Doct. &c.* pag. 1.

II. *Iacobi Zimmermanni Vindiciarum Exercitationis ſuæ de Atheismo Platonis Pars Altera* 48

III. *De Eximiis Suevorum in Literaturam Orientalem Meritis Schediaſma Hiſtorico-Literarium.* 197

IV. *Thomæ Mezleri, Benedictini olim Zwifaltenſis, Epiſtola Dedicatoria, præmiſſa Libris de Imitatione Chriſti, ab ipſo elegiace 1645. verſis, cum Viri cujusdam eruditi in eam animadverſionibus.* 265

V. *Pentas Epiſtolarum Renati Maſſueti ad P. Bernardum Pez.* 278

VI. *Iacobi Bruckeri Diſſert. Epiſt. de Stratonis Lampſaceni Atheismo ad Iacobum Zimmermannum.* 311

Q. D. B. V.

Q. D. B. V.

I.

ELOGIUM

Illuſtris Viri

LUCAE SCHROECKII

Medicinæ Doctoris

S. R. I. Nobilis, Medici Cæſarei,
Comit. Pal. Lateran. Cæſar.
Academiæ Imper. Naturæ Curioſorum Præſidis,
Academiæ Recuperatorum, Phyſicocriticæ, & Coloniæ Phyſicocriticorum Socii,
Reipublicæ Auguſtanæ Phyſici primarii,
Collegii Medici Senioris Vicarii,
Officinarum Pharmaceuticarum Viſitatoris perpetui,

Auctore

JACOBO BRUCKERO.

 Magnam

MAgnam me rem poſcis, Optime SCHELHORNI, & quam facilius ſumis Viris relinquam, quam infelicibus parumque profuturis conatibus aggrediar: laudes ſcilicet Viri Sumi & ſupra invidiam omnesque laudes poſiti, LVCAE SCHROECKII, quo nec ætas ulla inter Auguſtanos vidit doctiorem, nec civitas in reſtituenda & tuenda ſanitate experta eſt feliciorem, nec Pieridum Chorus obſtupuit majorem: quem educavit ornamento ſibi futurum patria, admirabilem fecere bonæ literæ, venerati ſunt exteri, coluit Germania, ad illuſtria honorum culmina evexit ſacratiſſima Auguſtiſſimorum Imperatorum majeſtas, ſingulari mortalium generi ſolatio ægrorumque levamini dedit divina providentia. Quem cum anni hujus auſpicia ſero quidem, nimis tamen maturo Orbi erudito fato abſtulerint, dubium eſt, orbisne literarius & elegantiores literæ, an ars ſalutaris, vel ipſa quoque celeberrima Auguſta jacturam paſſa fuerint majorem: & annon atro lapillo dies ille faſtis inſerendus, & res malo omini ſimilis videatur, quod inter votivas gratulantium preces & fauſtas civium acclamationes Auguſtæ ereptum fuerit

tam

tam inæſtimabile Palladium. Cujus laudes ut digno quis aſſequatur ſcriptionis genere, næ vel Schroeckiana eruditione opus eſt, vel ipſis Muſarum artibus, ne inſubida commentandi ratione plus detraxiſſe videatur tanti viri laudibus, quam eas evexiſſe. Vide itaque quam impoſſibilia me poſcas, & quam inique à me poſtules, quæ non niſi eruditionis & literarum elegantia maxime conſpicui Viri exequantur. Cum tamen nihil mihi Tua amicitia unquam fuerit jucundius, nihil Tua voluntate acceptius; &, quod privata pietate addo, nihil beatis SCHROECKII manibus venerabilius, á quo ſcilicet toties mea meorumque ſanitas & defenſa & reſtituta eſt: dabis veniam ſterili calamo, & de vita & meritis illuſtris Viri pauca diſſerentem Tu pariter atque literatus orbis patienti audietis animo, mentis veneratione ſupplentes, quod pennæ exilitas aſſequi auſa non eſt.

Patria.

Dedit itaque tantum Orbi literato Virum *Auguſta Vindelicorum*, fœcunda illa tot virorum eruditione & meritis clarorum mater; in cujus ſinu natum eſſe illuſtrem SCHROECKIVM, multum certe ejus laudibus & felicitati addit. Cum enim multum interſit,

 quo

quo quis loco in lucem edatur, an is rei literariæ augendæ aptus, & ad promovenda eruditionis ſtudia idoneus, ejusmodi ſubſidia ſubminiſtret, quibus ad ſummos eruditionis gradus pertingere liceat: an nec loci anguſtia animi impetum ſufflaminet, nec eruditorum virorum inopia inſtitutionem impediat, nec majorum præjudicia bonis artibus obſint, nec ad incitandum ad honeſta quævis audenda animum exempla deficiant; in his omnibus felix cenſendus eſt SCHROECKIVS. Nam & Auguſtum urbis antiquiſſimæ decus Noſtri ingenium excitaviſſe, & virorum eruditiſſimorum abundantiam illud ad excellentiſſimam perfectionem formaſſe, & parentum atque Majorum inſtituta ejus ardorem aluiſſe, & omnem laudem exſuperantia exempla calcar currenti addidiſſe, nemo negaverit, qui Auguſtanam literariam hiſtoriam non ignorat cum ignariſſimis. Scilicet pulchrum & decorum putabat ipſe Vir Summus, in eadem urbe eruditionis ſtadium decurrendum ſuſcepiſſe, in eo theatro medici perſonam induiſſe, in quo tot celeberrimi nominis medici tantam ſibi honoris nominisque famam pepererunt, & immortalitatis ſimul cedro inſcri-

inſcripſerunt Auguſtæ patriæ memoriam. Habuit ſcilicet anteceſſores & tantæ, quam conſecutus Noſter, famæ auctores & exempla, veneranda nomina, *Joannem Cubam*, *Adolphos Occones*, *Marquardum Freberum*, *Joannem Ambroſium & Udalricum Jungios*, *Achillem Pyrminium Gaſſerum*, *Lucam Stenglinum*, *Leonhardum Rauwolfium*, *Caſparum Gutmannum*, *Tobiam Kneulinum*, *Georgium Heniſchium*, *Joannem Vdalricum Rumlerum*, *Raymundum Mindererum*, *Philippum Hochſtoetterum*, *Jeremiam Erhardum Marcum Banzerum*, *Davidem Verbezium*, *Georgium Hieronymum Welſchium*, *Joannem Heniſium*, aliosque non Auguſtæ tantum ſed & apud exteros præclaræ famæ viros, quos cum & Ipſe laudatiſſimus SCHROECKIVS noſter in *Hygea Auguſtana* dignis extulerit encomiis, & me quoque in *ſpecimine Hiſtoriæ literariæ Medicorum Auguſtanorum*, quod ad prelum paratum noſti, de iis pluscula dixiſſe recorder, plura addere è re præſenti non eſt.

Parentes. Quod verum præcipuo felicitatis exemplo Natura Machaoni Noſtro dedit, eſt, quod eo præcipue parente genitus & educatus ſit, a quo non potuit non cum dextera & pia inſtitu-

tione abundantiſſima in filium haud degenerem derivari eruditio. Patre enim uſus eſt Noſter LVCA SCHROECKIO, Philoſophiæ & Medicinæ Doctore, & Reip. Auguſtanæ per multos annos Phyſico ordinario, de cujus medendi dexteritate & peritia, eruditionis præſtantia, judicii rectitudine, ingenii acumine, & quæ reliquæ boni medici virtutes ſunt, nunquam ſilebit Auguſta, quamdiu bonarum literarum & meritorum egregiis artibus partorum memoriam pia non obliterabit patria, quamdiu egregiæ & limatæ obſervationes, quas præſtantiſſimis Academiæ Naturæ curioſorum ephemeridibus paſſim inſeruit, legentur & habebuntur à doctis in pretio. Hoc parente genitus ex Nobiliſſima omnique Virtutum genere ornatiſſima Matrona, *Anna Maria* ex *Welſchiorum* genere, die 24. Septembris, anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum, quadrageſimo ſexto; turbulentis ſane Auguſtanæ civitatis temporibus, & ad triſtia fata inclinantibus circumſtantiis cunctis; non malo tamen omine, ut parentis Noſtri familiæ nato filio hilaritas & gaudia exorta ſunt, ita patriæ brevi exoptatiſſima reditura eſſe Halcyonia, quæ quoque vix biennio elapſo non ſine

exul-

exultatione ſenſit. Verum nec maternum genus hic negligendum ſiccoque prætereundum eſt pede. Ex Matris enim gente nobile illud Auguſtanorum Medicorum & orientalis quoque eruditionis ſidus *Georgius Hieronymus Welſchius* ortus eſt, qui, quod Noſtro ſanguine erat conjunctiſſimus, eumque ex Sorore Nepotem, quem dicunt, dilexerat, multum quoque ad conſum̃atam SCHROECKII eruditionem contulit, non ingrato Noſtro, qui Compatriotæ, Avunculo, Medico & Collegæ poſtea ſuo egregium grati animi monumentum, edita vitæ ejus memoria, erexit, de qua poſtea dicemus.

Dotes animi.

Tantis naturæ & providentiæ divinæ, uti recte fortunam vocamus, ſubſidiis accedebat mira ingenii felicitas, judicii præmatura firmitas & accuratio, memoriæ excellens quædam fidelitas, quibus parenti & neceſſariis maxima eaque lætiſſima ſpes enata eſt, fore, ut & patri & patriæ ſingulari ornamento & ſolatio futurus eſſet; nec præſagium fefellit eventus: tanta enim maturitate ſe oſtendebat ingenii Schroeckiani præſtantia, ut non ſolum inſolita fertilitate tradita bonarum artium ſemina redderet, ſed & omni expe-

ſtatione major in puero adhuc meſſis exurgeret.

Educatio literaria. Aperiebantur tum, reducta in Germaniam pace religioſa, Muſarum januæ, & Auguſtanum quoque Gymnaſium, quod per decem & quatuor annos ſiluerat, docentium & diſcentium voce reſonabat, docentibus viris egregiis, moderante Viro Clariſſimo *Matthia Wilhelmi.* Huic bonarum literarum palæſtræ dum concredebatur SCHROECKIVS, mature bene de eo ſperantium vota ſuperabat, & quis olim Vir futurus eſſet, ſingulari creſcentis eruditionis ſpecimine comprobabat. Cum vero piæ & accuratæ Doctorum publicorum inſtitutioni ſocias quoque manus jungerent pater & avunculus, dici non poteſt, quantas dotes congeſſerit, quantas eruditionis divitias ſibi cumulaverit Schroeckianum ingenium. Quas ut publice quoque oſtenderet, tribus vicibus vires periclitatus egregie ſe omnibus probavit, publice habitis Orationibus, quæ & optime tempus eum hactenus collocaſſe innuebant, & de eo præſtantiſſima quæque patriæ, patronis, parentibus, amicis pollicebantur. Ut itaque ad juſtam perfectionem ejus perduceretur

eruditio, pater optimus filium tandem Academicæ quoque inſtitutioni credendum ratus eſt. Nondum vero tum temporis peſtilens & ad evertendam ſolidam eruditionem enatus hodie mos invaluerat, quo pueri antequam ingenium adoleſcit, viresque capit judicium, antequam ſolidioris doctrinæ fundamenta a fidis præceptoribus jacta & percepta ſunt, præpoſtera feſtinatione in Academias mittuntur pleno quidem plerumque marſupio, ſed inani cerebro, ut per aliquot annos neſcio quam ſuperficiariam doctrinæ ſpeciem corradentes, & licentia Academica audaciores facti pulchre quidem ornati & comti; pueri tamen haud raro, quod ad ingenii vires attinet, redeant; quæ res quantum eruditionis incrementis impedimentum afferat, dici vix poteſt: Noſter itaque ad viceſimum usque ætatis annum in Gymnaſii exercitatione detentus, tum eo ſtudiorum genere, quod ab humanitate nomen accepit, tum Philoſophiæ quoque elementis feliciter ſolideque imbutus non potuit non ad Academiam & majora ſtudia accedere inſtructiſſimus.

Elegit vero parentis & amicorum conſilio *Jenenſem* Academiam, in qua eruditionem aleret, ingenium acueret, optimisque diſciplinis imprimis arti ſalutari totum ſe traderet, quod & viris eruditiſſimis ſummaque eruditionis laude famigeratiſſimis iſtud Athenæum eſſet refertum, & tot jam Viri multa doctrinæ præſtantia inclyti ex ea, tanquam ex Trojano equo, prodiiſſent. Nec fefellit Noſtrum ſpes & opinio; in ædes enim celeberrimi Medici *Joannis Theodori Schenckii*, Medicinæ Doctoris & Profeſſoris, delatus, non tantum quæ ad vitæ comoditates & recte vivendi rationem pertinent, apud fidum hunc Hoſpitem invenit, ſed & dextera & ſolidiſſima ejus inſtitutione uſus, artis Medicæ fundamenta, quæ cum ſobria Philoſophiæ cognitione imprimis accurato naturalis ſcientiæ ſtudio junxerat, tradentem non ſine emolumento audivit. Ubi prætereundum haud eſt, Illuſtrem SCHROECKIVM noſtrum non comilitio tantum, ſed contubernio quoque & intima amicitia junctum tunc ſibi habuiſſe æternum Salani Heliconis decus, magnum illum noſtrorum temporum Aeſculapium *Georgium Wolfgangum Wedelium*

Vita Academica.

Præceptores Academici.

Wedelium, quocum Noſtro ex eo tempore usque ad beatam Viri Summi Analyſin non ſine maximo rei literariæ, præſertim Medicæ, emolumento, interceſſit amicitia. Sed & experientiæ & doctrinæ celebratiſſimæ Viro *Guernero Rollfinckio* Præceptore uſus, & *Joannis Arnoldi Friderici* quoque lectionibus eruditus ita in artis præcipue ſalutaris cognitione profecit, ut nec naturæ tum humanæ tum univerſi conſtitutionem viresque ignoraret, nec artis Chymicæ artificia negligeret, nec herbarum genera, ſpecies & vires ignotas haberet, nec corporis humani fabricam curioſo oculo, immo cultro quoque non exquireret, nec Morbonæ ſtragem cum cauſis ſuis non inſpiceret, nec medendi denique rationem eamque tutam certam & jucundam non teneret. Quem in finem non modo attentam doctoribus aurem largitus eſt diligentiſſimus SCHROECKIVS, ſed & diurnæ nocturnæque lectioni optimorum Auctorum, non recentium tantum, ſed & veterum invigilavit, & ubi alii perpotabant, & egregie debacchabantur, ipſe doctis impalleſcere chartis, & ad multam usque noctem cum mortuis colloqui, vel ingenii vires ad lucernam quoque acuere

pul-

pulchrum & decorum putabat. Jungebat enim primario doctrinæ generi, cui ſe devoverat, elegantiorem eruditionem, nec noſtræ ætatis hominibus quibusdam ſimilis, de ea tantum ſcientia erat ſollicitus, quæ de pane lucrando, quod ajunt, eum certum faceret: quæ cauſa eſt, cur ſcripta ejus, de quibus poſtea nobis ſermo erit, tam variam eruditionem ſpirent raro eorum temporum exemplo, quibus adhuc Muſæ elegantiores plerumque Germania noſtra exulabant. Verum tempus jam erat, ut compareret publice elegantiſſimum SCHROECKII ingenium, manifeſtaretur eruditio, augeretur hominis fama, per cunctos honoris gradus ſtrenue graſſatura magnisque paſſibus ad excelſum gloriæ culmen, in quo eum collocavit divina providentia, tuita eſt ſumma eruditio, confirmavit Auguſtiſſimorum Imperatorum gratia, enixura. Hinc ſtudiorum Academicorum rationem redditurus, elegantem *de Moſcho* diſſertationem conſcripſit, & eruditorum ſubjecit examini. Quo in conflictu, dubium non eſt, quin talem ſe præſtiterit, qualem poſtea controverſiis Medicis implicitum novimus, cujus ſcilicet neque calamum

Diſputationes editæ.

lamum neque os amarulentia tingebat, neque in morum humanitate & comitate quicquam mutabat adverſariorum pertinacia. Hunc laborem cum feliciter ceſſiſſe animadverteret, *theſes* quoque *Chymicas*, plaudentibus Præſide, opponentibus & auditorio, in publica cathedra defendit, eoque ſpecimine mature oſtendit, quid in hac quoque arte, cui ſe præcipue devoverat, ab ipſo eſſet expectandum. Sentiebant id non ſolum parentes & amici, ſed & ipſi Præceptores, qui tam egregio diſcipulo delectati, & eruditionis Schroeckianæ elegantia capti, dignum eum judicabant, qui ſummis Medicinæ honoribus augeretur, ut cunctis conſtaret, quibus præmiis afficienda ſit eruditio, quidque expectandum iis, qui ad ſolidæ doctrinæ elegantiam penetrare laborant: Qui honor uti Noſtri diligentiæ & eruditioni diu jam debebatur, ita ab eo, qui omnem honoris ambitionem auræque popularis captandæ ſtudium cane pejus & angue oderat, non quæſitus quidem, verum nec rejectus eſt, unde poſt exantlata ſumma cum laude examina ſolennem *de Bulimo* diſputationem anno 1669. defendit, & ita ſtetit, ut cunctis

Honores Academici.

inno-

innoteſceret, non minus honoris ab ipſius eruditione ad artem Medicam, quam ab arte Medica ad ipſius famam acceſſiſſe.

Itinera. Sed ne hisce quidem cancellis ſe continuit ad ſumma contendens præſtantiſſimi Juvenis eruditio, ſed ut ad magna quævis ille natus erat, ita fovendo, quo fervebat, plura diſcendi augendique theſauros, quos collegerat literarios, igni apta quærebat alimenta. Quem in finem, parente optimo annuente, iter quoque literarium inſtituere cœpit, probe gnarus, quantum ejusmodi itinera emolumentum afferant, ſi recte ſuſcipiantur, nec curioſitatis cauſa, & ad mutandum cœlum quidem, non autem animum, & dilapidandos matris nummos fiant. Qualia à multis hodie fieri, qui præter linguam patriam vocabulis alienis corruptam, veſtemque novam, & aularum exterarum morem referentem, nihil domi referunt, neſcio utrum ridendum potius an deplorandum rectius quis exiſtimet. Non is SCHROECKIO elegantiſſimo erat animus, qui non niſi ad ſolida & magna contendens, nihil parabat oſtentationi, ſed utilitati, non iter ſuſcipiebat tempori perdendo, ſed ingenio exornando, nihil ad

pom-

pompam & inanem jactantiam referebat, ſed ad ſoliditatem. Imitaturus itaque formicarum morem, quæ multo labore ex variis locis alimenta ſibi conquirunt, & ſollicita opera ingenioſe comportant, ad iter ſe accingit, regionum climata, victus & potus rationes, naturæ operum admiranda ſpecimina, medicatorum fontium proprietates, morborum epidemicorum & certis regionibus propriorum mirabiles haud raro circumſtantias, herbas rariores, metallifodinas celebriores, & quæ alia ſunt, de quibus Medicorum filii ſolliciti eſſe ſolent, perſcrutaturus, celebriorum Bibliothecarum forulos excuſſurus, virorum doctiſſimorum & in arte potiſſimum Medica celebrium colloquio notitiam Medicam & literariam adaucturus, & quæ ipſe in Academia didicerat, ad concinnam & juſtam maturitatem & maſculum vigorem perducturus. Quo animo varias Germaniæ provincias peragravit, eo fructu, ut non eruditione tantum rediret locupletiſſimus, ſed & magnæ famæ Viris, ſummisque Medicis innoteſceret, quod certe fundamentum fuit, quo poſtea gloriæ meritis & fama partæ inædificavit ædificium, cum ex eo tempore cum præſtantiſſimis Viris literarium

rarium aleret commercium, iisque tanta felicitate ſe commendaret, ut via inde aperta ſit, qua poſtea ad excelſa honorum culmina graſſatus eſt. Redux autumno hujus anni ſalutatisque parente & patria terras quoque alio ſub ſole calentes adire paratus, DEO duce, eruditione & pietate comitibus, ad iter Italicum ſe accinxit, Auſonias quoque divitias, non arcæ ſed ingenio replendo aptas corraſurus: Locum vero ſibi elegit antiquiſſimam Muſarum ſedem & celebratiſſimum optimarum artium emporium Patavium, ubi artis imprimis ſalutaris præcepta à ſummis Viris tradebantur, & crebriori quoque artificioſæ ſectionis corporis humani exercitio multum ad cognitionem accuratiorem machinæ humanæ afferebatur ſubſidii. Perſonabat vero tum quoque Patavii admiranda *Octavii Ferrarii* eloquentia, quem cum audiret impenſius Noſter mirum in modum ejus ſibi devinxit animum, ut ei frequentiorem lubentiſſime concederet aditum. Sesquiannum vero ibi commoratus eſt, ſolita eruditionis accuratione in exiguo temporis ſpatio plura in uſus ſuos vertens, quam alii ſolebant, qui per quinquennium iſti Muſarum ſedi adhærebant. Tum

ad

ad perluſtrandam Italiam ejusque celebriores urbes, viſenda naturæ & artis miracula, perluſtranda Gazophylacia & rerum naturalium apothecas, adeundos viros celeberrimos animum adjiciens, Patavio ſolvit, Ferraraque Ancona & Laureto urbibus viſis, caput Italiæ Urbem ipſam accedit. Detinebant virum eruditiſſimum & curioſiſſimum non palatiorum ſplendor, non Pontificiæ aulæ ſtrepitus, non templorum magnificentia, ſed antiquitatis canæ marmora, & rudera venerandam vetuſtatem præ ſe ferentia, cimeliarchia, imprimis rerum naturalium raritate & varietate commendatiſſima, Bibliothecæ optimis libris refertiſſimæ, virorum doctiſſimorum converſatio: quo fine etiam in amœniſſimam Campaniam exſpatiatus, immo ipſam Calabriæ metropolin Neapolin pari modo inviſit. Redux vero Florentiæ, Bononiæ Milanique celeberrimas inviſens urbes, non tam ædificiorum elegantia & magnificentia, quam eruditiſſimorum & clariſſimorum Virorum humanitate & colloquio eſt captus. Inter quos præcipue magni Hetruriæ Ducis Bibliothecarii *Antonii Magliabechii* inuſitatam comitatem & facilitatem, Illuſtrem Virum haud ſemel grata memorique narratione

mihi celebraſſe memini. Et cum eruditionis ſuæ ſoliditate & præſtantia magnam ſibi apud eos peperiſſet famam, mirarenturque haud raro, inter Septentrionales, quod harum gentium præjudicium eſt, tales inveniri viros, facile inter illos atque Noſtrum amicitia coaluit jucundiſſima, quam literarum poſtea commercio ſancte conſervavit.

Munus in patria. Redux exacto biennio in patriam, anno 1671. cumulata brevi meritorum præmia vidit & expertus eſt, eamque carpſit plena ſaturaque lance fructuum meſſem, quam pietas, diligentia, accuratio, eruditio hactenus ſeminaverant. Doctoris enim titulum atque jura, quorum percipiendorum hactenus licentiam habuerat, abſens à Medicorum Salanorum Collegio, Auguſtiſſimis & Sereniſſimis auſpiciis accepit: quo honore initiatus Patribus patriæ officia & devotionem, civibus curam in tuenda eorum ſanitate ſuam, qua par eſt, obſervantia obtulit. Non potuerunt non lætari Patres Conſcripti, ſibi gratulari Collegium Medicum, exultare cives, cum tam dignus Vir albo Medico nomen daret, & artis Salutaris exercitium atque praxin more majorum rite capeſſeret: re-

virefce-

vireſcebat enim Schroeckianum nomen, artis felicitas, eruditionis elegantia, quam in patre mirabantur & amabant, in filio; nec falſo augurio ſibi perſuadebant, fore, ut non patris modo excellentiam aſſequeretur, ſed & multis paraſangis anteiret. Et profecto falſos eos non fuiſſe, χαλκέντερος SCHROECKIUS Noſter, nullis vigiliis expugnabilis, omnique labori invictus, multis rationibus demonſtravit. Tanta enim accuratione, tanto ſtudio, tanta experientia ægrotorum curæ ſe tradidit, ut nec diligentiam doctrinamque ejus deſtitueret exoptati effectus felicitas, nec eorum, qui ejus ope, conſilio & auxilio convaluerant, deeſſet gratus animus. Quibus artibus cum profectu temporis accederet longiſſima & rariſſima experientia, quæ inſolita prorſus ſexaginta fere annorum praxi non poterat non evadere longe excellentiſſima, dici non poteſt, quanta celebritate effloruerit Schroeckiani nominis & eruditionis honor atque fama. Quam non quærebat quidem Vir, uti modeſtiſſimus, ita vere pius, conſequebatur tamen ſponte, & ultro in amplexus ruentem videbat gloriam, cum illis artibus inſtructus eſſet, quibus æternitati inſcri-

Praxis Clinicæ felicitas.

inſcripſerunt nomina Medici famigeratiſſimi. Ut enim, de qua toties, nunquam tamen ſatis mentionem fecimus, eruditionis præſtantiam taceam, erat in eo mira comitas & facilitas cum ſumma humanitate conjuncta, quæ non pauperes modo & tenuioris conditionis homines á foribus ejus & muſeo non arcebat, immo ædibus potius ipſorum eum introducebat, ſed quæ ægrotantium quoque mentes mire refocillabat, animum & fiduciam ſane ingentem eis excitabat, & tantum ei amorem conciliabat, ut qui ſemel Virum incomparabilem adiiſſent, vel conſilio ejus fuiſſent uſi, nec meliorem, nec humaniorem, nec jucundiorem exoptarent unquam Medicum. Ad hæc accedebant alia etiam: in ſanandis morbis etiam deſperatiſſimis providentia ſumma, certitudinis & ſecuritatis, quas ejus medendi ratio promittebat, fœcunda mater, methodus plana & facilis, & ad minuendos quantumpote ſumtus, qui haud raro inſanum quanti faciendi ſunt in valetudinem reſtituendam, apprime apta & compoſita, indefeſſa in viſitandis ægris diligentia, quam nec ſenex admodum, nec ſummis honoribus auctus unquam depoſuit, & quod in Medico inter primas virtutes reponendum

dum primo loco puto, ſancta & vera pietas, quæ ab omni oſtentationis & hypocriſeos ſpecie longiſſime remota ita ſalutis & ſanitatis, immo Medici quoque, Auctori ſerviebat ex animo, ut non poſſet non ille conſiliis ejus adeſſe, & laborem ejus lætiſſimis beare ſucceſſibus. Nihil hic, Optime SCHELHORNI, auribus do, nec licentius evagantur verba, ſed parciora ſunt, quam merebatur Vir ſupra communem ſortem poſitus, & ſcribo hæc tot annorum experientia in me & meis a Viro Optimo factis, & utinam! diutius, ſi fata permiſiſſent, faciendis doctus. Hæc cum ita ſe habuerint, nemo mirabitur, ad ædes ejus non cives tantum & primariæ quoque dignitatis homines tanquam ad Aeſculapii templum confluxiſſe, ſed & ſummos quoque, immo principes viros & Sereniſſimo ſanguine natos, capita ſua ejus fidei & curæ crediſiſſe. Quod non faciebant tantum, qui Auguſtæ & ejus in confinibus habitabant, ſed & haud raro ex omnibus Germaniæ oris, & ab exteris quoque literæ advolabant, quibus vel Summi Principes & altiſſimo loco conſtitutæ perſonæ de ſua valetudine eum conſulebant, vel qui eorum ſanitati præfecti erant, a Noſtro de inita & ineunda porro

medendi ratione tanquam ab altero Hippocrate cōnſilium capiebant, multum profeciſſe ſibi viſi, ſi noſter vel annuiſſet, vel medendi rationem, quod ſemper ſumma fidelitate, humanitate, & modeſtia faciebat, præſcripſiſſet. Cujus generis conſilia cum tot numero Muſa Schroeckiana elaboraverit, dolemus merito Orbis literati & ægrotantium quoque fata, quod Vir uti eruditione & meritis illuſtris, ita modeſtia nulli comparandus, maluerit in ultima voluntate jubere ea ſupprimi, quam editione vel ſummorum virorum arcanos haud raro morbos & circumſtantias prodere; aut ullam ambitionis de ſe dare ſpeciem.

Scripta. Magna hæc utique ſunt, & nominis immortalitatem famæque æternitatem parare apta, non tamen hiſce adquievit invictum SCHROECKII ingenium, ſed & ad ſcriptis Orbi inſerviendum erudito, & ſolidiſſimis meditationibus & lucubrationibus rem Medicam amplificandum adjecit animum. Ita enim plerumque comparatum eſt cum Viris, quorum ingenia primæ magnitudinis ſtellas æquiparant, ut nullis animi impetum contineri patiantur limitibus, ſed abundantiſſimas potius, quæ in animo latent divi-

tias

tias longe lateque ſpargant, & vix ulla eas communicandi cum aliis via ſit, quam non feliciter ingrediantur, felicius proſequantur, feliciſſime abſolvant. Verum multi Thyrſigeri ſunt, pauci Bacchi. Noſter vero SCHROECKIVS, uti rara & elegantiſſima eruditione abundabat, ita ut decore & cum laude applaudentis Orbis literarii ingenii theſauros depromeret & exponeret, feliciſſimo eventu laboravit. Non tamen ſponte ſua & ſcribendi quodam pruritu in ſcenam prodiit elegantiſſima SCHROECKII Muſa, nec, qui perverſi multorum noſtræ ætatis hominum mores ſunt, eo doctiorem ſe putabat, quo audaciorem ſe in corradendis aliorum obſervationibus & oſtentando alienis plumis ingenio ſe præberet, quo plura, ſi non apte ſcriberet, ederet tamen utcunque in vulgus protruſa & centonis inſtar conſuta, modo Polygraphi nomen acquireret; illud enim uti à modeſtia & virtute Noſtri erat alieniſſimum, ita eruditioni ejus, ſolida tantum ſectanti, & domi abunde habenti, unde rem literariam egregie & cum laude juvaret, adverſabatur quam maxime Sed fatis & Collegis ita volentibus, & honore Collegii Medici Auguſtani poſcente non ad leve ſcriptionis genus, ſed ad argumentum gra-

viſſimum & refrenandum hoſtem, uti impune & jactanter hactenus graſſantem, ita rei Medicæ apud Auguſtanos ignominiam & invidiam conflare conatum, immo plerisque ex ſilentio Auguſtanorum Medicorum magni habitum, ſe accinxit. *Joannem Zwelferum*, Palatinum, Medicum Viennenſem indigitari, nemo in Hiſtoria literaria Medicorum tam jejunus hoſpes eſt, ut ignoret. Is enim, neſcio quo animo, (invido certe & dicaci inſolentiora ejus ſubinde verba & ſcribendi ratio prodit) Pharmacopœiæ Auguſtanæ à celeberrimo *Adolpho Occone III.* primum editæ & à ſucceſſoribus, imprimis magni nominis & experientiæ Medico *Raymundo Minderero* emendatæ & auctæ, & in plerisque S. Rom. Imperii locis, ditionibus & urbibus, immo in exterorum quoque regionibus hactenus pro norma rei pharmaceuticæ habitæ & uſurpatæ refutationem, correctionem & temerariam emendationem ſuperbo ſatis & præfidenti animo auſus, *Animadverſionem in Pharmacopœiam Auguſtanam ejusque mantiſſam, ſive Pharmacopœiam Auguſtanam reformatam, Norimbergæ* 1652. *fol.* edidit, & in altera editione, quæ 1657. lucem vidit, appendicem addidit. Cui ſcriptori, cetera

non

non indocto, ſi id conſtitutum fuiſſet, ut opinionis & chymicæ Θεωρίας ſuæ rationes exponeret, dubia propelleret, & quæ a ſua ſententia diſcedebant, modeſte examinaret, tantum abeſt, ut id Medicis Auguſtanis diſplicuiſſet, ut ſine dubio laudem multam iſto pariter labore atque *pharmacopœia regia*, qua medicamentorum novam conficiendi rationem oſtendiſſe ſibi viſus eſt, ab eis atque univerſo orbe erudito reportaviſſet. Sed alia erat mens Zwelferi, qui ſua non cum laude edita & egregie, ſi Diis placet, commendata putabat, niſi cuncta bile & amaritudine conſpergeret, manes Virorum ſum̃a laude inclytorum conſpurcaret, in eorum cineres mingeret, & Auguſtani Diſpenſatorii famam, per integrum ſeculum ſancte conſervatam, conviciis inquinaret & proſcinderet. Noluit tamen Collegium Medicum cum homine non aliam litis cauſam & finem ſibi ſtatuente; quam ut ignobili pugnæ genere gloriæ Medicorum Auguſtanorum detraheret, contentionis ſerram reciprocare, ſed aut ad meliorem mentem eum rediturum, aut ſua ſe impudentia & canina dicacitate peremturum apud idoneos æquosque judices ſperavit: unde rara patientia ſilentio ejus inſolentiam

 ſup-

ſuppreſſit, & digna tantis viris modeſtia tam atroces injurias patienti devoravit animo. Quæ tantum abeſt, ut Zwelferi animum ad modeſtiam compulerint, ut potius in ultima Operum editione vehementes ſatis injurias in inclytum illud Medicorum Collegium iterum evomuerit, quo quoque animo tandem non expectato reſponſo ad plures antagoniſta abiit. Quæ omnia eo magis tolerabant, & patienter negligebant Viri optimi, quod, ne mortuo leoni inſultare viderentur, ſi ad imputationes & criminationes hujusmodi reſponderent, metuebant. Cum vero non eruditi tantum viri hactenus iſtud ſilentium improbaviſſent, ſed & Seplaſiarii & Pharmacopolæ eam ſibi ex modeſtia & patientia Auguſtanorum Medicorum audaciam ſumpſiſſent, quam lectis ipſorum libellis συλιτευτικοῖς merito mireris, & de quorum impudentia prolixiorem narrationem & arcanam hiſtoriam *in ſpecimine Hiſtoriæ literariæ Medicorum Auguſtanorum* exhibui, (quod, ubi editum fuerit, cum hisce comparare, & ita integram controverſiæ hiſtoriam perſpicere, nec injucundum nec inutile fore puto;) cumque injuriarum & ſcriptillantium pruritus nec modus nec finis eſſet, & varia

quoque

quoque affingerentur venerando Medicorum Collegio, quæ intolerabilia prorſus erant, immo ὑπερασπίστης, *Schmùzius* quidam, indecoro pugnæ genere, Collegio Medico, cujus partes ſe tueri crediderat, labem inſulsa ſcriptione aſpergere videretur, permovit tandem in venerandos majorum cineres pietas, erga veritatem amor, erga Collegas honor excellentiſſimum SCHROECKIVM Noſtrum, ut ad apologiam ſe accingeret, & expenſis atque ad trutinam rationis & experientiæ examinatis Zwelferi & aſſeclarum objectionibus egregias vindicias libri præſtantiſſimi pararet, quas conſenſu collegarum, etſi inter eos ætate & auctoritate minor, in *Pharmacopœia Auguſtana reſtituta, ſive examine animadverſionum in Diſpenſatorium Auguſtanum ejusdemque mantiſſam Hermeticam Joannis Zwelferi, Palatini,* in patria anno 1673. 4. edidit. Non narrabo vel contenta libri vel ſcribendi rationem, dicto loco pluribus a me expoſitam, & in ipſo libro paſſim obvio videndam, cum non Hiſtoria literaria, ſed elogium tantum illuſtris Viri dandum ſit: illud tamen præteriri non debet, ita ſe in prolixa iſta Apologia geſſiſſe SCHROECKIVM, ut neque eruditionis accurationem, neque experientiæ

rientiæ certitudinem, neque dictionis nitorem, neque modeſtiæ ſingularis ſpecimina jure quis deſideret, & ita debellati fuerint adverſarii, ut propriis telis jugulati non invenerint, quid reponerent, præter ſarcasmos, & turpia verba & calumnias, quas humaniſſima ſcribendi & tractandi ratio Schroeckiana haud aliter, ac ſolis radii inſectorum genera quævis, præter culpam ſuam provocavit. Iterum enim in ſcenam prorepens emendicatus *Mulleri* Pharmacopœi Viennenſis calamus, qui ſe umbræ Zwelferianæ paraſtatam venditabat, vel potius *Spaenholzius* quidam, qui *Philonis Naſturtii* nomen mentitus fuerat, non Schmuzio tantum, ſed SCHROECKIO quoque canina prorſus rabie & inhumana dicacitate reſpondit. Fruſtra hic quæres argumentorum pondera, objectionum ſolutiones, luculentiora rerum controverſarum lumina, ſed miſerabile convitiorum & verborum male cohærentium chaos, quod qui ſine nauſea & ſtomacho legerit, næ is omnem ſenſum exuiſſe cenſendus eſt. Ad quos tamen miſeri homuncionis thraſonismos pauciſſimis & ita reſpondit illuſtris Pharmacopœiæ Auguſtanæ Defenſor, ut invictam ejus patientiam non minus quam elegantem eruditionem admi-

admirandam propinaverit in *Ejuſdem defenſione*, Auguſtæ 1675. editæ: aſt paucorum foliorum iſta reſponſio fuit, prolixiorem enim cum ejus generis hominibus nec ſibi decorum nec rei Medicæ utile & honeſtum judicavit, memor illius Senecæ: *Noli congredi cum imperitis. Nolunt diſcere, quæ nunquam didicerunt.* Prolixiorem tamen tractationem requirebant alia, quæ celebris nominis Medicus *Fridericus Hoffmannus* in *clave Pharmaceutica Schrœderiana* protulerat dubia; qui quod modeſtia & eruditione tinxerat calamum, & Zwelferi partes moderate ſuſceperat, talem expertus eſt Noſtrum, ut pateret, non cum inſulſis tantum, ſed & cum Viris doctis congredi noſſe SCHROECKIUM; dubiumque eſſet, utrum plus honoris afferret, hunc in modum vinci vel vincere? Et ita quidem invictus in arena ſtetit, & cum pharmacopoeia aliquoties ejus cura, anno ſcilicet 1684. 1694. 1710. aucta & emendata, perpetuam honoris atque famæ conſervavit integritatem.

Alterum, quod luci eruditorum publicæ expoſuit ſcriptum SCHROECKIUS, fata non ſibi tantum, ſed & orbi literario nimis maturo obitu erepti & poſt funera deſidera-

ſideratiſſimi Avunculi, *Georgii Hieronymi Welſchii*, Medici Auguſtani, & in S. R. J. Societate Naturæ Curioſorum dicti Neſtoris, & Noſtri in eum poſtulabant pietas. Quia enim ipſe Vir doctiſſimus, cujus ſcripta raram & inſolitam eruditionem ſpirantia æternum Auguſtæ orbisque literati ornamentum erunt, exorſam vitæ ſuæ conſcribendæ telam, mortis telo præventus pertexere non potuerat, Noſtèr non tantum privato affectu Avunculo, Compatri, Medico, Collegæ, Compatriotæ monumentum erat poſiturus, ſed ex Academiæ Naturæ Curioſorum inſtituto memoriam tam celebris membri commendaturus. Id quod etiam factum, edita 1678. *Memoria Welſchiana* ſive *hiſtoria vitæ ejus*, in qua non de vitæ tantum ejus ratione, eruditione, honoribus, Amicis, & quæ alia ſunt, quæ eruditis honorifica eſſe ſolent, ſed & de ſcriptis tum effectis tum affectis, quorum numerum & argumentorum ſingularem raritatem merito ſtupeas, luculenter diſſerit, nobili eoque egregio exemplo, qua ratione ejusmodi biographiæ ſint conſcribendæ, dignusque, cui tot nominibus meritus tribuatur honos, in tanto per duo ſecula Auguſtanorum eruditorum numero admodum

modum rarus, & neſcio quo, pene dixeram ingrato, animo inſolitus à B. Spizelio demum ex exilio quaſi revocatus. Sed hæc obiter. Quia vero Noſtro neceſſitudinis & amicitiæ jure ex ultima voluntate Welſchii opera quædam ejus ἀνέκδοτα in manus venerant, noluit ea ſupprimere, ſed deſideriis & iteratis votis eruditorum ſatisfacturus, primo quidem *Methodum medendi Waleo-Welſchianam* anno 1679. & altero anno *Ejusdem Curationum propriarum & conſiliorum Medicorum Decades X.* edidit; de quibus, cum in vita Welſchii & in præmiſſis præfationibus plura ipſe dixerit Noſter, ea huc non transferam, niſi hoc unum addidero, ſtupendam quoque SCHROECKII in his operibus edendis fuiſſe diligentiam & inexpugnabile non ſuis tantum, ſed aliorum quoque obſervationibus rem Medicam & literariam juvandi ſtudium, qui tot aureas in deſcribendo ſummo faſtidio MSC. horas utilitati lectoris dicavit, ut ipſe in præfatione innuit.

Plura vero & majora præſtitit nobile SCHROECKII ingenium in edendis *Joannis Hellwigii*, Philoſophiæ & Medicinæ Doctoris, Phyſicique Ratisbonenſis celeberrimi *obſervationibus Phyſico-Medicis*. Quas cum

cum poſt funera Auctoris nactus eſſet immortalis nominis Medicus *Jo. Georgius Volckamerus*, Archiater Noricus, transmiſit Welſchio, ut ederentur, & hoc quoque fatis functo, SCHROECKIO comendavit, ut & typis exſcribi curaret, &, ubi videretur, ſcholiis adaugeret. Id quod mira felicitate ita præſtitit, ut mirabile & lectu jucundiſſimum ſit, occaſione obſervationum Hellwigianarum tot adnotationes enaſci doctiſſimas, tot virorum celeberrimorum exponi cogitationes, tot ſingularia afferri rerum inuſitatarum momenta, unde varia & multiplex Schroeckiana eruditio latiſſime ſe demonſtravit. Quod tamen hanc laudem longe ſuperat, meo quidem judicio, inæſtimabilis ſentiendi & philoſophandi libertas eſt, qua divinum Podalirii Noſtri ingenium uſum eſt. Uti enim in omni philoſophia, cujus partem nobilem Medicinam conſtituunt, quicunque recte rationes inire norunt, nihil veritati magis officit, quam præjudicia auctoritatis & antiquitatis, quæ ſcilicet incrementis ſtudii medici tantopere hactenus obſtitere, ita Noſtrum regiam hanc viam ingreſſum, feliciſſime has cautes & ſyrtes ſuperaviſſe tum ipſa Scholiorum Hellwigianis obſervationi-

vationibus additorum lectio, tum confeſſio præfantis innuit, fatentis, *ſe in libera natum & innutritum Republica, artium quoque ipſo nomine liberalium eſſe ſtudioſum, qui abſque alterius injuria, ea in temporum felicitate, qua, quid ſentiamus, libere edicere licet, ſuum non minus animi ſenſum libere exponere voluerit.* Quæ uti egregia, & juſto, quod ajunt, guſtu veræ philoſophiæ plena ſunt, ita in tanto viro imitationem oppido merentur.

Tandem ad plenam, quam ab annis quatuordecim inceperat, concinnandam *Moſchi hiſtoriam* animum adjiciens, eandem ad leges Academiæ Naturæ Curioſorum elaboratam, anno 1682. 4. publicæ luci expoſuit. In ea de Moſchi nomine, origine, & variantibus auctorum ſententiis, de animali moſchifero ejusque folliculo locoque natali: de Moſcho adulterino veroque, ejusque [illegible]ura, qualitatibus, incommodis, virtuti[illegible] omni fere morborum genere, [illegible]ſchi, medicamentis Moſchatis, u[illegible] Moſchi ſacro, politico, œconomico, coſmetico, emblematico, deque rebus naturalibus moſchatis, tanta eruditione, variæ lectionis copia per auctorum veterum & recentiorum latifundia ſe dif-

fundente, tanto imprimis philologiæ curioſæ præſidio differit, ut impius & ab omni ſolidioris eruditionis ſenſu remotus ſit oporteat, qui non Magni Volckameri judicio ſubſcribat, ita de hoc libro canenti:

Dum tractat manibus, Moſchum dum Schroeckius edit,
En! tibi divino tinxit odore librum.

& *Georgii Franci*:

Nil tibi corporei eſt, ſis ſpiritus omnis, oportet;
Nam tua vis replet Solis utramque domum.

Incidebant biennio poſt Secularia Collegii Medici, quod ſcilicet V. A. *Lucæ Stenglini* potiſſimum cura, auſpicio vero illuſtris Senatus Auguſtani anno 1682. erectum ſumma cum laude hactenus floruerat. Cujus memoriam ut ipſe quoque celebraret, edidit hoc anno. 1682. *Hygeam Auguſtanam*, ſive memoriam ſecularem Collegii Medici Auguſtani, inque ea non hiſtoriam tantum ejus & virorum celeberrimorum, qui

qui Auguſtæ floruerunt, in artem ſalutarem merita, ſed ipſius quoque inclytæ Reipublicæ in divinam hanc artem benevolentiam & ſtudium elegantiſſime expoſuit, magnamque eo nomine gratiam, tum ab illuſtribus Reipublicæ proceribus, tum ab ipſis Collegii Medici membris iniit, quam multum auxit, cum Collegii Medici nomine biennio poſt anno ſc. 1684. novam eamque multum auctam *pharmacopœiæ Auguſtanæ* editionem pararet, de qua ſupra me dixiſſe memini, otioſe hic non repetenda.

Nondum vero hic indefeſſi & vere ænei ingenii Schroeckiani laborum publicorum finis eſt, ſed enumerandæ jam eſſent tot obſervationes doctiſſimæ, ſummaque eruditione refertæ, quas *miſcellaneis Academiæ Naturæ curioſorum* ſingulis annorum Decuriis inſeruit: adjiciendaque doctiſſima Scholia, quæ aliorum quoque lucubrationibus, ex quo Ephemeridum Director, & poſtea Academiæ Præſes creatus erat, addidit: Verum cum hæc ſcriptionis hujus limites excedant, & ex præfixis auctorum indicibus facile colligi queant, ad iſta quidem non deſcendo, id unum annotaſſe contentus, tantam in iis tamque ſingu-

larem emicare, eruditionem, ut meritiſſimam honorum ſummorum viam ei mature ſtraverint, largisque laudis & famæ corollis cumulaverint.

Honores. Patuit ea Noſtro, cum eruditionis præſtantiſſimæ datorumque de ea ſpeciminum, memor illuſtris Academiæ Naturæ curioſorum Præſes, inter ſocios eum, conſueto diplomate exhibito, anno 1677. reciperet, *Celſi* addito cognomine Societatisque teſſera. Nec incommode præterque rem hoc ei nomen eveniſſe cenſeo, qui non ſolum ingenium monſtrabat excelſum, & ad magna & ardua enatum, cui illud Curtii incitamento ſemper erat: *nihil tam alte naturam conſtituiſſe, quo virtus non poſſit eniti*: Sed qui rei medicæ experientia famigeratiſſimum quoque inter Latinos Medicum Celſum non æquabat modo, verum etiam, quæ noſtrorum temporum eſt felicitas & artis perfectio, ſuperabat. Id quod ſumma ſedulitatis & doctrinæ raritate in promovenda, juxta nobile illud inſtitutum, re literaria Medicinæ comparavit, exhibitis frequentibus obſervationibus rariſſimis, immo, quod ſupra audivimus, libris quoque, juxta normam ab eo præſcriptam, doctiſſime

ela-

elaboratis. Quibus artibus cum ſibi magnam ubique famam cum apud Germanos, tum apud exteros conciliaſſet, & perſpectiſſima omnibus eſſet ejus eruditio, ad alia quoque Orbis literati decora aditum invenit. Anno enim 1678. Patavinorum Academiæ, quæ *Recuperatorum* nomen ſibi ſumſit, à Præſide ſummi nominis Medico *Carolo Patino*, qui Noſtrum impenſe diligebat, & frequens cum eo inſtituebat literarium commercium, adſcriptus eſt; quam poſtea, anno ſcilicet 1701. *Academia Phyſicocritica*, & *Romanorum Colonia Phyſicocriticorum* ſecuta eſt, magnum honorem & ornamentum ex tam nobili tamque claro membro non inanibus votis captantes. Verum & Germania meritorum ejus grate memor, inque augendis ejus honoribus minime ſegnior, de evehendo Schrœckiano nomine admodum fuit ſollicita. Anno enim 1681. ſplendidiſſimo Academiæ Naturæ Curioſorum Præſidi, plaudentibus Collegis, *adjunctus*, & anno 1685. *Ephemeridum* quoque *Director* nominatus eſt, quod talis eſſet Noſtri eruditio, ut non melius aptiusque iſtud munus, quod & ſingularem induſtriam, & literaturæ, quam dicunt, elegantioris haud vulgarem cognitionem

requirit, alii committeretur, fatente in diplomate ipſo Præſide. Ex quo tempore quoque Noſter non indefeſſo tantum ſtudio, in tanta, qua utebatur, clinicæ praxeos frequentia, in opus hoc incubuit, ut elegantiſſime & ornatiſſime ſemper in publicum prodiret, ſed & tot doctiſſimis obſervationes Scholiis paſſim auxit, ut haud exiguam illa libri partem ſibi vindicent. Verum & hæc occaſio fuit literarium commercium cum plurimis ſummæque famæ & celebritatis Medicis ineundi, ita ut fere ſpondere auſim, vix eſſe Medicum alicujus famæ ſcriptisque clarum, à quo non epiſtolas acceperit Noſter, vel ad eum miſerit: nec excitabo nomina ex Ephemeridibus ab eo tempore, quo earum dirigendarum curam ſuſcepit, facile colligenda. Illud tamen merito dolemus, vix ſupereſſe ſpem, ut tantus theſaurus Epiſtolicus lucem unquam videat, cum voluntas Viri Summi obſtare videatur. Ut tamen pateat, quo loco exteri quoque Noſtrum habuerint, unam addo, quæ forte fortuna in manus meas devenit, epiſtolam, & ſua elegantia & ſcribentis nomine rariori exemplo commendabilem, quam ſcilicet elegantiſſimi ingenii femina, *Carola Catharina Patina*, patris

deſi-

deſideratiſſimi difficilem obſcurumque morbum & ſecutam eum mortem ſignificavit, & medicam anatomicamque ejus morbi hiſtoriam, Polypum aortæ revelantem, transmiſit, quam quoque SCHROECKIVS *Ephemeridibus Dec. III. ann. I. in appendice p.* 87. *ſeqq.* una cum epiſtola medica, quæ obſcuriſſimam morbi cauſam præſagiverat, inſeruit, Virginem iſtam eruditione virtutumque ornamentis nobiliſſimam vere prædicans. Ita vero illa:

Illuſtriſſimo Viro Domino

D. LVCAE SCROCIO

Archiatro Ceſareo

Carola Catharina Patina S.

POſtquam parens optimus quinque menſium ſpatio ſæviſſima & obſcuriſſima ægritudine conflictatus fuerit, die decima Octobris poſt repetitos validiſſimæ orthopneæ inſultus apnoïcus occubuit. „ Anatomicam hiſtoriam haud ſine lacri-„

 mis

„mis perlegendam tuæ curioſitati ſeu do-
„lori potius ſubjicere putarem, cum ſciam,
„quanta jucunditate ipſius amicitiam exco-
„lueris. Angebatur parens optimus morbi
„potius obſcuritate, quam ſævitia, & pu-
„debat Medicum in Medicinæ emporio
„ignoto ære, quo ſibi mortem compara-
„ret, è vivis diſcedere. Culter anatomi-
„cus D. Alexandri Macopii ipſi addictiſſi-
„mi, qui ſæpe de detecto morbo voce &
„ſcriptis philoſophabatur, veritatem denu-
„davit. Mæſtiſſimam me ſupervivere, Ti-
„bi haud dubium erit, nec alio levamine
„profligabitur dolor, niſi in me eadem
„benevolentia, qua patrem meum proſe-
„quebaris, derivata, quam ditiſſimam hæ-
„reditatem, Te quamdiu ſuperſtite, mihi
„fata largiantur. Vale Vir Ornatiſſime, mi-
„hique & familiæ noſtræ favere perge. Scr.
„Patavii, lacrimis potius, quam atramento,
„die 23. Octobris 1693.

Multo tamen majores parabantur hono-
res Noſtro à Summo Imperii Monarcha, LEOPOLDO I. glorioſiſſimæ memoriæ, rerum Germanicarum ſupremo arbitro. Qui Auguſtiſſimus Imperator uti clementia prorſus ſingulari & æternis laudibus decantanda in bonas literas ferebatur, ita propen-

ſiſſimo

ſiſſimo quoque affectu tam nobile, famæque Germaniæ multum decus concilians Collegium atque inſtitutum proſecutus eſt, quo illud in tutelam Sacri Romani Imperii recepit, & Præſidem pariter atque Ephemeridum Directorem S. R. J. nobilium numero adſcripſit, Comitum Palatii Sacri Lateranenſis axiomate & Cæſareæ perſonæ Medicorum honore auxit, & alia privilegia conceſſit, tanto Imperatore digniſſima, quæ ipſe Noſter in *Hiſtorica continuatione progreſſus Academiæ Leopoldinæ Imperialis Naturæ Curioſorum Dec. II. ann.* 88. adductis diplomatibus Cæſareis, pluribus enarrat. Quo honore mactatus SCHROECKIVS, aureo quoque numo, Sacram Imperatoris imaginem referente, confirmato, eo non ad efferendam animi ſuperbiam, à qua tantopere abhorrebat, ſed ad promovendas bonas literas uſus eſt. Quo factum, ut, cum Volckamero è vivis ſublato, Præſidis illuſtre munus vacaret, excelſum hoc honoris faſtigium unanimi membrorum conſenſu, approbante electionem Auguſtiſſimo Imperatore, ad SCHROECKIVM devolveretur, cui ab anno 1693. per triginta atque ſex annos tanta accuratione præfuit, ut non minus gloriæ ab eo illuſtris Aca-

demia, quam Ipſe ab ejus præſidio conſequeretur.

Tam effuſis itaque cum proſequerentur honoribus Noſtrum exteri, ſummusque Germaniæ Monarcha, impietatis plane accuſanda fuiſſet patria, niſi & ipſa, quantum poſſet, tantum Vrbis ſuæ atque civium ornamentum evexiſſet; Verum nec ea parcior in hac re fuit. Ut enim taceam Decani Collegii Medci munere eum prima quidem vice 1683. & per vitam ſepties, inſolito hactenus apud Auguſtanos exemplo, ſumma cum laude fuiſſe functum, anno inſuper 1712. propter ſumma in rem Medicam merita Secretioris Senatus decreto & juſſu Phyſicus primarius, Collegii Medici Vicarius, & officinarum Pharmaceuticarum Viſitator perpetuus conſtitutus eſt, tam felici ſucceſſu Patrum electionem approbante, ut ſero licet funere humanis rebus, hisque muneribus ereptus, impatientiſſimum tamen diligentiæ, doctrinæ, fidei vigilantiæque curæque deſiderium apud omnes relinqueret.

Vita privata. Talis erat, Amiciſſime SCHELHORNI, illuſtris SCHROECKIVS, ſi ejus vitæ in theatro Orbis eruditi actæ hiſtoriam ſpectes: ad privatas

ejus

ejus circumſtantias quod attinet, matrimonium iniit an. 1678. die 18. Maji cum Virgine omnibus virtutis & laudis ornamentis conſpicua, *Anna Catharina Pfanzeltia*, Viri Nobiliſſimi *Porphyrii Pfanzeltii*, mercatoris famigeratiſſimi, filia, qua cum dulce quidem & amicum expertus eſt conjugium, verum non admodum fœcundum, quippe ex quo non niſi unius filii, præmaturo fato poſt annum iterum erepti, pater factus eſt, quam tamen orbitatem doctiſſimis ingenii fœtibus Noſter ſolatus eſt, ita ut deficiente SCHROECKIANI ſanguinis ſobole, non deſint tamen filii literarii, libros puto ſumma arte ab eo elaboratos.

Mores.

Ceterum nec mores ejus privati hic tacendi ſunt, quibus ſcilicet non minus, quam eruditione ſe fecit commendatiſſimum. Elucescebat enim in eo rara & ab omni fuco remota pietas, quæ etſi ab omni ſpecie & oſtentatione vehementer abhorrebat, radios tamen per totam Urbem ſparſit, ita ut non minus exemplo, quam colloquiis multos inſtrueret, & ad paria audenda excitaret. Uſus enim naturalium rerum cognitione ad deprædicandam opificis ſapientiam, toties infinitæ Majeſtatis adoravit veſtigia, quoties

quoties novas de rebus naturalibus faciebat obſervationes, vel ægrotos mortis faucibus eripiebat. Facile ex his, quæ veritate dictante & tota civitate Auguſta teſte ſcribo, colligere licet, poſito hoc fundamento totum virtutum chorum in Illuſtri viro emicuiſſe, quippe cui nec morum ſanctitas & vitæ innocentia, nec frugalis & ſobria vivendi ratio etiam inter affluentes opes, nec reverentia erga Superiores, nec ſuavitas vivendi & converſandi, nec fidelitas amicitiæ, nec amor pacis & tranquillitas, nec beneficentia erga pauperes ullo modo deeſſent, in quibus omnibus, ſecundum Symboli ſui argumentum, *nunquam* erat *otioſus*. Tam nobile itaque literati orbis, & imprimis patriæ Auguaſtnæ ſidus ſero omnino occidere par erat, & in votis habebatur ab omnibus. Annuit divina gratia, quæ Orbi erudito præſidium, patriæ ornamentum, ægris ſolatium rara annorum diuturnitate concedebat. Quam divini Numinis in ætate provectiore benevolentiam uti Noſter Medica diætæ ratione, cum quoad animum, tum quoad corpus maxime adjuvit, ita beneficium hoc gratiſſimo agnovit animo. Nec tamen ita rerum humana-

Obitus.

manarum, quæ fluxæ & caducæ ſunt, amore capiebatur, ut cœleſtia non appeteret, nec honoribus & divitiis inter Mortales pertæſus, æterna faſtigia & duraturos theſauros anhelaret. Ad hos enim fines ſenectutis imprimis tempora deſtinaverat, & virium decrementa, animi incrementa & itineris feliciſſimi præparationem eſſe voluerat. Qua de re ipſa magis Viri Maximi, quam mea verba apponere liceat, ita ad me ſuperioris anni veris initio ſcribentis: Gravior hyemis præſentis ſtatus vi-„ res corporis mei, tot annis jam gravati, non „ parum debilitavit, capitisque vigorem di-„ minuit, ut de longiori vitæ productio-„ ne cogitare haud poſſim, immo nec deſi-„ derem, devotas ſimul gratiæ divinæ, quæ „ tot me beneficiis hactenus obruit, gratias „ agens. Quibus artibus bene præparatum, & in ſtatione ſummi Imperatoris vocem expectans pectus non potuit non ultimum iter feliciſſimis ingredi auſpiciis, ad quod ſcilicet tam ſollicite ſarcinulas hactenus convaſaverat. Cujus ingrediendi prænuntium ſe præbuit marasmus ſenilis, qui naturalem vigorem ſenſim enecabat; non ita tamen, ut non totus devotus DEO mira domeſticorum, quique eum viſitaverant,

ere-

erectione adhæreret. Qua animi præſen-tia & conſtantia, maxime vero devotione ſumma, & pia in DEI & Sàlvatoris gratiam & merita fiducia conſpicuus, animam tandem placidiſſima & beatiſſima analyſi reddidit creatori maximo die tertio Januarii anni hujus 1730. hora poſt meridiem nona, quartum ſupra octogeſimum annum agens, in quo vere impletum eſſe puto, quod dici ſolet: *Medicum oportere ſenem mori.* Ita quidem rebus terrenis ereptus eſt illuſtris SCHROECKIVS, plangunt Muſæ, dolet patria, lamentantur ægroti, ipſe tamen meliori ſui parte ſuperſtes, divinæ Academiæ Socius adſcriptus coram æternæ ſapientiæ throno inenarrabilia verba diſſerit, æternam interim nominis immortalis poſt ſe trahens nobisque relinquens fragrantiam. Quam in ultima voluntatis quoque ſuæ demonſtratione inſigniter auxit, variis legatis ad pias, quod dicunt, cauſas deſtinatis. Immo ut Orbi literario poſt cineres quoque & favillas prodeſſet, Bibliothecam quoque ſuam, optimis & præſtantiſſimis libris refertam, celeberrimæ Auguſtanæ Reip. Bibliothecæ Legato intulit, in qua tam diu de SCHROECKIANI Nominis & famæ celebritate loquetur, quam

diu

diu honos nomenque laudesque manebunt bonis literis.

Et hæc ſunt, Amice Jucundiſſime, quæ de tanto Viro, uti imperaſti, non tam copioſe & ex argumenti dignitate perſequi, quam inſubida potius & prærupta ſcriptione, qualem meam paupertatem noſti, delineare conſtitutum fuit. In qua tractatione, ſi vel Tu vel alii balbutientis offendentur infantia, dabit tamen gratiam & conciliabit benevolentiam argumenti nobilitas, & illuſtre SCHROECKII nomen.

II.

Jacobi Zimmermanni VINDICIARUM Exercitationis ſuæ de Atheiſmo Platonis (*)

PARS II.

Sect. XXIV.

HActenus ergo abunde docuimus, nulla perſpicua loca a *Cl. Gundlingio* allata eſſe, ad Syſtema ſuum defendendum. Videamus jam utrum alia argumenta in promtu habeat, quibus ſuam ſententiam tueri poſſit. *Sect. VIII. Differt. ſuæ* incipit ſyſtematis ſui ponere fundamenta; omnia huc

(*) B. Lector facile deprehendet, diſſertationem hanc apologeticam, vivo adhuc & ſpirante Cl Gundlingio, ab Auctore conſcriptam. Cum enim jam ad prelum parata eſſet, fama ad ipſum delata eſt, Illuſtrem Virum ad plures abiiſſe. Hæſitabat igitur, utrum illam luci publicæ expoſiturus eſſet, nec ne

huc redeunt: Materiam Platonis ſecundum me eſſe æternam, minime a Deo e nihilo creatam, eandem ab æterno fuiſſe in confuſo motu; motum autem materiam non habere a ſe, non item a Deo creatum, neceſſario igitur ad emanationem confugiendum; ubi autem emanatio, ibi fluxum locum habere, materiam igitur a Deo ab æterno emanaſſe. Hæc ſequentibus theſibus identidem repetit, atque ad ea tanquam principia mathematica provocat. Sed tota illa ſuppoſitio falſa mihi videtur. Confundit enim perpetim *quæſtionem juris* cum *quæſtione facti. Quæſtio inter Cl. Virum & me hæc eſt: Utrum Plato Spinozæ ſententiæ addictus fuerit, nec ne?* aſſerit ipſe, ego nego. Provocamus ergo jure ad teſtimo-

ne, verebatur, ne quibusdam mortuo Leoni inſultare, uti proverbium habet, videretur. Cum autem amici, quibus multum tribuit Auctor diſſertationis, monerent, apologiam iſtam, ad illuſtrationem hujus thematis, aliquid conferre poſſe, deſiderio illorum ſatisfacere voluit. Quod ſi beati Viri admiratores putent, verbum aliquod duriuſculum Apologetæ excidiſſe, illud non dictum quam maxime vellet, ſimul tamen rogat, ut illi, qui manes ejus venerantur, velificationem B. Viri legant diligenter, antequam apologeticâ hâc diſſertatione acerbius, quam par eſſet, exceptum eſſe Defunctum, judicent.

nia, ex quibus ſententiam Platonis cognoſcere licet. Adduxit ille duo loca, quibus probare voluit, materiam e ſinu Dei propulſam. Ego non ſolum directè alia huic ſententiæ oppoſita adduxi teſtimonia; Sed oſtendi etiam, illa ipſa ex Philebo & Locro adducta prorſus nihil probare. Exiſtumo autem, in explicatione veterum perſpicuis teſtimoniis inſiſtendum eſſe, ſive illa vera vel falſa, noſtram ſententiam confirmatura, aut ſubverſura. *Tota* autem *moles ratiocinationum Gundlingii* ex *meris conjecturis* & *conſequentiis conſtat*. Abſurdum eſt, inquit, Platonem materiam æternam per ſe ſubſiſtentem, confuſe motam crediſſe. Ita eſt. Sed num ideo ſequitur: Ergo Plato id non profeſſus eſt? ergo clariſſima teſtimonia neganda, aut alium in ſenſum torquenda? cedo conſequentiam. *Non enim quæritur, quid ſentire debuerit, aut quomodo potuerit ratiocinari*, ſed *quid ſenſerit*? ab hac quæſtione ſi diſcedimus, *meræ ſurgent tenebræ. Hierocles* aliique inter veteres agnoverunt, abſurdum eſſe, materiam aliquam ſtatuere æternam, hinc nimiò tandem amore *Platonis abreptus Hierocles* adſeruit, *Platonem creationem* materiæ é nihilo profeſſum. Sed vapulavit ille. Quare? quia

quia, quid dicere debuiſſet Plato, oſtendit, non item quid ſenſerit. Si ad Spinozæ Syſtema oculos mentis convertamus, non minores difficultates occurrunt, ſed errorum monſtra. Quid ergo faciendum? meâ opinione, poſitis omnibus præjudicatis opinionibus, legendus ipſe *Plato*, neque unus aut alter locus evolvendus, ſed totius Syſtematis nexus, quantum fieri poteſt, introſpiciendus, & tum demum quid ſenſerit, verum an falſum, abſurdum vel ſolidum, dicendum. Hoc pro viribus præſtiti, *apertiſſimaque adduxi loca*, quibus probatur, Platonem materiam æternam a Deo prorſus diverſam, nullo modo conjunctam agnoviſſe. Sed fluxionis materiæ e Deo nullum eſt veſtigium. Num autem propter motum materiæ, quem Plato in materia illa indigeſta ſupponebat, contra evidentiſſima illa teſtimonia & nexum Syſtematis, aſſerendum eſt, fluxionis illius cauſam in Deo quærendam, Platonemque unicam ſubſtantiam agnoviſſe? non putaverim. Eadem ratione, ſi ita veteres interpretari liceat, probabo, Platonem Creationem e nihilo agnoviſſe. Exaggerandæ tantum erunt difficultates, quæ in Syſtemate duorum principiorum & Spinozæ locum

 habent,

habent, & adferenda quædam loca, quibus hoc probari videtur, & habebo, quod volo. Sed ita fruſtra me eſſe, omnes rerum æqui arbitri judicarent. Hinc puto, inutilem eſſe illam *quæſtionem* Sect. 10. alibique *toties totiesque* repetitam, quomodo materia a Deo moveri exornarique potuerit, ſi per ſe extiterit? quodnam jus habeat Deus in materiam? Neque enim ego abſurdæ ſententiæ a Platone aſſertæ explicationem dare vel poſſum, vel debeo. Si *D. Gundling.* interrogarem, quomodo admirabilis ille ordo a cauſa neceſſario agente ſecundum Spinozam exoriri potuerit? ſine dubio reſponderet, quæri, quid Spinoza ſenſerit, non item, quid ſtatuere debuerit. Sibi ergo habeat idem reſponſum. Nullus ex iis, qui abſurdum *Transſubſtantiationis* dogma defendunt, hoc σιδηρόξυλον explicare poteſt, nec minus tamen conſtanter defendunt. Sufficit igitur probaſſe, Platonem materiæ æternam ſubſiſtentiam probaſſe, licet, quâ ratione eam probare, aut cum aliis aſſertis conciliare potuerit, explicare non poſſimus. Hæc cum jam in diſſertat. mea dixiſſem, *D. Gundling.* Sect. 98. hanc meam reſponſionem *abſurdam* vocat, *& neſcire me leges veriſimilitudinis.* Sed ego pro mea ſimplici-

plicitate hactenus credidi, ſummum gradum veriſimilitudinis efficere *aperta teſtimonia*, in *quæſtione* nimirum *facti*. Utrum autem teſtimonia adtulerim perſpicua nec ne, aliorum, qui extra partes ſunt, judicium eſto. Neque enim, *addit D. G. omnes, quas nos cernimus oriri inde periculoſas concluſiones ex emanationum doctrina, comprehendit Plato.* Sed probandum primo, Platonem emanationem ex Deo ſtatuiſſe. Deinde majori jure eam reſponſionem meam facio. Ego non conjecturis, ſed argumentis probo, *Platonem* materiæ æternitatem agnoviſſe, & hoc poſito, ajo, fruſtra abſurditatem hujus dogmatis urgeri, quandoquidem omnes conſequentias inde orituras forſan non perſpexit. *Plato* ordinem univerſi contemplans, ſummum mundi Rectorem eſſe concluſit, dum autem ad materiam ſe convertit, creatio ex nihilo illum turbabat. Aſſeruit igitur, materiam eſſe æternam, de modo, quo Deus in eam ageret, aut quod jus in eam haberet, interea ſolicitus non erat. Exornata eſt ſecundum eum a Deo materia, ergo hoc fieri etiam potuiſſe concluſit. At *Chaldæi, inquit, Ægyptii, Pythagoras, Heraclitus, Socrates aliique* ἀπορρoίας *ſtatuerunt, hos ſecutus eſt Plato.*

At ego hæc omnia mihi probari vellem. Scio, *Heraclitum*, *Pythagoram* aliosque aſſeruiſſe, *materiam in perpetuo fluxu eſſe.* Sed materiam illam in perpetuo fluxu exiſtentem *ex Deo* tanquam *ſubſtantia corporea* emanaſſe, hoc inquam probari vellem. Scio, P. *Baylium* jam *ante Gundlingium* talia perhibuiſſe; ſed ſuo tempore oſtendam, non iis argumentis ſuperſtructam eſſe hanc aſſertionem, quæ veri amantem in adſenſum pertrahere poſſit. Sed pone, hos omnes *Spinozæ* ſententiæ addictos fuiſſe, tum quæſtio graviſſima ſupereſſet, utrum *Plato* hac in parte ab iis receſſerit nec ne? & ita denuo ad perſpicua loca Platonis omnis controverſia devolveretur. Cum autem hactenus e *Platone* perſpicue conſenſus ille cum *Spinoza* probari haud poſſit, jure adſero, eum in alia omnia iviſſe.

Sect. XXV.

Cl. Gundling Sect. XI. & *ſequentibus ingeminat, veteres quidem æternitatem materiæ profeſſos, ſed ſimul tamen eandem materiam fluidam ex eſſentia divina emanaſſe, perhibuiſſe.* Nullo autem cum hoc probet teſtimonio, opus non eſt, ut multis

huic

huic objectioni inhæream. Sect. *XVIII.* *& XIX. eandem cantilenam repetit, & rogat,* ut explicem, quomodo ergo materia æterna ordinari potuerit a Deo? quam poteſtatem habeat Deus in materiam æternam? unde motus ille confuſus materiæ? Sed ſupra ſatis reſpondi, ad has quæſtiones interrogandum eſſe Platonẽ ipſum. Probandum ſaltem, poſita illa materiæ æternitate, Deum tolli, aut unicam effici ſubſtantiam. Sect. XX. *denuo ad Ægyptios, Chaldæos &c. provocat* ἀποῤῥοίας *defendentes.* Novi, *Chaldæos* de *intellectualibus Sectionibus* & ἀποῤῥοίαις loqui, ſiquidem ſtandum eſt fragmentis illis, quæ reſtant. Sed earum nomine intellexiſſe *proprie dictum* aliquem *fluxum, partiumque divulſionem*, probandum eſſet. Materiam interim certo ſenſu ἀγέννητον & γεννητὸν dici poſſe, ſupra jam monui. Provocat ad *Stillingfleeti Orig. Sacr.* Lib. III. p. 846. in quo *Illuſtris* ille *Præſul* oſtendit, *Thaletis* ὕδωρ & *Platonis materiam confuſe motam idem eſſe.* Concedo hoc, ſed probetur, Thaletem dixiſſe, materiam illam, quam ὕδωρ, vocat, *e ſinu Dei per fluxionem emanaſſe.* Non quæritur enim, utrum Platonis materia æterna in perpetuo fuerit fluxu? ſed utrum ex divina Eſſentia Numinis

effluxerit? Vellem, ut Cl. *Gundling antecedentia etiam Stillingfleeti* perpendiſſet. Pag. enim 843. ex *Laertio docet, Aegyptios mundo originem dediſſe.* Pag. 845. teſtimonio *Plutarchi docet, Pythagoram duo principia* omnium rerum ποιητικον αἴτιον (ὅπερ ἐςὶ νȣς) & παθητικον καὶ ὑλικον, *agnoviſſe.* Sect. XXI. quærit, quomodo Dii illi, quorum mentionem facit *Plato in Timæo, orti ſint?* Dixi in *diſſert. mea,* deos illos eſſe Solem, Lunam, imo etiam Dæmones. Vocantur Θεοι γεννητοι. Quomodo *Platonis* Deus vaſtiſſima illa corpora exornare potuerit, dicam, quamprimum Cl. Vir mihi explicabit nexum, qui intercedit inter ſubſtantiam ſpiritualem & corpoream. Hoc ſcio, *Platonem* adſeruiſſe, Deos illos a mente nobiliſſima fuiſſe factos, & imperio ejus obnoxios. Sect. XXII. rurſum quærit, quid ſit *generari?* Dicam. *Plato,* ut ex *Timæo Locro* audivimus, materiam tanquam *matrem,* τον νȣν inſtar *Parentis alicujus conſideravit.* Quamprimum igitur Deus, tanquam *nobiliſſima mens,* aut νȣς *ipſe materiam* hactenus confuſam, *in ordinem redigit,* dicitur Platoni *mundus generari.* Quod ſi, miſſis hisce, urgere vellem vocem γεννᾶν, facillime probarem, potius ea denotari *creationem,* quam rei jam

exiſten-

exiſtentis productionem. Sect. XXIII. probare vult, animam mundi eſſe ἀποσπασμάτιον quoddam *eſſentiæ divinæ*. Provocat *ad locum Platonis, qui extat p.* 710. verſ. *Ficini; Eum autem attuliſſe, refutaſſe eſt.* Sonat autem ita. *Ille vero tam generatione, quam virtute priorem antiquioremque animam corpore conſtituit, utpote quæ obedienti corpori eſſet imperatura. Ex his videlicet, atque hoc pacto. Ex ea ſubſtantia, quæ individua & ſemper eadem ſimilisque eſt, & ex ea, quæ circa corpora dividua fit, tertiæ ſubſtantiæ ſpeciem commiſcuit mediam, quæ rurſus eſſet naturæ ipſius ejusdem, & naturæ ipſius alterius particeps, eamque per hæc mediam conſtituit inter individuam ſubſtantiam & eam, quæ circa corpus dividitur. Ea cum tria ſumpſiſſet, in unam ſpeciem omnia temperavit. Quid inde concludat Gundlingius*, audi. *Tali igitur modo infuſa eſt anima mundo toti, quæ Spiritus eſt divinitatis ipſeque Deus.* Sed quis non videt, nullum hujus *conſequentiæ veſtigium* in hoc loco eſſe? nimirum anima mundi ex re corporea & ſpirituali contemperata fuit a Deo, Ergo prodiit, vel emanavit e ſinu Dei, ut pars a toto. Quis dubitet? Ut nihil jam dicam, in ſequentibus *Platonem* aperte ſatis ſignificare, hanc *ani-*

*mam tanquam Creaturam** prorſus a Deo *diverſam*, ejusque obnoxiam Imperio conſiderandam. Pag. 711. verſ. Ficini ita loquitur. *Poſtquam igitur ſecundum Creatoris illius mentem tota animæ conſtitutio abſoluta fuit, mox omne corporeum intra ipſam affinxit, mediumque mediæ accomodans, apto modulamine copulavit*; & *paucis interjectis*: & *corpus quidem cœli ſpectabile factum eſt, anima vero oculorum effugit obtutum, rationis & modulaminis compos ab auctore ſuo omnium, quæ ſemper ſunt & ad intelligentiam pertinent optimo*, ipſa *quoque optima omnium, quæ genita ſunt, effecta.* Nemini ſane, niſi aliunde jam præconceptis opinionibus imbuto, in mentem veniet, hanc animam divinæ eſſentiæ partem eſſe, ab illa divulſam. (**)

Sect.

(*) Senſu Platonico.

(**) Perſpicue de hac materia loquitur Doctiſſimus Porphyrius περὶ ἀποχῆς pag. m. 80. ὁ μὲν πρῶτος θεὸς ἀσώματός τε ὢν καὶ ἀκίνητος καὶ ἀμέριστος, καὶ οὐδὲ ἔν τινι ὤν, οὔτε ἐνδεδεμένος εἰς ἑαυτὸν, χρῄζει οὐδενὸς τῶν ἔξωθεν, ὥσπερ εἴρηται. οὐ μὴν οὐδ' ἡ τοῦ κόσμου ψυχή. ἔχουσα μὲν τὸ τριχῆ διαστατὸν καὶ αὐτοκίνητον ἐκ φύσεως, προαιρουμένη δὲ πεφυκυῖα τοῦ καλῶς καὶ εὐτάκτως κινεῖσθαι καὶ κινεῖν τὸ σῶμα τοῦ κόσμου κατὰ τοὺς ἀρίστους λόγους. ἐνέδησε δὲ τὸ σῶμα εἰς ἑαυτὴν καὶ περιείληφε, καίπερ ἀσώματος οὖσα καὶ παντὸς πάθους ἀμέτοχος. i. e. Deus ſupremus incorporeus

Sect. XXVI.

Ut autem *Cl. Gundling.* per partes probet, tria illa principia Platonis Θεον, νȣν ſeu λογον, & animam mundi inter ſe conjuncta, & arctiſſimé materiæ alligata eſſe, Sect. XXIV. probare primo contendit, Ἰον νȣν, ſeu λογὸν Platonis progeniem eſſe Dei, ſeu effluxiſſe & emanaſſe a primo: *A ſummo Deo &* ἀνȣσιῳ inquit, *ſupraeſſentiali mens venit, ſicuti a mente illa anima mundi egreſſa eſt.* Et paucis interjectis ita argumentatur. *Aut mens illa & Opifex ſummus erit Deus, aut non. Si prius, ſat erit probaſſe, animam mundi eſſe decerptum iſtius, ſin ſubſtantia nova, cauſa ſane ejus erit, unum illud* ἀνȣσιον, *quod nominari ac percipi nequit. Si hoc, quomodo igitur orta eſt mens? utrum ex nihilo, an ex ſummo illo Divinitatis ſinu?* Provocat ad Philebum *Platonis* pag. 90. verſ. Ficini, *in quo*

reus cum ſit, & immobilis & indiviſibilis, nec in aliquo exiſtens, nec in ſe ipſum aſtrictus, nulla re, quæ extra illum eſt indiget, ut diximus: ſed nec anima mundi: triplicem quidem habens diviſibilitatem, & poteſtatem a natura ſeſe movendi, ita tamen ab eadem facta, ut eligat bene & ordinate moveri, & mundi prolem ſecundum rationes præſtantiſſimas concitare. Sibi autem corpus adſcivit, & circumdedit, licet incorporea ſit, & nullius paſſionis particeps.

in quo Socrates : τῇ δε γε ἐμῇ ζητήσει πεποριχως ἀποκρισιν, ὅτι ἐστι γενουσης τῶν παντων αἰτιου λεχθεντος τῶν τετταρων, ὧν ἦν ἡμιν ἓν τουτο *i. e. mea vero petitioni reſponſum porrigit, quod mens eſt progenies quadam ejus cauſa, qua cauſa dicitur omnium, quaque eſt ex quatuor iſtis, qua relata ſunt, unum quiddam. Ubi autem progenies*, ita concludit *D. G. ibi generatio, & generatio ſine effluentia concipi nequit, quia creatio ex nihilo vaneſcit. Reſp.* 1. *de* λογῳ ſeu ſecundo principio diverſimode ratiocinantur Plato & diſcipuli. *Aliquando* τον νουν tanquam aliquid per *ſe ſubſiſtens, aternum*, conſiderant, æque ac τὴν ὕλην ſeu materiam ; *aliquando* illam mentem, *originem ſuam* a Deo habere, gradibusque perfectionis tantum a primo Ente diſtinctam eſſe perhibent. *Aliquando Deo ſoli* Imperium in omnia adſcribunt ; Mox tamen λογον illum tanquam Parentem omnium, quæ κατα λογον facta ſunt, inducunt. Adeo ut tuto ex hiſce ratiocinari non liceat. 2. Ponamus autem cum D. G. τον νουν eſſe progeniem mentis divinæ, nondum inde ſequitur, ergo locum habet proprie dicta *effluxio* (*), *emanatio, partium a parti-*

(*) Quæ ſcilicet partium evolutionem & cum alio com-

partibus ſeparatio, de quo tamen quam maxime quæſtio eſt. Vocem γεννᾳν de rebus divinis uſurpat Plato, & ſine dubio locutus eſt de rebus, quarum perſpicuas notiones minime habebat: hoc certum, quod licet nonnunquam adſerat, difficile eſſe naturam Dei invenire, eum ἀνȣσιον, & ſupra omnes, uti in Scholis loquuntur, categorias evectum, *ſemper tamen intelligentis* & perfectiſſimæ naturæ Deum eſſe tueatur. In Timæo p. 528. ait: ȣ̓́τως δη πας ὀντως ἀει λογιςμος Θεȣ — λογιϑεις, *hæc omnis vere exiſtens ratiocinatio Dei — ratiocinata. In Epinomide* vero pag. 702. λογον adpellat, ubi de mundo, ὁν εταξε λογος ὁ παντων Θειοτατος ὁρατον, ut de aliis locis, quæ ſupra adtuli, nihil

communicationem, vi vocis proprie ſumtæ indicat. Talem enim emanationem, quæ materialitatem in Deo ſupponit, admiſiſſe & ſtatuiſſe Platonem, ſupponit ſemper V. C. non probat, niſi per circulum. Quod ſi vero emanatio ſenſu latiore ſumta, indicet tantum eſſentiæ communicationem, naturæ rei convenientem, & ita nihil amplius dicat, quam æternum Patrem ex ſe, modo ſpirituali produxiſſe Mentem, tunc admitti quidem iſta vox poteſt, cadunt vero objectiones D. Gundlingii, quia nec inde ulla in Deo materialitas, ut ita dicam, evincitur, nec eſſentiæ communicatio hypoſtaſin propriam αὐτὴν καθ' αὐτὴν, quæ Platonis locutio eſt, excludit: Certe ex mente Platonis excludere non poteſt.

hil dicam: at hoc poſito quæritur, quomodo generatio quædam in divinis locum habere poſſit ſine effluxione, & intellectualia ab intellectualibus oriri. 3. Igitur attendamus ad ipſam mentem noſtram, cum omnes noſtræ ratiocinationes de Deo repetitæ ſint ex iis, quæ in mente noſtra deprehendimus. Cognoſcimus autem naturam mentis noſtræ potius ex intimo quodam ſenſu, quam perſpicuâ notione animo obverſante. Idearum circa mentem perpetuus quidam fluxus, ſeu itus & reditus eſt; utrum illæ â mente oriantur nec ne, & quomodo inſint menti, prorſus ignoramus. Videntur quidem omnes ideæ ope voluntatis noſtræ, vel certe non ſine ea, progenerari, ſed quomodo intercedente voluntate illæ accedant, denuo neſcimus. Quod ſi jam ad Deum convertamus oculos mentis noſtræ, tanti Numinis Majeſtate animus abſorbetur. Quomodo mens illa nobiliſſima cogitet, imaginetur, ratiocinetur; quomodo omnium rerum præſentium, præteritarum, futurarum, contingentium, neceſſariarum, præſentiſſimas ſemper habeat notiônes, ignoramus. Neſcimus, quomodo poſitâ voluntate Dei, omnia & orta ſint, & conſerventur. Verbo,

natu-

naturam DEI introſpicere mortalium non eſt. Quem in finem, inquiet *D. Gundling.* hæc adferuntur? Dicam. Ex his ſequitur, nos prorſus neſcire, quomodo a Deo aliquid oriri poſſit, ſequitur, temerarium eſſe, definire, a Deo, & ex Deo, nihil oriri poſſe, quam per emanationem proprie dictam & fluxum. Mallem ego hac in parte meam confiteri ignorantiam. *Sed Plato*, ait, *tanquam Philoſophus hac explicare voluit.* At ego dico: primo, nos ignorare, quæ ad ſententiam ejus rite intelligendam facere poſſent, cum & ipſe & diſcipuli varié rem explicent. *Secundo* non Plato tantum, ſed & nos, qui meliora edocti ſumus, nihil hac in re certi poſſumus definire, ob rei ipſius obſcuritatem. *Theologi Chriſtiani* olim & nunc locuti ſunt *de æterna quadam generatione filii*, nemo tamen modum ſe explicare poſſe contendit. Dicet, hoc *myſterium eſſe.* Non nego; ſed nulla tamen proprie dicta emanatio, nullus fluxus locum habet, ſed intellectualis quædam, & ineffabilis, ſecundum eos generatio eſt. Non ignoramus, quid ſit alias generare, ſeu quid hoc vocabulo denotetur; ſed cum de divinis ſermo eſt, phraſes illæ rite rei, quam ignoramus, aptari

non

non poſſunt ; Plato quidem non tanquam myſteria cælitus revelata propoſuit, hactenus tamen res eodem recidit. Si enim vere putavit, λογον a Deo ortum, non magis rem illam explicare potuit, quam nos generationem æternam filii Dei. Debuiſſet, verum eſt, hæc tanquam Philoſophus perſpicue explicare aut tacere: ſed quis ignorat, non minus *Philoſophos* aliquando, quam alios *loqui de rebus, quas minime intelligunt.** *Quarto*: Quicquid tandem ſit de λόγῳ & ejus origine, nulla ratione probari poteſt, proprie dictam emanationem locum habere. Deus enim ex mente Platonis nunquam tanquam Ens aliquod extenſum, fluidum deſcribitur. Neque etiam vox γεννᾶν ultra modum hic urgeri poteſt. *Theologi Veteres* cum de *ineffabili myſterio Trinitatis* locuti ſunt, voce ἀπο῀ῤῥοιας frequenter uſi ſunt, diligenter tamen cavendum eſſe injunxerunt, ne lectores ſibi perſuadeant, *emanationem*

(*) Accedit, quod Plato ingenio quam judicio excellentior, ideas rerum claras & diſtinctas non tantum ſibi ipſi non formaverit, ſed & occultandi tam difficilem doctrinam ſtudio obſcurius ſubinde rem expreſſerit, ſibi ipſi quidem haud raro non conſtans ; unde ex hac re argumentum ſumi non poteſt.

tionem proprie ſic dictam locum habere. Juvat hoc teſtimoniis quibusdam probaſſe, quæ magno numero apud *Petavium*, *Huetium*, *Bullum*, inveniuntur. Athanaſ. Lib. de Decretis pag. 409. inquit: *Aliter ſe habet hominum generatio, aliter filius a Patre oritur. Etenim progenies hominum partes ſunt quodammodo gignentium. Quoniam natura ipſa corporum non eſt ſimplex, ſed fluida & ex partibus compoſita: effluuntque cum generant homines: & viciſſim, cum aluntur, cibi in eos & potus influunt, quam ob cauſam multorum per tempora filiorum Patres fiunt homines.* Ὁ δε Θεος, *inquit*, ἀμερης ὢν ἀμεριςως ἐςι, καὶ ἀπαθης τ8 ὑι8 πατηρ. ὄτε γὰρ ἀπορρὸη τ8 σωματος ἐςιν, ὄτ' ἐπιρρὸη τις εἰς αὐτον γινεται. Eodem loco pag. 410. *Theognoſtus* filii generationem explicaturus ait: ἀλλα ἀπορροια της τ8 πατρος ὀσιας, ὀ μερισμον ὑπομεινασης της τ8 πατρος ὀσιας. i. e. *Sed effluxio eſt ſubſtantiæ Patris, non ut diviſionem paſſa ſit Patris ſubſtantia. Euſebius in Epiſtola de Synodo Nicæna apud Socrat. Eccleſ. Hiſt. Lib. 1. cap. 8. Cum hæc ab illis dictata eſſet formula* (nempe formula, quæ hodie Symbolum Nicænum dicitur,) *id quod ab illis dictum erat, ex Subſtantia Patris & Conſubſtantialis, non absque examine prætermiſimus*

mus. Hinc igitur variæ quæſtiones ortæ ſunt, & reſponſiones: & quænam eſſet eorum verborum ſententia, accuratè expendebatur. Καὶ δὴ καὶ τὸ ἐκ τῆς ὀυσίας ὡμολογεῖτο προς ἀυτῶν, δηλωτικον εἶναι τȣ ἐκ μεν τȣ πατρος εἶναι, ȣ μην ὡς μερος ὑπαρχειν τȣ πατρος. Ταυτα δε και ἡμιν ἐδοκει καλως ἐχειν συγκατατιθεσθαι τῃ διανοιᾳ. i. e. *& has quidem voces, ex ſubſtantia, faſſi ſunt hoc ſignificare, filium quidem eſſe ex Patre, ſed non tanquam partem ipſius Patris. Hunc ſenſum ut nos quoque amplecteremur, æquum omnino videbatur.* Supra in eadem Epiſtola dixerat *Euſebius*, ipſum *Conſtantinum Epiſcopis quibusdam de vocabulo Homouſii quærentibus* ſatisfeciſſe his verbis: ὅτι μὴ κατα τα των σώματων παθη λεγει το ὁμοȣσιον, ȣτε ȣν κατα διαιρεσιν, ȣτε κατα τινα ἀποτομην ἐκ τȣ πατρος ἀποςηναι. μητε γαρ δυνασθαι την ἀϋλον καὶ νοεραν και ἀσωματον φυσιν σωματικον τι παθος ὑφιςασθαι. Θειοις δε και ἀποῤῥητοις ῥημασι προσηκει τα τοιαυτα νοειν. i. e. *Conſubſtantialem ſe dici, non juxta corporum affectiones: neque per diviſionem, aut per Sectionem quandam filium ex Patre ſubſiſtere. Fieri enim non poſſe, ut materiæ expers natura, intellectualis atque incorporea, corpoream ullam affectionem admittat: Sed divinis arcaniſque rationibus id eſſe intelligendum.* Hinc *doctiſſimus Bullus* defenſ.

Fid.

Fid. Nic. p 197. poſtquam *Origenem* contra *Illuſtrem Huetium* defendiſſet, quid ſimilitudine *Solis & radiorum*, qua frequenter utebantur veteres, denotare voluerint, ita explicat: *Verbo dicam, Origenes aliique Catholici Patres, ſimile illud Solis & radii, lucis & ſplendoris uſurpantes, hæc tantum ſignificare voluerunt, neque aliud quicquam ipſis in mentem venit. 1. Patrem eſſe* πηγὴν θεότητος *fontem divinitatis, quemadmodum Sol fons eſt ſplendoris ex ipſo emiſſi. 2. Filium eſſe ejusdem naturæ ac ſubſtantiæ, cujus eſt Pater: utpote de ipſa Patris eſſentia genitum, ut lumen ex lumine manat. 3. Filium neutiquam a Patre ſuo diviſum ac ſeparatum exiſtere, quemadmodum nec radius a Sole, nec ſplendor a luce disjungitur. 4. Denique filium ſine alteratione & diminutione divinæ eſſentiæ ex Patre naſci. Equidem hos animi noſtri conceptus de adoranda generatione filii Dei, mirum in modum adjuvat ſimilitudo iſta, unde & Patribus Nicænis in ipſa confeſſione ſua adbibita fuit.* Placuit eadem comparatio *Reverendiſſimo in Chriſto Patri, Tillotſonio, viro ut aliis Dotibus & Virtutibus præcellentiſſimo, ſic acuto præprimis & perſpicaci.* Is enim in *Sermone* 45. de *divinitate Jeſu Chriſti* Tom. 6. Ed. Gall. pag. 29. & ſq. ita lo-

quitur de Servatore noſtro : *il etoit Dieu, en ce qu'il participoit a la Nature & a la felicité divine, conjointement avec le Pere, & en ce qu'il procedoit du Pere come la lumiere procede du Soleil. Je me ſers de cette comparaiſon aprez les Anciens Peres de la primitive Egliſe, & peutetre eſt cela plus propre a expliquer le Myſtere : Car il ne faut pas ſe mettre dans l'eſprit de trouver parmi des Etres finis aucune reſſemblance exacte avec ce qui eſt infini & par conſequent incomprehenſible. La choſe eſt impoſſible, parce que tout ce qui eſt, infini eſt par cela meme au deſſus de la portée d'une intelligence finie & quiconque voudra l'entreprendre, s'appercevra bien-tot qu'il ſe perd dans cet abyme.* (*) Ex adductis locis patet, veteres voce ἀποῤῥοίας *lucis*, *radii &c.* uſos, dum de æterna filii progeneratine locuti ſunt, interim tamen *omnem emanationem proprie dictam* longiſſime removiſſe, quia cum Intellectuali & præſtantiſſima Dei natura ejusmodi emanatio conſiſtere minime poſſit. Quod ſi igitur Plato vel maxime τὸν λόγον *Dei progeniem* eſſe dixiſſet, nondum tamen probatum eſſet, *fluxionem* aliquam, aut *partium ſeparationem*

(*) Paria paſſim Theologi, & Commentatores ad Ebr. I. 3. inculcant.

mem hic locum habere, niſi aliunde clariſſimis teſtimoniis probaretur, Deum Platonis Ens aliquod fluidum eſſe, & ex partibus compoſitum. Cæterùm locus, ad quém provocat Gundlingius, potius probat, mentem noſtram progeniem eſſe Dei, quam τον λογον. Extat is pag. 161. Ed. Græc. Baſil. ubi poſtquam ſub Perſona Socratis diu diſputavit *Plato*, quod corpus noſtrum ex univerſi corpore ſit decerptum, eadem aſſerit de anima, & ex Protarcho quærit: Το παρ' ἡμιν σωμα ἀρ' ἐ ψυχην φησομεν ἐχειν; Cui Protarch. Δηλον ὅτι φησομεν. Tum Socrates: ποθεν, ὦ φιλε Πρωταρχε, λαβον, ειπερ μη τογε τε παντος σωμα ἐμψυχον ὀν ἐτυγχανε ταυτα γε ἐχον τετῳ, και ἐτι καλλιονα; Cui mox ille: Δηλον, ὡς ἐδαμοθεν ἀλλοθεν, ὦ Σωκρατες. i. e. *Nonne affirmabimus, noſtrum córpus habere animum? perſpicuum ſane eſt. Unde vero, mi Protarche, aliunde ſuſceperit, niſi illud univerſi corpus animatum ſit? quippe quod hac eadem ipſa habeat, qua corpus noſtrum, & praſtantiora etiam? manifeſtum, quod nequaquam aliunde.* Hinc paucis interjectis pergit Socrates: *Quamobrem*, inquit, *rationem illam ulterius perſequentes licebit aſſerere, ea qua ſæpenumero diximus, infinitum prorſus in hoc univerſo conſiſtere, ſufficientemque terminum cauſamque illis haud ignobilem ſemper*

adeſſe ornantem diſponentemque horas & menſes & annos, mentem & ſapientiam merito nuncupatam. Pro. *Merito.* Soc. *Sapientia vero ac mens absque anima nunquam ſunt.* Pr. *Nunquam certe.* Socr. *Ergo in Jovis ipſius natura regiam animam regiamque mentem ineſſe propter vim cauſæ fatebere, & in aliis item alia pulchra, ut illorum cuique dici placet.* Pr. *Maxime.* Socr. *Præcedentem, Protarche, ſermonem nequaquam temere inductum putes: his enim, qui olim mentem omni mundo præſidere oſtenderunt, adminicula præbet.* Pro. *Præbet ſane.* Soc. *Meæ vero petitioni reſponſum porrigit, quod mens eſt progenies quædam ejus cauſæ, quæ cauſa dicitur omnium, quæque eſt ex quatuor his, quæ ſunt relata, unum quiddam. Habes jam noſtram expoſitionem.* Ex hoc loco patet, Socratem ex antecedentibus concludere, quod, quemadmodum mundus eſt animatus, ſic etiam corpora noſtra mentem ſapientiamque a Deo accepiſſe. Quod ſi tamen de λογῳ ſermo eſſet, idem tamen locus doceret, originem ejus *nonniſi intellectuali ratione* intelligendam, cum Dei naturæ regiam animam, regiamque mentem ineſſe perhibeat.

Sect.

Sect. XXVII.

Jam progreditur D.*Gundling.* ad animam mundi, probaturus, eam itidem ex 2. principio emanaſſe. *Num vero mundi anima*, inquit *Sect. XXVI. e mente divina ſit coorta, tanto minus dubitari poteſt, quanto certius conſtat, eam participare mentem: quæ participatio ſine emanatione profecto concipi non poteſt.* Provocat ad locum Timæi. *Nam cum de illo*, inquit, *Demiurgo, qui eſt* νȣς, *verba feciſſet, oſtendit is quoque, quemadmodum mundi anima ſit ab ipſo, tanquam* συναίτιον, *Genita.* Ψυχὴν δε ἐις τὸ μεσον ἀυτȣ θεις, δια παντος δε ἔτεινε και ἐτι ἔξω το σωμα ἀυτη περιεκαλυψε, και κυκλω δη κυκλον ϛρεφομενον ȣ᾿ρανον ἑνα μονον ἐρημον κατεϛησε. i. e. *animum autem ut in medio ejus collocavit, ita per totum tetendit. Deinde eum circumdedit corpore, & veſtivit extrinſecus, cœloque ſolivago & volubili & in orbem concitato complexus eſt.* Ita D.G. Si concederem, animam mundi, a mente originem habere, quod Juniorum Platonicorum adſertum eſt, nihil tamen hoc faceret ad theſin Cl. Viri adſtruendam. Probare vult, animam mundi, effluvium aliquod eſſe divinæ naturæ, *proprie ita dictum.* At *mera ſuppoſitio* eſt, Deum Pla-

tonis conſtare ex materia fluida: *mera ſuppoſitio* eſt, λογον principium aliquod eſſe ex partibus compoſitum. Si igitur anima mundi orta eſt ex 2. principio, nonniſi eâ ratione oriri potuit, quæ conveniens eſt naturæ hujus principii. At *Platonici omnes* conſentiunt, τον λογον intellectuale principium eſſe. 2. Locus ille ex Timæo adductus nihil probat. Si *antecedentia & conſeq.* adduxiſſet *Cl. Vir*, omnes perſpexiſſent, nec de 2. principio ſermonem eſſe; neque etiam dici, animam illam mundi ex mente vel Deo emanaſſe. Locus extat pag. 478. proxime præcedunt hæc verba: ὅτος δη πας ὄντος ἀει λογισμος Θεȣ περι τον ποτὲ ἐσομενον Θεον λογιϛθεις, λειον και ὁμαλον, πανταχῆ τε ἐκ μεσȣ ἰσον και ὁλον και τελεον ἐκ τελεων σωματων, σωμα ἐποιησε. i. e. *cum hæc igitur Deus ille, qui ſemper eſt, de aliquando futuro Deo cogitaret, lenem eum effecit, æqualemque, & a medio ad ſummum usque parem, corpusque ex corporibus totis & perfectis totum atque perfectum.* Poſt hæc verba immediate ſequuntur, quæ citavit D. G. ſequuntur autem hæc. *Itaque omnibus his de cauſis Opifex ejus beatum Deum effecit: Sed animam haud ita, ut modo dicere cœpimus, tum denique cum corpus ei effeciſſet, procreavit.* Ex

hoc

hoc loco clariſſime patet, Deum, primam illam mentem, fabricaſſe mundum; illum & animam quidem mundi ab eodem mundo inſertam eſſe, ſed minime ex eſſentia divulſam fuiſſe. Altum etiam hac de re ſilet T. Locrus, qui ſane hic minime negligendus eſt. 3. Si cum Platonicis tria principia ſtatuamus, quorum ſecundum a primo, tertium a ſecundo, ortum ſit, quæque inter ſe gradibus perfectionis diſtincta ſint, tum ne hoc quidem juvat *D. Virum*. *Primum* enim a Platone & ſequacibus ſemper deſcribitur tanquam perfectiſſimum, eminentiſſimum, & quod ſupra omnem intelligendi vim poſitum eſt. *Secundum* ſemper tanquam νοητὸν παράδειγμα. *Tertium* ex dividuo & individuo compoſitum, tanquam cauſa omnia fœcundans. Nullibi autem Plato, trium illorum principiorum originem *perſpicue explicuit*. Interim cum aliunde notum ſit, Deum & λογον in ſyſtemate Platonis ſemper principia quædam νοερα denotare, animum ab omnibus rebus, quæ in ſenſus cadunt, revocare debemus, neque quicquam ei imputare, quam quod vel *diſerte* profeſſus eſt, aut per *evidentiſſimam conſequentiam* ex principiis ejus ſequuntur. Sed animam illam, inquit,

Θεον γεννησομενον vocavit. Sit ita. Et mundum non ſemel ita adpellavit in Timæo, conſtat tamen, materiam a Deo ſecretam fuiſſe, nec e ſinu ejus expulſam. Θεος dicitur illa anima, quia non ſolum ex re corporea, ſed & ſpirituali compoſita eſt. *Sed expandit ſe illa anima*, inquit. Ita eſt. Sed ſupra jam obſervavimus, hanc animam ex dividuo & individuo neſcio quomodo contemperatam eſſe: quæritur igitur, utrum ipſa quatenus intelligibilis eſt, proprie loquendo dici poſſit fluere, ſe ſe expandere. Ex natura ejus, quatenus νοερον τι, hoc minime ſequitur. (*) Si a mente originem habet,

(*) Porphyrius, Platonicæ Philoſophiæ peritiſſimus, ſentent. XXIV. ita de hac materia loquitur, ex verſione Holſtenii: omne genitum ab alio generationis cauſam habet, ſiquidem nihil ſine cauſa producitur. Quæcunque autem rerum genitarum per compoſitionem eſſentiam ſuam obtinent, utique eam ipſam ob cauſam ſunt corruptibilia. Quæcunque vero ſimplicia & incompoſita, in ſimplici ſubſiſtentia eſſentiam ſuam habent, cum ſint indiſſolubilia, ſunt etiam incorruptibilia. Genita vero dicuntur, non quod compoſita ſint, ſed quia ab aliqua cauſa dependent. Corpora igitur bifariam ſunt genita; cum quatenus a cauſa producente dependent; tum quatenus compoſita. Sed anima & intellectus genita ſolummodo, quatenus à cauſa dependent; non autem ut compoſita: quocirca corpora quidem genita

habet, nec ſic expanſioni locus. Quatenus corpore induta eſt, hoc efficere poteſt. Vero enim quam maxime ſimile, animam illam mundi vehiculo quodam corporeo veſtitam, uti omnes poſſit mundi pervadere partes. (**) Quod ſi *Timæum Locrum* legamus, non prorſus evanida hujus rei veſtigia adparent: cum enim pag. 656. de anima humana loquitur, ait: τας μεν γαρ ανθρωπινας ψυχας το μεν λογικον ἐςι και νοερον, το δ᾽ ἄλογον και ἄφρον. Τῳ δε λογικῳ το μεν κρεσσον,

genita & ſolubilia & corruptibilia. Sed hæc ingenita quidem, tanquam incompoſita, & proinde etiam indiſſolubilia ac incorruptibilia: genita autem, ut dependentia a cauſa.

(**) Premebant non Platonem tantum, ſed & eos, a quibus hoc dogma accepit, omnino difficultates, qua ratione τὸ ποιερὸν per omnes partes materiæ ſe diffundere, easque permeare poſſit. Cui tollendæ Plato animæ mundi naturam non ex individuo tantum, id eſt, intellectuali, ſed dividuo quoque, id eſt materiæ, aliquid dedit, quod Plutarchus de κοσμογονιᾳ Platonis manifeſte fundamentum ponit. Zeno vero, qui & hac ratione difficultates augeri, non minui cernebat, ad principium mere materiale confugit, Deumque fecit non tantum cum anima mundi prorſus eundem, ſed re ipſa quoque materialem, ignem ſcilicet puriſſimum & ætherium: quo quidem iſtas difficultates evitavit, ſed in majores errores & ἀσύςατα in natura Dei deſcribenda delapſus eſt.

σον, ἐκ τᾶς ταυτῶ φυσιος. Το δε χερειον ἐκ τᾶς τῶ ἑτερω i. e. *nam humanæ animæ altera pars rationis eſt particeps & intelligens: altera rationis expers atque inſipiens. Ejus vero quæ rationis eſt particeps, melior potiorque pars de ejusdem natura eſt: deterior vero, alterius.* Pag. autem 548. ſimili modo de animæ mundi origine loquitur. Ex quo patet, animam mundi, quatenus tenui quodam vehiculo induta eſt, aptam eſſe ad celerrimas operationes in corporibus efficiendas, unde tamen minime infertur, ipſam *quatenus* νοερον τι *eſt*, fluxui etiam & diviſioni obnoxiam eſſe. *Sed*, (ita porro pergit) *ita Deus tamen ſeſe expandit.* Nego, ſi Dei nomine primum aut ſecundum principium intelligas. Utrumque enim nec ex partibus conſtat, nec cum anima mundi neceſſario copulatum. Concedo, ſi tertium intelligatur. Nec nobis obſtat, vocabulum Θεος, nam & Diis, Dæmonibus, aſtris, terræ, mundo hoc tribuitur, unde tamen nemo jure concludat, eandem poteſtatem & vim illa habere, quam habet Deus ſummus. At ſecundum tamen principium a primo, tertium a ſecundo ortum eſt. Jam dixi in Platone & Locro perſpicua teſtimonia vix reperiri. Sed pone tamen hoc ita eſſe.

Pro-

Probandum, ego inquam, tria illa principia nonniſi *mentis quadam præciſione diſtincta*, aut *tanquam partes ſolidas a ſe diſtincta*: Probandum, plane contradictorium & impoſſibile eſſe, aliam in divinis gradationem dari, quam quæ per effluxum & partium ſeparationem fit. Ipſemet Cl. Vir pap. 217. ait, *ex re incorporea nihil effluit, vel ſi aliquid gigneretur, & permanaret, iſtud itidem ſimile*. At nullo ullibi teſtimonio probavit, Deum ex mente Platonis principium fluxum eſſe. Ergo ſi principia illa tria a ſe orta ſunt, per fluxionem id factum non eſt: emanationes ergo hoc ſenſu nullam impietatem involvunt. Eadem tamen pag. 217. *verba mea turpiter detorquet*. Pag. 887. ſq. Diſſertat. meæ dixi: *Non quamlibet conjunctionem Dei cum mundo Spinoziſmum involvere. Mea opinione* (ita verba mea ſonant,) *vel præſtantiſſima modernorum Philoſophorum Syſtemata, purum putum Sinoziſmum involvere dicenda eſſent, ſi NB. liberrima Dei conjunctio cum materia id probaret. In Syſtemate Chriſtianorum conjunctio quadam Dei cum mundo locum habet, ſed minime neceſſaria, libera vero quammaxime. Conjunctionem autem ibidem in eo conſiſtere dixi, quod Deus ſecundum quasdam leges, in materia natura*

haud

haud fundatas, mundum gubernet, imo continua quadam, nec interrupta conſervatione, eum ita ſuſtineat, ut in antiquum Chaos, aut Nihilum potius, relabi non poſſit. Ille vero ait, me dixiſſe, quod etſi Deus cum materia conjunctus foret, nondum tamen ſequi Atheiſmum. Sect. XXX. pergit conſequentias ex principiis nondum probatis nectere. *Ea vero differentia*, inquit, *ut una res ſit prima, altera ſecunda & ſic porro, an contenti eſſe poſſint homines acuti & harum rerum periti, equidem vehementer dubito. Sed fac contentos, erit tamen pars Divinitatis ſat magna communicata cum anima mundi, quæ ſe in omnes oras cœli, tum terræ expandit, atque ubique invenitur vario habitu conſpicua.* Reſp. primo, non quæritur, utrum viris acutis ſatisfaciat Platonis illa cogitatio de tribus principiis eorumque gradatione; præſtitiſſet ſine dubio, ſi de iis, quæ non intellexit, ſilentium tenuiſſet; Sed quandoquidem Plato, uti cæteros ſapientia ſuperare videatur, de tribus hiſce principiis locutus eſt; quæritur tantum, quomodo illa explicanda. 2. Confitemur igitur, animam illam mundi a Deo originem habere, licet nec *Plato*, nec T. *Locrus* diſtincte modum tradant originis illius. Communicatio illa di-

la divinitatis, ut ſupra diximus, nobis ignota eſt. Cl. Vir fluxum, emanationem, ſupponit, ſed non probat. Probandum nempe, animam illam mundi proprie loquendo partem eſſe divinitatis, (*) adeo ut neceſſario ſequatur, Deum ipſum cum omnibus plantis, animalibus, conjunctum eſſe. Hoc autem vel *ex ſecundi principii natura* repetendum, *vel demonſtrandum*, in rebus *intellectualibus*, nullam emanationem (liceat hoc vocabulo uti) locum habere poſſe, præter eam, quæ per partium fit ſeparationem. *Poſterius* hoc probari non poteſt; *neque prius*; omnibus enim teſtimoniis veterum repugnat, τον λογον eſſe principium fluxum, expanſum. 3. Si igitur anima illa mundi omnes cœli terræque partes pervagatur, nondum ſequitur, Deum aut ſecundum principium idem facere, aut Deum ipſum cum rebus confuſum eſſe. Imo nequidem probari poteſt, animam illam mundi unam fieri cum corporibus, quæ fœcundat, ſubſtantiam. Illa enim operatio in corpora nondum efficit commixtio-

(*) Et ita quidem, ut pars ſit totius, & non niſi in toto ſubſiſtat. Nam hoc infert una ſubſtantia Spinozæ.

tionem cum iis. Deus ſingulis momentis omnia conſervat, nec ideo tamen ulla ratione cum creaturis commiſcetur. Adverſantur etiam Platonici ipſi. *Plotinus Ennead. II. Lib.* 2. *cap.* 1. *p.* 108. ἡ γὰρ φύσις, τὸ ὑπὸ ψυχῆς ἁπάσης ταχθὲν, ἔτι πανταχοῦ οὔσα ἡ ψυχὴ ὅλη, καὶ οὐ διειλημμένη, ἡ τοῦ παντὸς κατὰ μέρος, δίδωσι καὶ τῷ οὐρανῷ, ὡς δυνατὸν πανταχοῦ εἶναι. i. e. *Id namque ipſum natura eſt, quod ab anima univerſi eſt ordinatum; Præterea mundi anima ubique exiſtens, non diviſa per partes, ſed ubique tota, dat & cœlo, ut & ipſum, quoad poteſt, ſit ubique. Vide eundem Ennead. II. Lib. IX.* cap. 7. pag. 205. *Ennead. III.* Lib. I. c. 10. p. 230. Clariſſima ſunt ejus verba Ennead. IV. Lib. IV. c. XI. p. 405. οὐ γὰρ δὴ, ὅτι ποικίλα καὶ διάφορα τὰ γινόμενα, δεῖ συνεπομένον ταῖς τοῦ γινομένου μεταβολαῖς, καὶ τὸ ποιοῦν ἡγεῖσθαι. ὅσῳ γὰρ ποικίλα τὰ γινόμενα τοσούτῳ τὸ ποιοῦν ὡσαύτως μένον. i. e. *non enim ex eo, quod varia ſunt & diverſa, quæ fiunt, putandum eſt, etiam Effectorem cum ipſis eorum, quæ fiunt, mutationibus habere communionem. Quatenus enim varia ſunt quæ fiunt, eatenus effector ipſe eodem tenore conſiſtit. Neque igitur vel argumentis vel teſtimoniis probari poteſt, animam mundi omnia corpora pervadentem in*

unam

unam cum corporibus coaleſcere ſubſtantiam, nedum ut hoc de Deo, nobiliſſima mente, dici poſſit. (*)

Sect. XXVIII.

Eadem quidem de fluxu & Emanatione principiorum illorum repetit, Sect. 30. & ſequentibus. Sed cum locus nullus adducatur, non juvat idem ſemper repetere. Sect. XXXIV. non ſine indignatione docet, ſe poſtulare, ut qui alium ab Atheiſmo abſolvere vult, probet, accuſatum *cauſam Externam* admiſiſſe, quæ a rebus productis diverſa ſit. Probavi autem, ni fallor, id ipſum, & in diſſertat. mea, & in his ipſis vindiciis. Licet enim Deus Platonis materiam non *creaverit*, ſed *exornaverit* tantum, poteſt tamen dici *Cauſa efficiens mundi*, æque ac faber, qui fingit ex materia inſtrumentum. Sed acrius inſtat *Illuſtris Vir*. Sect. 35. quærit ex me, quomodo Deus ille Platonis cuncta formare potuerit. *Permittam tibi*, inquit, *paulisper, materiam Platonis extitiſſe ab æterno: Dabo, illam non fuiſſe animatam ſed immotam, ſed aptam*

(*) Conferantur ad hanc Sectionem Eruditæ annotationes Cl. Clerici ad Hebræos cap. 1. v. 3.

pati tantum; modo ediſſeras, qua ratione tur ſit formata, animata? An Deus illam tigit? quibus inſtrumentis eſt uſus? qui dolabris? Ex nihilo nunc aliquid prodiiſſe, materiæ adjectum fuiſſe, adfirmare non pot Ergo nolens, volens, itemque vivus vide que fatearis neceſſe eſt, vitam eſſe mater infuſam, quam Plato tuus vocat anima mundi, ob quem ipſum mundum appell vit denique Deum. Si ad hæc reſponde rem, ignorare me, quomodo Deus e mente Platonis materiam exornaverit num haberet, quod taxaret? num inde ſe queretur, me cauſa cadere? Non putave rim. Ut autem hoc probem, eadem uta interrogandi libertate, quam ſibi vindicat *Cl. Vir.* Quæro ex illo, quomodo Deus mundum creaverit, & conſervet? Supponit Cl. Vir, & recte quidem, mundum ex nihilo creatum eſſe. Quæro igitur, utrum Deus, poſtquam univerſam materiæ molem produxit, curam ejus abjecerit, & nudus tantum ſpectator ſit, vel an mundum adhuc jugiter conſervet, & gubernet. Prius non adſeret, ſed poſterius. Quod ſi igitur Deus, nobiliſſima Mens, mundum conſervat, velim mihi explicet rationem, qua id fieri poſſit. Oſtendat

dat mihi nexum inter voluntatem nobiliſſimæ mentis, & curſum æquabilẽ Planetarum, plantarum, animaliumque productionem, & explicabo ſtatim, quomodo Deus Platonis materiam exornaverit. Non *ſufficit dicere*, Deum *jus habere in materiam*; quæritur enim, *qua ratione* hoc *ſuum jus exequatur.* Perſuaſiſſimus ſum, *Illuſtrem Virum* modum hunc explicare non poſſe. Credit tamen ſine dubio mecum, Deum huic mundo proſpicere, eum gubernare, & quidem rectiſſime. Quod ſi enim illæ demum propoſitiones eſſent admittendæ, quæ *το διότι*, uti in Scholis loquuntur, nobis explicarent, pauciſſima credenda eſſent. Amplius dico, ne ipſam quidem Creationem e nihilo admittere teneremur, ſi *Cl. Viri* philoſophandi ratio valet. Agnoſcit mecum, Deum eſſe perfectiſſimam mentem, & eum ſolum ab æterno per ſe extitiſſe, voluiſſe autem, ut exiſtat mundus, pulcherrimarum rerum ſeries; rogo igitur *Illuſtrem Virum*, ut mihi explicet modum hujus Creationis, explicet, qua ratione factum ſit, ut, poſita voluntate Dei, innumerabilis corporum multitudo exorta fuerit. *Forte dicet, Deum eſſe mentem infinitam.* Sed præterquam quod infiniti perſpicuam notionem non

F 2 habe-

habeamus; *aliud eſt infinitum extenſione*, aliud *perfectione*. De *priori* hic non eſt quæſtio, ſed de poſteriore. Perfectione Deus eſt infinitus, quia omnia poſſibilia efficere poteſt. Sed ego poſtulo, ut mihi explicetur, quomodo illa poſſibilia, illa corpora v. gr. per mentem infinitam producta ſint, quæ ſit connexio inter voluntatem & rerum exiſtentiam. *Diffido* hac in parte *ſummæ Cl. Gundlingii perſpicaciæ*. Quod ſi tamen hæc non obſtant, quo minus mecum Creationem ex nihilo & Conſervationem omnium rerum credat, quid cauſæ eſt, cur credere nolit, Deum Platonis materiam exornaſſe, præſertim poſt tot præclariſſima adducta loca. Aſſeruit Plato, Deum materiam in ordinem digeſſiſſe, ergo credidit, hoc fieri potuiſſe, licet interrogatus, quomodo id fieri potuerit, non minus ignorantiam ſuam debuiſſet fateri, quam nos de Creationis modo interrogati. Quid igitur de conſequentia D. Gundlingii ſentiendum ſit, vel me tacente omnes vident.

Sect. XXIX.

Cl. Gundling. Sect. 36. & ſequentibus probare contendit, non tantum animum mundi,

di, ſed & mundum ipſum, aſtra, terram, Θεες vocari, & quidem eo ſenſu, quo Spinoza intellexit, nimirum Dei naturam per omnes mundi partes diffuſam eſſe. Conceſſi in Diſſertat. mea, mundum, aſtra, terram, Θεες dici, ſed eo ſenſu, quo vult Spinoza, negavi; in Timæo enim Plato clariſſimè ſemper Θεες γεννητες *a ſummo omnium rerum moderatore diſtinguit*, *quem* των παντων Δημιεργον, πατερα, vocat; unde patet, *nonniſi diluto* quammaximè ſenſu vocabulum Θεων ſumendum eſſe. Neque adeo opus fuit provocare ad locum Ciceronis de N. D. in quo Vellejus Platonem inconſtantiæ accuſat, quod modo Θεες terram, aſtra, mundum, eſſe dixerit; modo rerum omnium gubernatorem; *probandum enim, Deos illos, terram, aſtra &c. unum cum Deo optimo rerum omnium Moderatore efficere, in unam ſubſtantiam compingi*; *non hoc, vocari tantum Deos, de quo nulla eſt quæſtio.* Provocat autem ad *Librum X. Platonis de legibus*, in quo *Plato* adſerit, animam ſolem agitantem Deum appellandam, imo Deorum omnia eſſe plena. Sed hæc omnia facile concedo. Plato non animam ſolum, ſolem agitantem, ſed & cæteras intellectuales ſubſtantias, ſyderibus certis præfixas, Θεες adpellat, atque adeo in-

numeras agnoſcit *ſubſtantias inter ſe diverſiſſimas*; cauſam adpellationis autem hujus nullam aliam invenimus, quam quod illæ ſubſtantiæ omnium excellentiſſimæ ſint; ita enim omne in ſuo genere excellens adpellari, integro capite docuit *Doctiſſimus Clericus in arte Critica.* Hinc Cicero Platonem *Philoſophorum Deum* adpellat. Ideo autem Θεὺς dici illas animas ſtellis præfixas, quod partes ſint ab Eſſentia divina divulſæ & diſcerptæ, nullo perſpicuo probare poterit teſtimonio. Vel ipſe locus Platonis, ad quem *Cl. Vir* provocat, aliud inſinuat. Ita enim integer ex verſione Ficini pag. m. 882. ſonat: Ath. *Quid ſi Solem, Lunam, cæteraque Sydera anima ducit cuncta, nonne ſingula quoque?* CLIN. *quidni?* Athen. *de uno igitur verba faciamus, quæ aſtris omnibus poſſunt accommodari.* CLIN. *de quo?* Athen. *Solis quidem corpus omnes homines vident, animam nemo, nec etiam alterius animalium corporis, nec vivi, nec mortui. Idque genus cum nullo corporis ſenſu percipiatur, ſola mente comprehenditur. Quare & nos de ipſo hoc ſola intelligentia capiamus.* CLIN. *quidnam?* Athen. *cum ſolem anima moveat, ſi trium modorum aliquo ab ea fieri hoc aſſerimus,*

rimus, fortaſſe non aberrabimus. CLIN. *quos dicis modos?* Athen. *quod vel intus in hoc rotundo corpore ineſt, & quo libet ipſum transfert, quemadmodum nos anima noſtra quo libet ducit. Vel ipſa foris quidem eſt, & corpus aliquod ignis vel aëris nacta, ut quidam ajunt, per vim corpus corpore pellit. Vel tertio, quamvis ipſa nuda corpore ſit, quia tamen alias vires, ſupra modum mirabiles, habet, facile ducit.* CLIN. *certe uno iſtorum modorum ab anima agitari cuncta neceſſe eſt.* Ath. *præſtat autem, ut ſive curru quodam intrinſecus teneat corpus illud ejus anima, lumenque ita cunctis effundat, ſive foris ſit, ſeu quomodocunque quis excogitet, Deum eſſe ipſam omnes arbitremur. An aliter?* CLIN. *Ita certe, niſi quis extrema dementia teneatur.* Athen. *de univerſis præterea ſtellis, & luna, & annis, menſibus, cunctiſque temporibus, quid aliud quam hoc ipſum dicemus? Quoniam anima & animæ omnibus virtutibus præditæ illorum omnium cauſæ demonſtratæ ſunt, Deos eas eſſe affirmabimus: ſive in corporibus ſint, & tanquam animalia quædam cœlum totum exornent: ſive quomodocunque aliter agere id dicantur.* CLIN. *omnino.* Athen. *ita ergo iſtis conceſſis, poteritne aliquis negare, plena Deorum omnia eſſe.* CLIN.

nullus adeo mente captus eſt, hoſpes. Ex hoc Platonis loco patet, *1. animas illas, ſtellis præfixas, prorſus inter ſe diverſas eſſe.* 2. *easdem* Θεοὺς *dici, & pro Diis cultu quodam ex mente Platonis proſequendas.* 3. *Platonem ipſum, qua ratione cum cœleſtibus conjuncta ſint, definire noluiſſe.* Ubi manet autem *conſectarium* illud, quod inde elicere vult D. G. nimirum, animas ipſas ex *divina eſſentia* emanantes unum cum mundo efficere, & propterea Θεοὺς *dici?* Provocat ad *Cic. Acad. Lib.* 1. cap. 8. in quo *Cicero* ex mente *Platonis* animum mundi Deum vocat: *Huetium* eodem etiam ſenſu locum Ciceronis intellexiſſe; & inde ita ratiocinatur: *De cætero optionem tibi relinquo, ipſum ſupremum Deum Platonis animum mundi eſſe credas, ſicque eum mundo includas; an animum ſecundo genitum poſt Demiurgum, aut ex mente divina ac Monade ortum credas? ſi primum, actum eſt de te; ſin ſecundum, non vinces certe. Ille enim Ortus emanationem ſtabiliet ſecundam, cum fieri nequeat, ut ortus in Syſtemate Platonis aliter, quam per emanationem explicetur: Quia omnia, quæ de animo mundi prædicantur* ποιότητα, *ſeu qualitatem innuunt divinam & ſempiternam. Quocunque te vertas, circumſcriptus eris capiusque.*

Ita

Ita Illuſtris vir triumphum ante victoriam canit. Quod ut pateat, ſequentia obſervo. 1. Verum eſt, *Ciceronem* dixiſſe, animum mundi Deum eſſe, unde tamen minime inferri poteſt, animum mundi ſupremum illud Numen eſſe, quod Plato tantopere laudibus extulit, niſi ſimul & coelum, & terram, & aſtra ſupremum Numen dicas Platoni fuiſſe, quod abſonum. 2. Animum mundi ſupremum Deum Platonis non eſſe, ſupra jam clariſſimis locis Platonis & Timæi Locri probavi. 3. Omnis igitur controverſia redit ad *quæſtionem de origine animæ mundi*, utrum nempe *ex Deo ſit nec ne*, & hoc poſito, utrum id factum *per fluxum proprie ita dictum.* Diximus ſupra, Platonem & Locrum perſpicue nihil de origine hujus animæ mundi adſerere, Platonicos cæteros illam a λογῳ ortam tueri. Habebimus igitur præter Numen præſtantiſſimum, *Patrem omnium rerum*, τὸν νοῦν, & τὴν τοῦ κοσμου ψυχήν. 4. Quod ſi anima illa mundi vel a Deo ſummo vel a mente orta ſit, *probandum Gundlingio, id aliter fieri non potuiſſe, quam per proprie ita dictam partium Secretionem*, quod ipſum univerſæ Philoſophiæ Platonicæ principiis contrarium eſt, quæ perhibet, oriri ἀπὸ τοῦ ὄντος τὰς

ἰδεας ἤτοι τα νοητα ειδη, τῃ νοησει μονῃ γνωστας,
quod præter alios multos eleganter docuit
*Cl. Bruckerus in hiſt. philoſoph. de Ideis, &
elegantiſſima diſſertat. de convenientia Numerorum Pythagoræ cum ideis Platonis Sect.
XI. Tomo VII. Amœnitatum Cl. Schelhornii*
inſerta (*), non juvat dicta igitur repetere.
Dixi jam ſupra, ipſos Chriſtianos in æterna
filii generatione explicanda deſudantes,
voce ἀποῤῥοιας uſos, omnem tamen fluxionem propriê dictam aſpernatos eſſe. Evolvi autem nuper *Cl. Fabricii Bibl. Græcæ Vol.*
8. *& obſervavi Eunomium* olim ſimili argumento uſum ad æternam Filii generationem ſubvertendam. Ita enim ratiocinatur ille pag. 272. Ει γαρ τις κοινοποιειν πρὸς
ἕτερον ἢ μεταδιδοναι τινι της ουσιας ταυτης ἐθελησειεν,
ἤτοι κατα διαςασιν και μερισμον, ἢ κατα συγκρισιν
τουτο κατασκευασειεν αν. Ὁποτερον δ' αν λεγηται
τουτων, πολλαις ατοπιαις, βλασφημιαις δε μαλλον
ὁ λογος ἐνεχθησεται. Ει τε γαρ διαιροιτο και μεριζοιτο, ουκ ἐτ' αγεννητος ειη, ὁ μη προτερον ην τουτο ἐκ της διαιρεσεως γιγνομενος, αλλα μην ουτ'
αφθαρτος του μερισμου το της αφθαρσιας αξιωμα
λυμαι-

(*) Præcipue, quæ §. X. p. 216. ſeqq. & in Otio Vindelico §. XIV. Mel. II. p. 186. ſeqq. prolixe dicta ſunt.

λυμαινόμενα. i. e. *Si quis enim Eſſentiam hanc communem reddere cum aliqua re alia, vel de hac eſſentia alicui aliquid impertire voluerit, neceſſario hoc facere attentabit, vel ſecundum diremptionem ac partitionem, vel ſecundum ſimilitudinem & comparationem. Utrum autem ex his aſſeratur, multas profecto ſecum futilitates vel potius blaſphemias trahet & inferet ipſa aſſertio. Etenim ſive dividatur, aut in partes ſecetur, non amplius illa eſſe poteſt ingenita, cum videlicet ipſa illud, quod antea non erat, ex tali diviſione fiat: imo hoc pacto corruptionis expers illa eſſe nequit, ſiquidem partitio iſta totam Incorruptibilitatis Majeſtatem labefactat.* Ad hæc *Eunomii* verba ita commentatur *Cl. Fabricius*: *Hoc palmarium Eunomii argumentum ac prope unicum, fieri non poſſe, ut ex ingenita divina Eſſentia ſimilis ipſi Filius generetur. Unde quicquid de generatione Filii in ſacris Literis dicitur, ille de Creatione accipit. Sed non majoris illa argumentatio mihi videtur eſſe ponderis, quam ſi neges, ab increata divina Eſſentia aliquid potuiſſe creari ac produci. Cauſam autem adſertionis transfert in ſuperbiam Eunomii, qui ab Aëtio Magiſtro edoctus non dubitavit proferre ſtulta hæc verba*, τοσοῦτον αὐτὸν ἐπίςαμαι καὶ οἶδα, ὥςε μὴ εἰδέναι

ἐμαυ

ἐμαυτον, ὡς θεον μαλλον ἐπιςαμαι. i. e. *Tam perſpicue Deum, qualis ſit, novi, ac tantam illius notitiam ſum conſecutus, ut ne me ipſum quidem melius quam illum noverim. Commentarium hunc Cl. Fabricii*, vel ideo adduxi uti pateat, *Cl. Viro* haud *impoſſibilem* videri *generationem* aliquam *æternam in divinis*, absque omni partium diviſione. Unde ſimul etiam liquidum eſt, ſi vel maxime certum eſſet, animum mundi a Deo ortum, nondum ſequi, Deum ipſum ex partibus conſtare, aut cum anima mundi unicam efficere ſubſtantiam. 4. Quod ſi concederem, animam mundi a Deo ortam, & arctiſſime cum Deo connexam, nondum *tamen captus eſſem, ut quidem Illuſtris Antagoniſta putat. Converterem enim mentem ad duplex principium coëxiſtens, & materiam a Deo in origine non dependentem, ſed inhabitatam tantum, ut corpus ab animo, domus ab Hoſpite inhabitatur, atque ita evaderem.* Sed cum priora ſufficiant, metus nullus eſt. *Illud vero* (ita pergit acutiſſimus Profeſſor) *ad modum foret Scholaſticum, ac ſimul ridiculum, negare effluxum, ubi agnoſcitur & numerantur fontes Deorum, lumen ac Splendor mentis divinæ, ſecundæque abundantia, profunditas & fæcunditas & perfectio in res omnes derivata.* Mihi

vero

vero plane videtur *Viro Docto indignum*, ſine ceſſatione adſerere, *Platonem*, *Platonem* inquam, crediđiſſe, *Deum ex partibus conſtare*, eſſentiam divinam in varias partes ſciſſam eſſe, *neque tamen perſpicuis hoc probare veterum locis.* Oraculorum Chaldaicorum Auctores, Platonicoſque juniores de *ἀποῤῥοίαις*, & ſimilibus, frequenter locutos ſcio; Sed cum in *Platone*, atque *T. Locro*, talia non inveniam, diffido inanibus ratiociniis, quæ illi in medium proferebant. Erudiţiſſimi Viri dudum agnoverunt, *Jamblichum*, *Proclum*, *Plotinum*, *cæteroſque Scholæ Platonicæ Profeſſores*, non quid Plato ſenſerit, ſed quid eum ſenſiſſe putaverint, dixiſſe. (*) *Cl. Fabricius*, Vir harum rerum peritiſſimus, *Bibl. Græca Tom.* 8. pag. 516. ita loquitur occaſione Commentarii Procli in Theologiam Platonis: *Hoc ſolemne*, inquit, *recentioribus a Plotino usque Platonicis, ut mille aliena dogmata Philoſophi illius doctrinæ* *ſive*

(*) Chriſtianorum ſcilicet objectionibus ad anguſtias compulſi & ad incitas redacti, viamque non invenientes, qua ratione Platonicam philoſophiam ſtabilirent & defenderent, ea, quæ deformia & *ἀσύστατα* deprehendebant, longe alia ratione explicabant, immo divino Trinitatis myſterio capti, & tamen revelationi, quæque eam exhibebat, Chriſtianæ religioni

ſive adtexant, ſive ſubſtituant, & tamen genuino univerſa venditent Platoniſmo, Plato, ſi non ita ſenſit, certe debuerit ita ſentire, ut ipſi comminiſcuntur. Idem ſen*Eruditiſſimus Cudworth* apud eundem *Fabricium* pag. 524. quibus calculum ſuum praeter alios addit *Vir ſummus Joh. Clericus* in *notis ad Oracula Chaldaica pag.* 1198. Ed. Olearii. & *Bibl. Select. Tom.* 3. *p.* 89. *Ipſemet Cl. Gundling. in Hiſt. Philoſoph. Moral.* p. 20. Oracula Chaldaica recentioribus adſcribit Platonicis, & ſe iſta non intelligere ſcribit; *Ipſemet, Procli* adſertionem de Creatione ex nihilo Platoni credita *commentum eſſe putat*, cur ergo omnia, quæ a recentioribus credita ſunt Platonicis, *Platoni ipſi adſcribere vult?* pleraque de ἀπὸ- ϕοιαις *& intellectualibus Sectionibus, fonte fontium, paterno abyſſo*, inventa & comenta recentio-

ni honorem deferre recuſantes, ipſi ratiocinatiunculas ejusmodi & vacuos ſine ſenſu ſonos effinxerunt, ut voces ſaltem Nihili, ut ita dicam, haberent, quas præſtantiſſimis Chriſtianorum doctrinis opponerent; quod iſtorum temporum literariam hiſtoriam percurrenti erit longe clariſſimum. Et tamen eos per Deum & intellectualia materiale quid intellexiſſe, nemo aſſeret, qui vel duas Oraculorum lineas legerit.

ſentiorum illorum Platonicorum ſunt, quæ admittere tum demum poſſumus, quando cum perſpicuis Platonis decretis conſpirant; quamprimum vero ab iis recedunt, & pro lubitu Platonem interpretantur, cauſa adeſt nulla cur, pertinaciter eorum dictis inhæreamus, aut adſeramus,, Platonem non aliter interpretandum eſſe. (*) Hinc ſatis jam patet, quid de locis *Procli* & *Plotini* Sect. 40. & 41. allatis dicendum ſit. Multis illi loquuntur de *fluxionibus divinis* & *fonte idearum*, unde omnia oriuntur intellectualia, nullibi tamen hi ipſi perſpicue denotant

(*) Loquatur de hoc argumento ipſe Plato. In Phædone pag. 78. ita mentem ſuam pandit: αὐτη ἡ οὐσια, ἡς λογον διδομεν, του εἰναι, και ἐρωτωντες και ἀποκρινομενοι, ποτερον ὡσαυτως ἀει ἐχει κατα ταυτα ἠ ἀλλοτ' ἀλλως. αὐτο το ἰσον αὐτο το καλον, αὐτο ἑκαστον. ὁ ἐστι το ὀν, μηποτε μεταβολην και ἡντινουν ἐνδεχεται. ἠ ἀει αὐτων ἑκαστον, ὁ ἐστι μονοειδες ὀν, αὐτο καθ' αὑτο. ὡσαυτως κατα ταυτα ἐχει, και οὐδεποτε οὐδαμη οὐδαμως ἀλλοιωσιν οὐδεμιαν ἐνδεχεται, ὡσαυτως, ἐφη, ἀναγκη, ὁ Κεβης, και κατα τα αὐτα ἐχειν. i. e. Ipſa illa eſſentia, quam interrogationum reſponſionumque vi definivimus, quod revera exiſtat, utrum æqualiter ſemper eodem modo habet, an alias aliter? ipſum nimirum æquale, ipſum pulchrum, ipſum ſingulum (id eſt, id quod revera exiſtit) nunquamne ullam mutationem ſuſcipit? eodem, inquit Cebes, modo & ſimiliter habere neceſſum eſt.

notant hæc omnia per *fluxum proprie dicta* explicanda. Saltem quicunque oracula Chaldaica attente legit, perſpicit, tam obſcuris vocibus pleraque expreſſa, uti firmiſſime perſuaſus ſim, ne *ipſos quidem Auctores* horum Oraculorum, quid dixerint, ſciviſſe. Sic loca ipſa quæ citat Cl. Vir, *obſcuriora ſunt*, quam ut *emanationem proprie dictam & effluxum denotent.* Proclus Theolog. Plat. Lib. VI. cap. 2. inquit: *μια σειρα και ταξις ἀδιαλυτος ἀνωθεν καθηκει δια την της πρωτιστης ἀιτιας ἀνυπερβλητον ἀγαθοτητα και το ἑνιαιον κρατος ἀυτης* i. e. *unica catena & ordo indiſſolubilis ſuperne deſcendit, propter eximiam primæ cauſæ bonitatem, & ſingularem ejus potentiam.* Ad quæ verba *Cl. Clericus*: *Exiſtumabant*, inquit, *ab occultiſſima unitate intelligibili, hoc eſt a ſummo Deo, per varios gradus proprietatum manaſſe naturas omnes, adeo ut minus præſtantes præſtantioribus ſubjacerent.* Ex *hiſce* autem verbis nondum patet, quod putat *Gundlingius*, omnia nimirum *neceſſario ex divina eſſentia* tanquam fonte *emanaſſe*; ſed hoc tantum, a Deo & intellectualibus ſubſtantiis omnia orta; modum autem non explicat. Et quomodo tandem emanatio illa neceſſaria omnium rerum ex Deo locum habebit, ſi Deus ex mente Procli *mate-*

riam

viam ipſam creavit? quomodo Deus cum mundo connexus erit, ſi ſecundæ menti gubernationem univerſi tradidit Deus ſummus? Ita enim ipſe *Proclus in Theolog. Lib. V. cap.* 23. *Socrates* ὑποτίθεται νοῦν τὰ πάντα διακοσμεῖν, ὥσπερ οἱ πρὸ αὐτοῦ σοφοί, καὶ τόν τε ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, καὶ πᾶσαν τὴν περιφορὰν διακυβερνᾶν: i. e. *Socrates ſtatuit, a mente omnia diſponi, ut ſapientes, qui ante eum fuerunt, & ſolem, & lunam, & univerſam circumactionem ab eadem regi.* Hinc idem *Vir ſummus, Clericus nempe*, ad verba illa Sect. II. *Seipſum rapuit Pater*, ita loquitur: *Hoc eſt interprete Plethone:* Ἑαυτὸν τῶν ἄλλων πάντων ἐξαίρετον ἐποίησεν, *ſe ab omnibus ſubduxit & ſegregem fecit, quod Eſſentia ſupremæ illius Unitatis ſit plane* ἀμέθεκτος, *imparticipabilis, ut toto libro II. Theologiæ ſuæ multis probat Proclus, qui poſt Parmenidem eam vocat* ἕν, *quod neque eſt in ſe ipſo, neque in alio,* οὔτε ἐν αὑτῷ ἐστιν, οὔτε ἐν ἄλλῳ. *Hanc* (ita addit Doctiſſimus Vir) *eſſe Platonicorum mentem certo norunt, qui eam expenderunt, licet omnes eorum ratiocinationes non adſequamur; quod ne ipſi quidem, ut fit, præ nimia ſubtilitate ſatis ſcirent, quid ſibi vellent.* Provocat præterea *Gundlingius ad Plotini Ennead. V. Lib. VIII. cap. XII.* in quo doceatur, in prima

cauſa omnes fuiſſe ab æterno, atque in πϱοελθεῖν. Sed nihil hic extat, quod ad ſcopum Gundlingii ulla ratione faciat, quod inſpicienti patebit. Idem dico de loco Ennead. IV. Lib. III. cap. 9. ad quem provocat, probaturus, mundum ab effectore ſuo non eſſe ſeparatum. *Ne γϱυ* quidem ibi de hac re extat. Quæritur ibi, quot modis inſinuetur anima corpori, & qualis ſit anima mundi, & quomodo faciat mundum & dimenſionem ejus, & quomodo ſit ubique. Si verba ipſa, quibus nititur, adduxiſſet, tum ſtatim adparuiſſet, quam vim habeat argumentatio inde petita. Sect. 41. provocat denuo ad duo loca Plotini, perſuaſurus Lectori, ſe adſertiones ſuas firmiſſimis ſuperſtruere teſtimoniis, probe gnarus, pleroſque loca illa non inſpicere. *Prior extat Ennead. II.* Lib. I. cap. 2. atque ex eo probare vult, mundum conſervari ex mente Platonis *per continuum fluxum.* Quod ſi hoc vel maxime concederem, nihil tamen lucraretur *D. Vir:* probandum enim eſſet, *conſervationem mundi ex mente Platonis in eo conſiſtere, quod omnia continuo ex neceſſitate divinæ naturæ fluant.* At nec *prioris*, nec *poſterioris* hoc in loco mentionem facit Plotinus. In duobus prioribus capitibus

hujus

hujus libri quærit, utrum cœlum ſit ſempiternum, tam in qualibet ſingulari ejus ſubſtantia, quam in ſpecie; & ſtatim quidem initio capitis, mundum perpetuum fore ait, διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ βούλησιν; *non per perpetuam quandam ex Deo fluxionem.* Initio autem capitis ſecundi dubitanter tantum de modo perpetuæ conſervationis cœli rerumque ſublunarium loquitur, dicens: *Si opinionem hanc admiſerimus, dixerimusque, cœlum quidem & cœleſtia omnia ſecundum ſingularem cujusque ſubſtantiam ſempiternam habere perſeverantiam: quæ vero ſub luna ſunt, id ipſum duntaxat ſecundum ſpeciem poſſidere, demonſtrandum erit, quomodo poſſit, quod habet corpus, eandem ſemper ſub ſingulari proprietate ſervare naturam, cum ipſius corporis natura continue perfluat. Vetus enim hæc ſententia eſt, cum aliorum, qui de natura diſputaverunt, tum Platonis ipſius, non ſolum circa alia, verum etiam circa cœleſtia corpora fluxum eſſe perpetuum.* (*) *Ex quo patet, fluxum quidem corporum concedi, nullo verbo*

(*) Id quod Plotinus ex mente Platonis recte urget, qui, cum Heracliteæ Doctrinæ, quæ corporum omnium naturam fluidam aſſerebat, adhæſiſſet, nec

autem vel Dei, vel aliarum naturarum in-*telligentium mentionem fieri.* Alter loc*us* *Plotini* extat *eodem Libro cap. IV. p.* 99. A*d*-hucdum in ea quæſtione ſolvenda occup*a*-tus eſt *Plotinus*, quomodo cœlum perp*e*-tuo manere poſſit: idem, explicationem re*d*-diturus ita incipit: *Si quis enim adjunxe*-*rit potiſſimam cauſam, ſcilicet animam una cum corporibus adeo puris omninoque melioribus: quandoquidem & in cæteris animalibus na*-*tura pro membris principalibus eligit meliora, is certe ſolidam de immortalitate cæli ſen*-*tentiam in medium adduxiſſe videbitur. Recte enim & Ariſtoteles ait, flammam eſſe fervo*-*rem quendam & ignem velut, ob ſatietatem injurioſum atque luxurians. Ignis autem cœ*-*leſtis æqualis eſt, atque quietus, naturæque aſtrorum accommodatus. Quod vero maxi*-*mum eſt, cum anima optimis proxima, mira*-*bili potentia prædita ſit; quanam via qui*-

quam

iſtam vel ſcientiæ vel rerum durationi locum dare ma-tueret, æternas & per ſe duraturas ſubſtantias ma-teriæ oppoſitas invenit, monente ARIST. Met. l. XIII. c. 4. quæ tantum abeſt, ut fluxui materiali ſint ob-noxiæ, ut potius naturam eis adſcribat e diametro contrariam; quod clare probat, in intellectualibus Platonem nihil admiſiſſe, quod cum fluxu proprie dicto, qualem putat V. C. ullam habet communio-nem.

quam eorum, quæ in ea ſemel poſita ſunt, hanc ipſam verſus interitum ſubterfugere poterit? Hiſce in medium prolatis ſequuntur verba, ad quæ D. G. provocat. *Si quis*, inquit, *animam ex Deo manantem non judicaverit omni vinculo fortiorem, is quoque profecto cauſam omnia continentem ignorare videtur. Abſurdum certe eſt, opinari, animam, quæ ad tempus cœlum continere poteſt, non etiam id ſemper efficere.* Ex his *Plotini* verbis adparet, nihil aliud eum velle, quam vinculum, quo cœlum alias fluidum contineatur, animam illam mundi eſſe. Quid autem *fluxus cæli* facit *ad probandum, omnia ex Dei natura perpetuo fluere, atque adeo Deum & corpora ex diverſis partibus conſtare?* Interim tamen Cl. Gundling. Sect. 42. ait: *Platonis & Platoni conjunctio mundum Deo in unum Numen ſubſtantiamque coactum, adjicit;* & Sect. 43. *Eſt enim DEUS Platonis mundus, & mundus Deus.* Hæ aſſertiones, ut nullis teſtimoniis ſuperſtructæ ſunt, & pugnant cum omnibus, qui Syſtema Platonicum explanarunt; ita ex *meris ſophiſmatibus* conſtant. Nimirum ratiocinatio de conjunctione animæ mundi & mundo ipſo, aut prorſus vana eſt, aut huc redit: *Si anima mundi Deus eſt, Deus ha-*

bitat in materia immanenter. Atqui ver Prius. E. *& Poſt.* Sed male ſic infert *A tiſſimus Vir*; inhabitatio enim, (ut Sch terminis utamur) animæ mundi, nond innuit *informationem*, ad quám requirit ut *inhabitatum* & *inhabitans* ſint *formæ uni & inhabitans inhabitato det formam, eſſentia & naturam, uniusque adeo ſint eſſentiæ*: minus, aſſiſtit tantum, ut mens noſtra h bitat in corpore, illud tamen non info mat. Vis aperta teſtimonia, quibus mea ſententiam probem, & ratiocinium *D. Gau lingii* ſubvertam? En verba ipſius *Plotini cui tantum tribuit Antagoniſta. Ennead. III Lib*. 2. *cap*. 9. *pag. m*. 262. ita loquitur: ȣ γαρ δη ȣτω την προνοιαν ειναι δει, ωςε μηδ ἡμας ειναι. Παντα δε ȣσης προνοιας, και μον αυτης, ȣδ᾽ αν ειη. Τινος γαρ ἀν ἐτι ειη; ἀλλ μονον ἀν ειη το Θειον. Τȣτο δε και νυν ἐςι, κ προς ἀλλο δε ἐληλυθεν, ȣχ ἱνα ἀνελη το ἀλλ ἀλλ᾽ ἐπιοντι οιον ἀνθρωπῳ ἡν ἐπ᾽ αυτῳ τηρε τον ἀνθρωπον ὀντα. i. e. *Non oportet autem it Providentiam eſſe, ut nos omnino nihil ſimu alioquin ſi Providentia ipſa ſit omnia, ipſaq ſola, non erit amplius Providentia. Cuj enim ulterius Providentia foret? Profecto ſo la Divinitas eſſet. Nunc vero Divinitas qui dem eſt, ſeque confert ad alind, non tame*

ut ipſum aliud auferat: ſed accedens exempli gratia ad hominem, ſervat in eo, quod eſt eſſe hominem. Vis ratiociner ex ipſis principiis Philoſophiæ Platonicæ? Tum ad *duo æterna & independentia principia, ad diſtinctionem celeberrimam* τῶν νοητῶν καὶ αἰσθητῶν, *ad originem animæ mundi, prout a Platone & T. Locro deſcribitur, recurram* - - dein verba illa *Gundlingii*: Deus Platonis eſt mundus, & mundus Deus, *involvunt fallaciam compoſitionis*. Dici poteſt Platonis Deus, mundus συνεκδοχικῶς propter partem præſtantiorem, animam nimirum mundi, non vero propter eandem eſſentiam: Deinde eſt *Deus Platonis*, mundus conſtans animo (ut ita dicam) & corpore, ſed non materia: *quemadmodum homo animo & corpore* conſtans, eſt *creatura rationalis, denominatione* a *potiore deſumta*, non vero corpus, abſonumque eſſet, ideo aſſerere, ſtatui corpus rationale, quod homo dicatur rationalis, cum mens & corpus eſſentialiter differant. Nemo dixerit membra corporis mentem eſſe, membra corporis & membra mentis unum eſſe, quia mens operatur in toto corpore. Judicent igitur æqui rerum arbitri, quo jure ſolidis rationibus & argumentis deſtitutus, *Elegantiſſimi Vir*

Ingenii Sect. 43. exclamaverit: *Qui clariorem probationem petiturus eſt, illi ego bonam mentem apprecarinon deſiſtam, oculosque vividiores.* Cætera, quæ ad Sectionem usque 47. dicuntur, *mera ſunt repetitiones nullis argumentis aut teſtimoniis ſuperſtructa*; ſupra autem ſatis ſuperque, ni fallor, refutatæ. Unicum tantum addendum de materia, quam contendit Sect. 54. ſq. *non-Ens eſſe*, ſimul tamen ex *Dei natura decerptum.* Dixi ſupra, quo ſenſu materia non inter τα ὄντα referatur. Obſervemus tantum, hanc *ipſam hypotheſin Gundlingii ſubvertere* illam de *origine materiæ ex Deo ſententiam.* Si enim materia ex Deo, ut ideæ, mens, anima mundi & alia νοερα, erit etiam ὂν, quia participat ἀπο τȣ ὄντος, ut illa ὄντα revera ſunt. Quod cum non ſit ex mente *Gundlingii*, materia quoque a Deo eſſe non poteſt. Hinc vero nondum ſequitur, materiam non eſſe, quia ȣκ ὂν; ſed tantum, eſſe *nihil ſtabile*, quæ nec ipſe negaverit *Gundlingius*, conſideratis iis, quæ pag. 77. *affert*, & pluribus adſerit *Jamblichus in Nicomachum.* (*) Alterum concernit locum Platonis in Philebo p. m. 88. verſ. Fic. *Contendit* Gundlingius, Platonem in citato loco *dilucide* fateri, animam *humanam*

(*) Et PORPHYRIUS in ſententiis.

nam & corpora omnia eſſe univerſi partes, & unius illius ſubſtantiæ decerpta. Verbo, unicam dari; quemadmodum in ſyſtemate Spinozæ, ex mente Platonis ſubſtantiam. Verba ita ſonant ex verſione Ficini. Soc. *Et efficientis natura nomine duntaxat a Cauſa differt, efficiensque & cauſa unum merito vocabuntur.* Pr. *Merito.* Soc. *Quin etiam factum ac genitum ſolo nomine diſcrepabūt.* Pr. *Certe.* Soc. *Præcedit quidem atque ducit natura ſemper quod Efficiens eſt: quod vero factum eſt ab eo genitumque, ipſum ſequitur.* Adferamus ſolum antecedentia & proxime ſequentia, ut pateat vis illationis Gundlingii. *In antecedentibus* locutus eſt *Plato* de *infinito*, *termino*, & quod ex hiſce duobus conſtat. Dein *Socratem* ita inducit *loquentem : Cæterum*, inquit, *quid præter hæc tria quartum genus ſit, diſcutiendum reſtat. Communis autem iſta diſceptatio eſt. Vide enim, an non neceſſarium tibi videtur, quodcunque gignitur, per aliquam cauſam gigni.* Pro. *Mihi plane. quomodo enim absque ea fieret?* Tum ſequuntur verba citata, quibus adductis ita Socrates pergit: *non ergo idem, ſed aliud eſt cauſa, & quod ad generationem cauſæ ſervit.* Pro. *Quid prohibet?* Soc. *An non genita ipſa, & ex quibus gignuntur omnia tria nobis genera*

præbuerunt. Pro. *Maxime.* Soc. *Omne autem iſtorum Opificem quartum ponimus cauſamque vocamus, utpote aliud quiddam quam NB. illa ad ſufficientiam demonſtratum.* Tantum abeſt, ut hic locus *cauſæ Gundlingii inſerviat*, ut potius prorſus eandem deſtruat quam evidentiſſime. Tria enim illa, *terminus* nempe, *infinitum*, ac quod ex illis *componitur*, *inter facta* & *genita* numerantur; Opifex autem illis *tanquam Cauſa, tanquam Efficiens* præficitur, & ab ipſis *genitis factisque diſtinguitur.* Quomodo igitur Deus & materia cunctaque alia una natum erunt ſubſtantia, quod contendit Gundlingius? Et tamen pag. 268. exclamat: *Audi Zimmermanne, genitum differt ab Efficiente & cauſa nomine, ſicut differunt efficiens & cauſa.* Num audiendus eſt *Gundlingius*, qui provocat ad *Platonem* alia plane, quam vult, dicentem? *Plato* ait, *efficiens a facto genitoque diſtingui. Gundlingius nomine tantum. Utri* ergo *fides adhibenda ſit videat Lector.* Imo ſi vel maxime ex hoc loco probari poſſet, cauſam efficientem & effectum in genere emanationis non differre eſſentia, nondum tamẽ ſequeretur, id quod intendit Gundlingius. Quod ſi enim ponamus, mentes noſtras a Deo emanaſſe, ſequetur, eas eſſe

ejus-

ejusdem cum Deo eſſentiæ; Si corpora omnia orta ex materia, noſtra item corpora erunt ejusdem cum materia eſſentiæ. Verum id oſtendendum, *diverſas iſtas partes*, *Deum* nempe & materiam, *unum* eſſe: dici poſſunt eſſentiæ ratione *unum* Deus, genitum, NB. in *ſpiritualibus*. *Unum materia*, genitum, forma NB. in *materialibus*, & tamen *duæ* manent *diverſiſſimæ ſubſtantiæ*.

Sect. XXX.

Sectione 66. aggreditur *Cl. G.* materiam de *mundi æternitate*. *In diſſertatione mea* clariſſima *Platonis* & *T. Locri adduxi* loca, quibus probatur, *Platonem* crediſſe, tempus non eſſe æternum, ſed ſimul cum mundo tempus exortum. Hæc autem longe aliter & *contra clariſſimorum teſtimoniorum lucem* interpretatur D. *Gundling*. pag. 284. Poſtquam enim, quæ circa hanc materiam obſervanda ſint, injunxit, ſententiam ſuam ita proponit: *Certum habeo, materiam Platonem dixiſſe æternam cum Timæo Locro, eamque extitiſſe interveniente* λογῳ; *quod Ab. Gravius non male exponit, ab hoc* λογῳ *ſeu mente illam eſſe prolatam, non creatam ex nihilo; ſed* δεδειγμενην, *nec prorſus exornatam, ſed informem*, ἀσχημάτιστον; *ſiquidem in ipſa productione gradus ponantur in ſigno rationis*,

tionis, per quos major ei perfectionis & ornatu incrementum acceſſiſſet κατ' ἐπίνοιαν. Sed hæc *aperte* cum teſtimoniis *Veterum* pugnant. *Materia* quidem dicitur ἀΐδιος, imo etiam ἀσχημάτιστος, ſed antequam Deus ad intelligibile illud παράδειγμα eam formaret, & hactenus quidem, ſi materiam reſpectu originis ſuæ conſideres, mundus, quatenus ex æterna materia conſtat, eſt æternus. Sed cum clariſſime *Plato*, *T. Locrus* aliique magno numero teſtentur, materiam illam ἀσχημάτιστον a Deo fuiſſe exornatam, & in diverſas ſpecies formasque mutatam, Deo per bonitatem ſuam ad hoc commoto, liquidum eſt, *purum putum inventum eſſe Cl. Gundlingii* aſſerentis, materiam illam æternam non exornatam, ſed ἀσχημάτιστον ab æterno fuiſſe prolatam, & in ſigno, ut ait, rationis tantum exornatam in tempore. Quid enim clarius evidentiusque eſt verbis *T. Locri*, quem hac etiam in parte Plato ſequitur, quæ leguntur pag. 552. ed. Galæi: χρόνῳ δὲ τὰ μέρεα ταύτας τὰς περιόδως λέγοντι, ἃς ἐκόσμησεν ὁ Θεὸς σὺν κόσμῳ. οὐ γὰρ ἦν πρὸ κόσμω ἄστρα. διόπερ οὐδ' ἐνιαυτὸς οὐδ' ὡρᾶν περίοδος, αἷς μετρέεται ὁ γεννατὸς κόσμος οὗτος, εἰκὼν δὲ ἐστι τῶ ἀγεννάτω χρόνω, ὃν αἰῶνα ποταγορεύομες. ὡς γὰρ ποτ' ἀΐδιον παράδειγμα τὸν ἰδανικὸν κόσμον

ὅδε

ὁ δε ὠρανος ἐγεννάθη, ὅλως ὡς προς παραδειγμα τον αἰωνα ὁδε χρονος συν κοσμῳ NB. ἐδαμιεργηθη. i. e. *Sunt vero hæ temporis partes, quas circuitus vocant. Deus autem tempus cum ipſo mundo ordinavit. Non enim erant aſtra ante tempus, neque proinde annus, neque anni tempeſtates, certis circuitibus diſtincta: Eſt autem tempus ingeniti temporis imago, quod æternitatem vocamus. Quemadmodum enim hæc univerſitas ad intelligibilis mundi exemplar creata eſt, ita & hoc tempus ad æternitatem, veluti ad Exemplar quoddam, cum mundo ab Opifice fuit conſtitutum. Aperte* in hoc loco Deus dicitur mundum κοσμησας, *aperte mundus cum tempore* initium habuiſſe; *aperte* tempus dicitur τε ἀγεννάτε χρονε imago. *Hæc* qua ratione poſſint *eludi*, & in alium ſenſum torqueri, *fateor me neſcire.* Sed cur, inquit, materia illa æterna non item ab æterno exornata fuit? Non ita voluiſſe Deus dicitur ex mente Platonis. *Bonus tamen eſt*, regerit, *ab æterno.* Imo vero. Sed nullà adeſt *neceſſitas*, quæ *Deum impellat ſemper ſuam demonſtrandi bonitatem.* Omnes Chriſtiani Deum bonum eſſe clamitant, ſimul tamen cuncti fatentur, Deum mundum in tempore condidiſſe. *Sed ſi Deus noluit* (ita pergit) *primum mundum condere, poſtea vero vo-*

ro voluit, videtur Deus eſſe mutabilis. Deus etiam ex Chriſtianorum ſententia noluit mundum citius condere, quam condidit, neque tamen mutabilis eſt, licet ab æterno divina mente hoc agitaverit. Deus ab æterno conſtituit, me creare, ſed non ab æterno voluit conſilii ſui Decretum exequi; neque enim, quæ vult, ab æterno fieri vult, alias mundus cum omnibus Creaturis æternus eſſet. His non obſtantibus, putat tamen *D. G. veriſimilius eſſe, mundum eſſe æternum ex mente Platonis, quam in tempore genitum.* Sed quomodo hæc cum verbis Platonis & T. Locri conciliari poſſunt? Audi. *Sicuti Moſis*, inquit, *diſtincta rerum creatarum intervalla non impediunt, quo minus omnia ſimul condi potuiſſe exiſtimentur: ita animum induxerim, non repugnare ſimiliter, quin, materia ab æterno apparente, omnia ſimul ornata putaverit & facta Philoſophus Athenienſis: etſi ſigillatim recenſuit genita, earumque ordinem delineavit.* Sed hoc *nihil aliud eſt, quam conjecturas conjecturis tegere, ne perpluant.* Cur enim hic a ſimplicitate literæ recedamus? *Sufficit*, quod Moſes æque ac Plato & T. Locrus adſerant, *in tempore* conditum eſſe mundum, ſive jam per intervalla hoc factum ſit, ſive in

mo-

momento. Sed graviores rationes promittit *Antagoniſta meus* pag. 287. *Plato*, inquit, *nunquam ad quæſtionem de mundi æternitate reſpondit rotunde; ſed repoſuit duntaxat, cumprimis in Timæo, mundum eſſe genitum. Quæ reſponſio non ſatisfacit ſollicitò lectori. Semper enim ζήτημα recurrit: an κατὰ χρόνον? Itemque an geneſis æterna ejus ſententiis ratis repugnet.* Quid ergo tandem ſibi volunt verba antea e *T. Locro* citata? an non *rotunde* adſerit *Timæus*, una cum mundo demum tempus exortum, tempus εἰκόνα tantum eſſe χρόνου αἰωνίου? num hæc interprete indigent aut Oedipo quodam? ſed audiatur ipſe Plato in Timæo *rotunde* ita loquens p. 480. Ὡς δε κινηθεν τε αὐτο, και ζων ἐννενοησε των αϊδιων Θεων γεγονος ἀγαλμα, ὁ γεννησας πατηρ ἠγασθη τε και ἐυφρανθεις ἐτι δη μαλλον ὁμοιόν προς το παραδειγμα ἐπενενοησεν ἀπεργασασθαι. Καθαπερ ȣ̓ν αὐτο τυγχανει ζωον αϊδιον, και τοδε παν ȣ̔τως εἰς δυναμιν ἐπεχειρησε τοιȣτον ἀποτελειν. ἡ μεν ȣ̓ν ζωȣ φυσις ἐτυγχανεν ȣ̓σα αἰωνιος, και τȣτο μεν δη τῳ γεννητῳ παντελως προσαπτειν, ȣ̓κ ἠν δυνατον εἰκω δ' ἐπινοει κινητην τινα αἰωνος ποιησαι, και διακοσμων ἁμα ȣ̓ρανον, ποιει μενοντος αἰωνος ἐν ἑνι, καθ' ἀριθμον ἰȣσαν αἰωνιον εἰκονα, τȣτον ὀν δη χρονον ὠνομακαμεν. ἡμερας γαρ και νυκτας και μηνας και ἐνιαυτȣς, NB. ȣ̓κ ὀντας πριν ȣ̓ρανον

οὐρανὸν γενέσθαι, καὶ τὸ τε ἅμα ἐκείνω ξυνιστα… τὴν γένεσιν αὐτῶν μηχανᾶται, ταῦτα δὲ πάντα μ… χρόνου. Καὶ τὸ τ' ἦν τὸ τ' ἔσται. χρόνου γεγ… εἴδη φέροντες λανθάνομεν ἐπὶ τὴν ἀΐδιον οὐσι… ὀρθῶς. Λέγομεν γὰρ δὴ ὡς ἦν, ἔστι τε καὶ ἔσται. Τ… δὲ τὸ ἔστι μόνον, κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον προσήκει. Τ… δὲ ἦν, τὸ τ' ἔσται περὶ τὴν ἐν χρόνῳ γένεσιν ἰο… πρέπει λέγεσθαι. Κινήσεις γάρ ἐστον. Τὸ δὲ ἀ… κατὰ ταῦτα, ἔχων ἀκινήτως, οὔτε πρεσβύτερον, οὔ… νεώτερον προσήκει γίγνεσθαι ποτέ. οὐδὲ γεγον… νῦν, οὐδ' εἰς αὖθις ἔσεσθαι, τὸ παράπαν δὲ οὐδὲν ὅσ… γένεσις τοῖς ἐν αἰσθήσει φερομένοις προσῆψεν, ἀλλ… χρόνου ταῦτα αἰῶνα τε μιμουμένου, καὶ κατ' ἀριθ… κυκλουμένου γέγονεν εἴδη — χρόνος δ' οὖν μετ' οὐρα… νοῦ γέγονεν, ἵνα ἅμα γεννηθέντες ἅμα καὶ λυθῶσι, ἄν ποτε λύσις τις αὐτῶν γένηται. Καὶ κατὰ τὸ παράδειγμα τῆς αἰωνίου φύσεως, ἵν' ὡς ὁμοιότατ… αὐτῷ κατὰ δύναμιν ᾖ. Τὸ μὲν γὰρ δὴ παράδειγμα πάντα αἰῶνα ἐστὶν ὄν. Ὁ δ' αὖ διὰ τέλους τὸν ἅπαντα χρόνον γεγονώς τε καὶ ὢν καὶ ἐσόμενος ἐ… μόνος, δὴ οὖν λόγου καὶ διανοίας Θεοῦ τοιαύτης πρ… χρόνου γένεσιν, ἵνα γεννηθῇ χρόνος, ἥλιος καὶ σελήνη, καὶ πέντε ἄλλα ἄστρα, ἐπίκλην ἔχοντα πλανῆτα εἰς διορισμὸν καὶ φυλακὴν ἀριθμῶν χρόνου γέγονε… i. e. *Cum igitur hoc a ſe factum ſempiternorum Deorum pulchrum ſimulacrum moveri & vivere Pater ille, qui genuit, animadverteret, delectatus eſt opere, & hac ductus lætitia opus*

ſui

to multo etiam magis primo illi Exemplari ſimile reddere tentavit. Itaque quemadmodum illud ſempiternum animal eſt, ita univerſum hoc pro viribus tale facere ſtuduit. Illius quidem animalis æterna natura eſt, quod genito operi congruere omnino non poteſt. Idcirco imaginem ævi mobilem effingere decrevit, ac dum cœlum exornaret, fecit æternitatis in unitate manentis æternam quandam in numero fluentem imaginem, quam nos tempus vocamus. Dies porro, & noctes, & menſes, & annos, qui ante NB. cœlum non erant, tunc naſcente mundo naſci juſſit; quæ omnia temporis partes ſunt. Atqui erat, & erit, quæ nati temporis ſpecies ſunt, non recte æternæ ſubſtantiæ aſſignamus. Dicimus enim de illa, eſt, erat, & erit. Sed illi revera ſolum eſſe competit. Fuiſſe vero & fore deinceps ad generationem tempore procedentem referre debemus. Motus enim quidam duo illa ſunt. Æterna autem ſubſtantia cum eadem ſemper & immobilis perſeveret, neque ſenior ſe ipſa ſit unquam neque junior, neque fuit hactenus neque erit in poſterum, neque recipit eorum quidquam, quibus res corporeæ mobileſque ex ipſa generationis conditione ſubjiciuntur. Nempe hæc omnia temporis imitantis ævum, ſeque numero revolventis, ſpecies ſunt. — Tempus

pus vero una cum cœlo factum eſt, ut una ta, una etiam diſſolvantur, ſi qua his dissolutio unquam contigerit. Et ad Exemplar æternæ naturæ ideo factum eſt, ut mundus hic illi præſtantiori, quoad poteſt, ſimillimus. Ille enim mundus hujus Exemplar omne ævum eſt. Hic vero perpetuo per omne tempus fuit, ſitque ſolus, & erit. Hac ratione conſilioque DEI, tempus creare volentis, & luna, & aliæ quinque ſtellæ, quæ vocantur erraticæ, factæ ſunt, quo temporis numerus diſtinguatur atque obſervetur. Locum illum prolixum ideo adduxi, ut *omnibus pateret*, quam nullo fundamento *D. G.* conjectura nitatur. Verbum ad illum addere nolo, cum nemo non videat, *adverſa fronte* pugnare ſententiam *Gundlingii* cum adſertis *Platonis*. Sed quæritur, inquit, an geneſis æterna ejus ſententiis ratis repugnet? nam materiam is certe genitam, eamque ſimul ἀΐδιον appellat. Ita eſt, materia dicitur ἀΐδιος, genita non item, niſi intelligas mundum ornatum, quæ non repugnant. Geneſin æternam ſententiis Platonis repugnare, omnia docent, quæ ſupra de origine mundi & liberrima Dei voluntate materiam in ordinem redigendi diximus; imo locus ille jamjam citatus haud obſcu-

bſcure inſinuat, quid Plato & de origine mundi & temporis ortu ſenſerit. *Nec ne-ligendum,* (ita pergit) *Platonem cœlum ac to-tum mundum pro Deo habuiſſe. Deus vero ſt æternus, habetque eſſentiam & exiſtentiam ternam; ſimiliter mundus igitur.* Provo-cat ad *Platonis Epinomidem,* in quo cœlum Θεὸς adpellatur, p. m. 636. Sed infirma eſt quammaxime illa ratiocinatio: Cœ-lum Deus vocatur, ergo cœlum eſt Ens perfectiſſimum. Novimus enim, & terram Dei nomine adpellatam, licet nemo for-te ſit, qui credat, terram eſſe Ens perfe-ctiſſimum. Vocat Θεὸν cœlum, quia ani-mæ ſingulis aſtris attributæ ſunt. Hinc idem Plato eodem in dialogo pag. 922. verſ. Ficini: *Cogitemus igitur,* inquit, *quo-modo fieri poſſit, ut tanta magnitudo ab ali-qua natura poſſit tanto tempore circumferri. Ego igitur adſero, Deum cauſam eſſe, nec ali-ter fieri poſſe. Animatum enim non aliter, quam propter Deum fieri poſſet, ut nos de-claravimus. Quoniam ergo id Deus facere poteſt, facile ipſi fuit primum omni corpori magnitudinique vitam tribuere: deinde, qua ratione optime fieri cogitavit, hac ducere. Demum de his omnibus veram hanc ſenten-tiam ferri volumus: impoſſibile eſſe, terram,*

cœlum, ſtellasque omnes, & quæ ex his a ſtant moles, niſi anima ſingulis aut adſit ſ inſit, adeo exquiſita ratione annis, menſi diebusque circumvolvi, nobisque omnibus b na omnia facere. Hominem vero decet, vilior eſt, eo minus de ipſis nugari, ſed nari potius certi aliquid dicere. Ita Pla Ex quo patet ratio, cur cœlum inter θ referatur, ſimulque *Deum diſtingui a cœ ſtellisque. Imo ipſe articulus* oſtendit, de te perfectiſſimo Platoni ſermonem esse, Ἴνα δὴ, inquit, καὶ σεμνύνων τοῖς λεγ θεὸν, ὦ, Μέγιλλε τε καὶ Κλεινία, σχεδὸν ἔχων *quem vero Deum laudibus, o Megille & Clini efferο? cœlum ferme.*

Sect. XXXI.

Miſere ſe torquet *D. Gundling.* Sect. 68 & 69. ut conſequatur, quod intendit. Ita enim loquitur Sect. 68. *Id verum: Plato nihil pulchrius exiſtimavit mundo: & Deus ſemper vult pulcherrimum, quod intelligit. Velle Dei nunquam non eſt actus: quia potentia in Deo eſt actus; itaque inde potius conſequitur, pulcherrimum intelligibile eſſe quoque appetibile. Voluntas Dei non eſt vaga, ſed definita: igitur niſi creaſſet illico mundum, definita voluntas non fuiſſet, ſed incerta.* Ita

Gund-

Gundlingius. Neſcio, utrum *D. Vir* ſuo hic, an Platonis nomine loquatur. Certe non ita ſentit *Plato*, ſed Spinoza. Propoſ. 34. Spinoza rotunde ait : *Dei potentia eſt ipſa ipſius eſſentia*; propoſ. XXXV. *quicquid concipimus in Dei poteſtate eſſe, id neceſſario eſt.* propoſ. XXXII. *voluntas non poteſt vocari cauſa libera; ſed tantum neceſſaria.* Et hinc emergunt *duo Corollaria*, quorum *primum* eſt, *Deum non operari ex libertate voluntatis.* 2. *Voluntatem & intellectum ad Dei naturam ita ſeſe habere, ut motus & quies, & abſolute, ut omnia naturalia, quæ a Deo ad exiſtendum & operandum certo modo determinari debent.* Propoſ. XXXIII. *Res nullo alio modo, neque alio ordine a Deo produci potuerunt, quam productæ ſunt.* In Scholio propoſ. XVII. pag. 17. & ſeq. *abſurdam ſententiam vocat eorum ſententiam, qui putant, DEUM per potentiam ſuam multa facere poſſe, quæ tamen non fiant.* Unde facile patet, quid de propoſitionibus illis ſentiendum ſit. Sane ſi potentia Dei eſt actus, ſequitur, omnia, quæ exiſtunt, neceſſario exiſtere, nihil amplius fieri poſſe, Deumque non cauſam liberam, ſed neceſſariam eſſe. Voluntas Dei non eſt vaga, ſed nec neceſſario agens. *Eodem argumen-*

to Gundlingii probarem, Deum ab æter
mundum & omnes Creaturas produxiſ
Deus nimirum ab æterno intellexit, q
creare voluit, vult ergo ab æterno, qu
intelligit eſſe pulchrum. Mundum hu
pulcherrimum eſſe vidit; ergo ab æter
creavit; inſuper: Deus poteſt mund
producere, ergo ab æterno creavi
quia potentia eſt ab æterno eadem c
actu. Porro, voluntas DEI creand
mundum, non eſt vaga, ergo ab æter
creavit mundum, quia alias voluntas n
eſſet definita, ſed vaga. Non opus eſt, u
quam falſa ſint hæc ratiocinia oſtenda
Si Deus Platonis, ita pergit, *voluit fac*
mundum voluntate interna, cujus mun
παράδειγμα erat in mente Dei: voluit ce
producere ab æterno, & nunquam potuit n
velle, quemadmodum ab æterno eſt, nec pot
non eſſe. Si aliquando non voluiſſet, ſed c
piſſet velle; conſequeretur, ut 1.) vel non fuiſ
aliquando, quod eſt contrarium ſempiternita
& neceſſitati, qua Deus exiſtit; 2.) vel ejus
diſcreparet voluntas ab eſſentia, quod everti
Numinis divini ſimplicitatem: vel denique 3.
Mutationis non eſſet expers, quod repugnat per
fectioni. Reſpondeo, 1. a voluntate Dei, quate
nus pro attributo Dei eſſentiali ſumitur, a

exe

ſecutionem æternam ejusdem voluntatis, ulla eſt conſequentia. Deus ab æterno voluit, ſeu conſtituit me creare, ſed nec ideo ab æterno formatus ſum. 2. Quid juvat, tempus aliquod diſtinguere, quo noluit, tempus item, quo voluit mundum condere? voluit, ſeu conſtituit ab æterno, quo tempore condere mundum. Voluntas Dei & res, quas vult facere, uti ſunt natura ſua diſtinctæ; ſic nulla eſt prorſus inter voluntatem & res, quas vult, neceſſaria connexio. Voluntas attributum Dei æternum eſt, & eo reſpectu etiam hoc vel illud ab æterno velle dicitur; ſed res, quas vult efficere, non ideo tamen æternæ ſunt, quandoquidem voluntas eſt facultas libera, quæ, prouti infinita ſapientia jubet, agit. 3. Sine dubio ſi Plato Deum mox volentem mox nolentem induxiſſet, vel non fuiſſe eum aliquando, vel mutabilem eſſe, ſequeretur. Sed cum hæc ſuppoſitio in *cerebro Gundlingii*, non *item Platonis*, nata ſit, non opus eſt, ut de abſurdis, quæ inde ſequuntur, quicquam dicamus. *D. G. Syſtema abſurdum primo fingit, deinde magna vi ſubvertit, quod facillimum eſt.* Non ſum ego ex iis, qui conſequentias cuiquam imponere velim, quas ipſemet deteſtatur. *Indignum*

eſt Viro honeſto & ſapientiæ ſtudioſo. Neſci interim, quomodo *Cl. Vir* in ſententia prolapſus ſit, quæ *periculoſiſſimis conſectari obnoxia eſt. Potentia* in Deo ſemper d *actus. Velle Dei* nunquam non eſt *ac Voluntas* eadem eſt cum *eſſentia.* Ex qui bus propoſitionibus neceſſario ſequitu *Deum nihil amplius creare poſſe, omnia, qu ſunt, neceſſario eſſe*, & quidem *æterna, vo luntatem* in Deo non *liberam* eſſe, ſed *ne ceſſariam.* Quæ quam abſurda ſint, nemo non videt. Non tamen, (ut denuo repe tam) eum hæc credere puto, ſed *nimio re refellendi ardore* abreptum crediderim, cum hæc ſcripſerat. Si ego hæc dixiſſem, ſine dubio vapulaſſem. Sed præſtat ἀληθεύειν ἐν ἀγάπῃ. Poſtquam illa conſectaria, quæ ex ſententia *Platonis*, vel potius ipſius, mana re dixiſſet, in medium attulit, ſupponit hæc omnia Platonem ἄτοπα perſpexiſſe, at que adeo cauſam non eſſe, quominus mundum æternum finxerit Plato. De con ſectariis illis jam diximus; nimirum, illa nituntur hypotheſi *emendicata* & a Gundlin gio *efficta.* Sine dubio mundus eſſet ab æter no, ſi ab æterno eum voluiſſet condere Opti mus Maximus. Impediens nullum fuit. Ma teria eſt res ad utrumque parata. Non prohi-

buit

buit internum quid. Voluntas enim Dei libera eſt, non eſt defectus virtutis, niſi dicas, Deum imbecillum eſſe, quod nos non creaverit ab æterno, quod ἄλογον. Voluntas Dei non ideo eſt temporaria. Non enim in arena capit conſilia. Voluntas reſpectu eſſentiæ ſuæ æterna eſt, ſed libera executio voluntatis in tempore demum locum habere poteſt. Neque ex nolente factus eſt volens. Voluit exornare rudem & indigeſtam molem, ſed definito ſuo tempore. *Qui voluntatem* (ita pergit Cl. Gundlingius p. 291.) *& eſſentiam divinam diverſam autumat, ſimplicitatem Dei ſubruit, eumque compoſitum efficit.* Neſcio, quid cogitaverit *ſubtiliſſimus Vir*, dum hæc ſcripſit. *Voluntas* enim Dei, licet ad Eſſentiam Dei pertineat, *facultas tamen eſt liberrima; Eſſentia* vero *divina* eſt *neceſſaria*; ergo quod Deus vult, non neceſſario vult, ſed libere quammaxime. Spinoza adſerit, voluntatem non eſſe cauſam liberam, ſed neceſſariam, uti ſupra jam ipſa ejus teſtantur verba. Neceſſaria ſine dubio eſt voluntas, quatenus ad naturam Entis perfectiſſimi neceſſario pertinet; ſed quatenus conſideratur reſpectu rerum, quas vult, minime neceſſaria eſt, ſed liberrima. At hic

quæſtio eſt de mundi Creatione. Quod igitur voluntas Dei æque neceſſaria eſſet, ipſa Eſſentia Dei, ſequeretur, mundum à æterno neceſſario extitiſſe, nulla eſſe contingentia, nulla poſſibilia, Deum Ens ſi non libere, ſed neceſſario agens. *Hæc*, in quam, ex *ſententia Gundlingii ſequerentur.* Cum autem illa abſurda non admittat, patet, quid de fundamento, cui inædificata eſt adſertio *Cl. Viri*, ſentiendum ſit. Scio illos, qui dicunt, Deum libere ab æterno mundum condere voluiſſe, in Spinozæ castra non tranſire. Sed *aliud eſt, dicunt, Deum ab æterno libere voluiſſe mundum condere, aliud potentiam Dei eſſe ipſum actum; velle Dei nunquam non eſſe actum; voluntatem Dei eſſe ipſam eſſentiam. Prius* nullam involvit contradictionem; *poſterius* autem mundi neceſſariam exiſtentiam aliaque abſurda inferret. Utrum Pythagoras, Parmenides mundi æternitatem profeſſi ſint, hic inquirere nolo. Quæritur? quid ſenſerit Plato? Perſpicuis locis probavi, eum mundi æternitatem negaſſe, hoc ſufficit. Non ſemel, dum hæc ſcripſi, mihi in mentem venit illud Poëtæ: *Quo ſe nunc proripit ille?*

Sect.

Sect. XXXII.

Sed redit tandem *D. G. ad T. Locrum*, probaturus, eum ipſum ſententiam de æternitate mundi adſtruere. Sect. enim 73. ita loquitur: *Sed age, ad T. Locrum redeamus, de tempore differentem, qui iſtud* εικονα και παραδειγμα *æternitatis nominat. Si quid video, Locrus ait, tempus ratione noſtri ad exemplum æternitatis eſſe conferendum. Ut enim æternitas eſt infinita exiſtentia, & tota ſimul vita, hoc eſt, ipſe Deus: ita tempus ſimiliter eſt infinitum à vita Dei profluens, qui Deus, dicente Boëthio, infinitum temporis iter arripuit, ut continuaret eundẽ vitã, quæ nunquam finietur: eoque mundus animatus hac vita, initium non habet, nec finem. Adeo verum eſt, invenire quemque, quod quærit.* Locum non adduxit, ne inſpici queat. Adduximus eum Sect. XXX. hujus diſſertat. qui cum dicendis conferendus. Nimirum dies & nox *temporis partes* dicuntur, quas Deus εκοσμησεν συν κοσμω. Quemadmodum mundus dicitur γεννατος, ita & χρονος, quod infra textum non ſolum Editor obſervat, ſed & ipſa rei natura docet; cum enim *tempus* ſimul cum *mundo ortum ſit*, *mundus* autem γεννατος, ſequitur, *idem de tempore* dicendum. Probat præterea idem *comparatio*, quam inſtituit Locrus. Mundus hic

γεννα-

γεννατος, factus eſſe dicitur ad παράδειγμα quod ἀΐδιον, *tempus vero* εἰκόνα αἰῶνος. quitur itaque, παράδειγμα *illud eſſe æter*- *mundum vero factum*; *æternitatem diſting*- χρόνῳ, *ut* παράδειγμα *illud æternum di*- *ctum eſt a mundo, ad illud facto. Æter*- *tas* igitur ſecundum Locrum competit il ſolis, quæ *neceſſario* exiſtunt, *tempus* aut *rebus non neceſſariis*, ſed factis, & ab alio d pendentibus. Atqui mundus ſecund *Platonem & T. Locrum* incepit, aſtra, quorum curſum tempus metimur, cu mundo facta, ergo tempus etiam cum mu do exortum; mundus igitur initium hab ergo etiam tempus: quod initium habe neque infinitum, neque æternum dici po teſt; at habet mundus & tempus ſecun- dum T. Locrum initium, ergo & mundu & tempus finita ſunt. *Vita Dei & conti- nuata ejusdem nec unquam interrupta exi- ſtentia, nonniſi mentis abſtractione inter ſe differunt; mundus* vero una *cum tempore*, ut ſine contradictione tanquam *non exiſtens* concipi poteſt; ita poſtquam ſemel exiſte- re cœpit, *finitus eſt, æque ac tempus* fluxum eſt ac manebit. Quid ergo ſibi volunt il- la *D. Gundlingii* verba, mundum vita Dei animatum? aut hac propoſitione intelligi-

tur

tur, Deum ab æterno ſe cum mundo conjunxiſſe, adeo ut, poſita æterna Dei vita, ponatur ſimul æterna Dei duratio; aut Deum jugiter & æternum actuoſum voluiſſe mundum condere, ſimul cum tempore. *Prior ſenſus* aperte contrariatur Locri verbis; is enim tempus demum cum mundo & ſtellis ortum eſſe perhibet. *Si poſterius*, mundus in tempore conditus eſt, & tempus cum mundo exortum. Tempus itaque non a vita Dei ſeu continuata exiſtentia fluit; *Sed ut mundus a liberrima voluntate Dei* originem habet ſecundum Timæum, *ita ſimiliter tempus non a vita Dei, ſed voluntate ejus originem ſuam habet.* At inſtat Cl. Vir dicendo: *Inquis: mundus eſt genitus, genitum eſt poſterius; mundus igitur, tanquam genitus, erit poſterior gignente. Ego: qui poſterius dicit, ponit prius. In Deo non eſt prius, quia in ipſo non eſt poſterius, nec præteritum, ſed tantum EST, ac præſens: quare conſequitur, ut, DEI contemplatione, mundus non ſit poſterior, quia Deus alioquin fingeretur prior & poſterior. Mira* hæc eſt *ſubtilitas*! nimirum mundus conditus eſt ſecundum Locrum, ἐδαμιουργήθη ergo mundus eſt æque æternus ac ipſe Deus. In Deo non eſt prius & poſterius, nec præ-

præteritum, ſed præſens; Ergo in mund a Deo condito non prius etiam eſt & po ſterius. Si in mundo prius eſſet ac poſt rius, ſequeretur, Deum, qui mundum con templatus eſt, ſe ipſo priorem eſſe & po ſteriorem. Quis autem non videt *ratiociniorum iſtorum vim & incredibilem efficaciam?* nimirum hæc omnia nituntur *ſuppoſitione de neceſſaria omnium rerum emanatione a Deo*, quæ adſertis Timæi evidentiſſime contraria eſt. *Quocirca mundum* (ita pergit D. G.) *nihilominus exiſtimare Plato potuit genitum à Deo æternum, quia eſt actio & vita infinita, ſic, ut vita mundi concipitur tanquam linea continuata, tanquam radius lucis perpetuo coruſcantis. Cum vero lux iſta divina non unum emiſerit radium, ſed plures; hinc nunc demum, ratione noſtræ contemplationis, oritur tempus, quod dimetimur ad aliud mente, graduſque confingimus, dum metimur.* Si hæc *Veteres explicandi ratio* valet, nihil non in poſterum *probabo*. Vellem etiam, ut metaphoricis locutionibus abſtinuiſſet. Omnia huc redeunt; mundum a Deo ab æterno emanaſſe, & hujus emanationis intervalla nos tempus vocare. Sed falſum eſſe prius, abunde jam ſupra oſtendimus; *mera ergo ſunt hariolationes*, quæ de

tempo-

tempore ex mente Timæi & Platonis dicuntur. Qui loca ſolum inſpicit ſupra citata, quam *hæc omnia contorta* ſint, videbit. *Supponit* identidem res omnes a Dei natura emanaſſe, *nec tamen probat.* Non diſputamus autem hic de abſtractis quibusdam veritatibus, ſed ſententia Platonis, quæ veterum teſtimoniis proponenda, & explicanda. Locrus mundum γεννατὸν dixit, & tempus ſimul cum mundo initium habuiſſe. Quid igitur verbis opus eſt? cur teſtes nulli adſunt, quos magno numero ſe adducturum minatur? tædet eadem ſemper repetere. Locri & Platonis verba *clariora ſunt*, quam ut a *Gundlingio* in alium ſenſum trahi poſſint. Hæret ſemper *Cl. Vir* in voce γεννᾶν, gignere, & inde argumentatur. Sed cur diſplicent verba κοσμεῖν, δημιουργεῖν, ποιῆσαι, quæ T. Locrus adhibet, cum de mundi origine loquitur? num Δημιουργὸς idem ſit cum opere, ſimulac ei elaborando animum adjicit? quæ Sect. 76. *in me effudit dicteria*, *lubens ſilentio tranſeo*, *laudes*, *quas ibidem ſibi tribuit*, *ei non invideo.*

Sect. XXXIII.

In tranſitu, *non argumenti alicujus* loco, ſed *illuſtrationis cauſa*, occaſione animæ

mundi,

mundi, dixi, Viros quosdam Eruditos, n turam *quandam Plaſticam* dari, prob contendiſſe, eam cauſam eſſe multor effectuum, quos [3] in plantis, animalib & homine ipſo obſervemus. Ille ait, hæ naturam plaſticam ex mente doctorum i lorum Virorum *creatam eſſe*. *Hoc min ignoravi*; ſed *eo tantum fine* ejus menti nem feci, ut oſtenderem, minime ex e quod natura animæ mundi divina dicat atque per omnes mundi partes diffuſa, ſe qui, aut eam Deum ipſum eſſe, aut cu mundo prorſus conjunctam. *Tribus ſup per verbis dixi, Virgilium Æneid. 6. elega ter animam illam mundi deſcribere.* Occaſio ne hujus citationis prolixa adfert loca e *Bibliotheca Critica R. Simonis*, qui contra rium ſentit. Imo Sect. 80. *vehementer læta tur, me in illa incidiſſe retia*, putans me cir cumventum, elabendi rimam nullam vi dere; animam enim illam mundi a *Virgilio* deſcriptam eſſe ipſum Deum omnibus par tibus materiæ infuſum, & mille in partes ſciſſum. Jam ante *R. Simonium* idem ſen ſerat P. *Baylius continuat. des penſées ſur les Cometes* pag. 119. ſq. Imo *Illuſtris Leib nizius, Vir philoſophiæ Veteris longe peritior R. Simone*, in eandem etiam conceſſit ſen-

ten-

tentiam. Sed his non obſtantibus, puto, in tantas anguſtias me conjectum non eſſe. Rationes, quas habeo, ſequentes ſunt. *Primo* fatebuntur omnes, qui *diſſertat. meam* legerunt, me in *tranſitu tantum* mentionem loci Virgiliani feciſſe. Quodſi igitur vel maxime locus ille mihi contrarius eſſet, nihil aliud ſequeretur, quam me *fruſtra ad Virgilium* provocaſſe. Sæpiſſime fieri ſolet, ut ad ſententiam noſtram confirmandam provocemus ad eos, qui verbis, non ſenſu, nobiſcum conſpirant. *Theologi* ſæpiſſime citant loca, quæ adverſa ſunt propoſitionibus, quas tueri volunt. Num autem inde ſequitur, *ergo omnia*, etiam *firmiſſima*, quæ adduxerant, aut *loca*, aut *argumenta*, vana ſunt? non putaverim. Quodſi igitur vel maxime fruſtra *ad Virgilium* provocaſſem, argumenta mea ſupra allata *pondus ſuum* non amitterent. *Secundo*, non puto tamen, perſpicuis locis probari poſſe, *excellentiſſimum Poëtam Spinozæ* ſententiæ addictum fuiſſe. Nihil dicam jam de locis, in quibus *præclariſſime* de Deo ſentit; ſed provocabo tantum ad quædam loca, quæ probare videntur, potius eum Epicuri in caſtra transgreſſum eſſe. In *Ecloga* 6, *ebrium Silenum* inducit ſecundum

principia *Epicuri* de rerum omnium origi-ne ita canentem :

Namque canebat, uti magnum per inane coacta
Semina terrarumque, animæque, marisve fuiſſent,
Et liquidi ſimul ignis : ut his exordia primis
Omnia, & ipſe tener mundi concreverit orbis.

Libro vero 2. *Georg.* culturam Philoſophiæ celebraturus ait : v. 475.

Me vero primum dulces ante omnia Muſæ,
Quarum ſacra fero ingenti percuſſus amore,
Accipiant : cœlique vias & ſydera monſtrent.

Hinc *verſu* 490.

Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas,
Atque metus omneis & inexorabile Fatum

Subje-

Subjecit pedibus, ſtrepitumque Acheron-
tis avari.

Conferamus cum his verba *Virgilii*, ad quæ provocat *R. Simon*: extant illa partim *Georg.* Lib. 4. v. 220. *partim Æneid.* VI. v. 724. In illo de apibus ita loquitur: (*)

Eſſe apibus partem divinæ mentis & hauſtus
Ætherios, dixere: Deum namque ire per omnes

(*) Si, qui hos antecedit, verſiculus conſulatur, ubi Poeta ita:

His quidam ſignis, atque hæc exempla ſecuti &c.

patebit, Virgilium minime de ſua, ſed de aliorum loqui ſententia. Poſito itaque, ipſum Epicuri addictum fuiſſe Sectæ, quid impedit, quo minus per τὸ *quidam* Stoicos intellexiſſe putetur? Ita enim clare non tantum omnia, ſed totius etiam textus ratio cohæret: quæ in ſequentibus clariſſime innuit, Stoicos intelligi, ubi additur:

Scilicet huc reddi deinde, ac reſoluta referri
Omnia: nec morti eſſe locum, ſed viva volare
Sideris in numerum, atque alto ſuccedere cælo.

Germaniſſima hæc Stoicorum decreta ſunt, nihil mori, cuncta reduci in primam materiam, & animam mundi ſeminales rationes comprehendentem, locumque iſta capere circa ſidera. Res in Stoicorum Scholis

Terraſque, tractuſque maris, cœlum profundum.
Hinc pecudes, armenta, viros, ge omnè ferarum,
Quemque ſibi tenues naſcentem arceſſ vitas.
Scilicet huc reddi deinde, ac reſolu referri
Omnia: nec morti eſſe locum; ſed vi va volare
Sideris in numerum, atque alto ſucce dere cœlo.

In hoc *Anchiſen* ita inducit loquentem:

Principio cœlumq; ac terras, campoſ que liquentes,
Lucentemque globum lunæ, Titanis que aſtra;
Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.
Inde hominum pecudumque genus, vitæque volantum,
Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore Pontus.

Igneus

Scholis notiſſima, quam planam fecere LIPSIVS & GATAKERVS, quos vide. Nihil itaque Virgilius ad Platonem.

Igneus eſt illis vigor, & cœleſtis origo &c.

Priora loca cum *Epicuri Philoſophia* conveniunt, *poſteriora* cum *Platonicorum*, *ſi Gundlingium* audias, & *Spinozæ.* At Spinozæ ſententia de unica ſubſtantia, ex qua omnia inevitabili neceſſitate orta ſint, e diametro pugnat cum *Syſtemate Epicuri*, omnia fortuito atomorum concurſui attribuentis. Quemadmodum autem ignoramus, utrum *Virgilius* Eclog. ſextá in honorem Q. *Vari* (quocum ſub Silone philoſopho SectæEpicuri operam dederat) hæc recitet; an vero animi ſui ſenſa proferat: Ita pariter ignoramus, quorum ſententias ſequatur in poſterioribus locis. *Tertio*: Pone autem, *Virgilium* poſterioribus hiſce in locis *Platonem ſecutum*, & per mentem illam omnia pererrantem *animam mundi* intellexiſſe, tum nondum ſequitur, animam mundi & Deum unicam efficere ſubſtantiam. Provocarem igitur ad ea, quæ ſatis ſuperque de hoc argumento ſupra dixi. Probandum igitur incumberet *Gundlingio*, *partes R. Simonii tuenti*, Deum ipſum cum Materia confuſum & commixtum eſſe. *Quarto:* In gratiam tamen *Gundlingii* ſupponemus, *Dei* nomine *Virgilium ipſum*

Numen præſtantiſſimum intelligere. Pr
bandum poſtea eſſet, verba, quibus uti
Poëta, *nonniſi ſenſu Spinozæ ſumi* deb
At hoc probatu quammaxime difficile
ſet; Quodſi enim ſententiam Auct
alicujus explicare volumus, præſertim i
rebus maximi momenti, tum, anteq
conſectaria inde deducamus, aut *verba*
bent ita *perſpicua eſſe, ut aliter intelligi*
poſſint, aut *aliunde nobis conſtare de m*
Auctoris illius. At neutrum hic locum h
bet. Ergo ſecundum omnem ſenſus lati
tudinem verba ejus ſumi non deb
Exemplo rem illuſtremus. Ponamus, no
aliunde neſcire, quem Deum nobis *S. Scri-*
ptura colendum offerat, nosque incide
inter legendum in verba, quæ duriora pri-
ma ſpecie videntur, v. gr. *nos in Deo eſſe,*
vivere & moveri, Spiritum Dei omnia per-
vadere, nos templum eſſe Dei, divinæ natu-
ræ participes factos, ex Deo natos &c. facile
poſſemus in eam ſententiam delabi, quam
Spinoza & *Tolandus* inde eruerunt. Quam-
primum autem aliunde conſtat, Numen ali-
quod ſapientiſſimum, liberrimum, ſanctiſſi-
mum, a mundo & materia prorſus diverſum,
colendum nobis offerri, videmus, verba iſta
non eſſe ad vivum reſecanda, ſed aliter in-
terpre-

terpretanda. Cum autem neſciamus, quid Virgilius de natura Dei ſenſerit, ſaltem cum nullibi animi ſui cogitata hac in parte expreſſerit, certo non-ſcimus, quam poteſtatem ſingulis vocabulis & phraſibus tribuere debeamus. Sic quomodo Spiritus ille *intus alere, & totos per artus diffuſus eſſe dicatur*; qua ratione *mens illa toto corpore ſe miſcere, & per omnes terras ire* dici poſſit, definire non poſſumus. Sano poſſent hæc ſenſu intelligi: nemo enim non novit, *phraſes Poëtarum* minime ſemper *urgeri* poſſe: *ignoramus* præterea, utrum Virgilius *ſuam*, an *aliorum* Philoſophorum exprimat *mentem*. Ponamus autem, aliunde nobis perſpectam eſſe mentem Virgilii circa hoc negotium, & Dei nomine intellexiſſe Numen præſtantiſſimum, ab omni Materiæ labe longiſſime remotum, tum omnes clamarent, verba ipſius *ſecundum totam ſignificationis amplitudinem* ſumenda haud eſſe, ſed *convenienter ipſius decretis explicanda*. Ponamus, eum putaſſe, Deum eſſe *nobiliſſimam mentem*, ſed ſubtiliſſimo quodam vehiculo indutam, cujus ope omnia pervaderet, non tamen ita, quaſi ipſe in partes ſciſſus, ſed quod ope *rapidiſſimi illius vehiculi* omnia pervaderet, moveret &c. tum ſine dubio

& hoc ſenſu non nimis urgenda eſſe. Quis autem, cum hæc omnia neſciamus, non videt, tutius longe eſſe, â periculoſis conſectariis abſtinere, quam præſtantiſſimo Viro abſurdam ſententiam tribuere? Accedit, quod graviſſimi Theologi, cum de *Immenſitate* & *Ubiquitate* Dei locuti ſunt, phraſes adhibuerint, quæ, ſi *omnem vim verborum urgere vellemus, duriores ſunt.* Legatur cap. VII. & VIII. *Dogmat. Theolog. Petavii Lib III.* in quo *Patrum* non minus, quam *Ethnicorum* de *Immenſitate* & *Ubiquitate Dei* cogitata NB. profert; heic multa obſervantur loca, quæ *prima fronte aſperiora* ſunt; *mitigata* autem, *innoxia* videbuntur, ſi ad *Scopum* eorum, qui hæc dixerunt, & *ſententiarum*, quas profitebantur, nexum attendamus. *Præſtantiſſimus Theologus*, ὁ νῦν ἐν ἁγίοις, *H. A. Roëll, probaturus, Deum mentem eſſe præſtantiſſimam*, provocat ad conſenſum Gentilium; & inter alia etiam locum Virgilii: Spiritus intus alit &c. profert, pag. 64. diſſertat. de *Religione rationali.* Nemo tamen crediderit, eum Spinozæ ſententiæ addictum fuiſſe. *Quinto: Multum tribuo R. Simonio, Viro linguarum Orientalium & artis Criticæ peritiſſimo;* difficulter tamen eum probatu-

rum,

rum, ſi viveret, credo, quod contendit; nimirum, Veteres Sapientiæ Antiſtites in *univerſum omnes*, cum de Spiritibus locuti ſunt, nonniſi materiam aliquam ſubtilem intellexiſſe. Hoc verum, quod Spiritus ejusmodi ſubſtantiis aſſimilaverint, quod item corpore ſubtili & pellucido, tanquam vehiculo quodam, inſtructos crediderint;(*) quemadmodum plerique Eccleſiæ Patres idem aſſeruerunt: Sed quod omnem ſubſtantiæ intelligentis naturam ſubtiliſſimarum partium compoſitione abſolvi putaverint; hoc in univerſum perſpicuis teſtimoniis probari poſſe, diffido. Sic per *νῦν Anaxagoræ* nonniſi ignem intelligi, quod *Simonius* contendit, probandum eſt quammaxime. *Verbo;* licet *D. Gundlingius magna pompa* contra me adducat *teſtimonium*

(*) Neque tamen omnes, quibus plena manu adductis hoc præcipue accedit, Veteres pleroſque materiæ mentem e diametro tum ratione naturæ, tum ratione dependentiæ oppoſuiſſe, uti tota philoſophorum hiſtoria clamat, nec negabit, niſi cui perfricta frons eſt. Unde non potuit illis mens eſſe materialis, quod recentiorum tantum inter Græcos commentum fuiſſe videtur, & forte Zeno Cittieus primus fuit, qui ita philoſophatus fuit, inter eos, qui præter materiam aliud principium ſive revera, ſive verbotenus admiſerunt.

Simonii; patet tamen ex locorum ad-ductorum inſpectione, *Simonium* quidem d-*cere*, *minime* autem *probare*, niſi excip-locum Servii, cujus tamen Scholiaſtæ a-ctoritas tanta non eſt, ut dicamus, & Pla-*tonem & Virgilium* ad ſenſum Spinozæ e-torquendum. Verum eſt, *Servium* ad ver-ſum 219. Eclog. IV. *Virgilii* dixiſſe, apes habere partem divinitatis. Sed quæ-ritur adhuc, quo ſenſu hoc intelligendum ſit. Θεῖον *hoc idem eſſe, quod præſtantiſſimum, multis locis probat Cerda* ad hunc locum. Di-*dymus* opificium apis Θεῖον *vocat*: idem vi-detur adſerere Plutarchus, cum ait: ἀλλα την μελιτταν ἡμεις σοφην καλ...

Ex Commentario ejusdem *Servii* ad *Lib. VI. Æneid.* patet, eum potius *ſuam ſenten-tiam* adferre, quam *unde hæc petive-rit Virgilius, exponere.* Ad verſum enim 724. principio cœlum ac terras &c. ita lo-quitur: *Interrogatus Anchiſes, quare animæ velint reverti ad corpora, quaſi aliud dicit, ta-men illuc recurrit, quod Græce* το παν *dicitur, id eſt, quod omne eſt. Quatuor ſunt Ele-menta, terra, aqua, aër, æther: & Deus. Præter hæc nihil eſt aliud: & hoc mundum non poſſumus dicere. Nam mundus non eſt totum. Ergo Deus eſt quidem Spiritus divi-nus,*

us, qui per quatuor infuſus Elementa, gignit univerſa. Igitur ſi de Elementis & Deo nascuntur omnia, unam originem habent, & par eſt natura omnium. Sed videamus, quid nobis eſt a Deo: & quid a quatuor Elementis. Quantum datur intelligi, ab elementis habemus corpus, a Deo animam: quod ideo probatur, quia, quod eſt in corpore, terra, humor, anhelitus, calor (quæ omnia videntur, ſicut etiam Elementa) animus invisibilis eſt, ſicut etiam Deus, unde originem ducit. Illa præterea irrationabilia ſunt, ſicut corpus. Contra Deus habet conſilium, ſicut etiam animus. Deinde elementa mutari videmus, quorum perire mutari eſt; ergo nec animus perit, qui inde originem non ducit. Nam pars ſemper ſequitur genus. Huc igitur tetendit primam intentionem ſuam, ut animos immortales diceret. Hactenus Servius. Ex quo patet, ipſum minime *ſenſum Virgilii collatione locorum e Philoſophorum decretis* petitorum *explicare*, ſed *ſimpliciter* in ſenſum inquirere, qui ſenſus etiam ita comparatus eſt, ut *Spinozæ* ſententiæ prorſus conformis non ſit. *Sexto:* quodſi *tandem Gundlingio concedam, Virgilium* loqui ex mente *Platonis* de anima mundi, nihil tamen lucrabitur. Non enim Rectorem Univerſi,

Univerſi, ſed animam mundi, neſcio, qu modo ortam & temperatam, mundi pa bus infuſam eſſe, aſſerit Plato. Proba dum igitur, Deum ipſum ex mente *Virg lii & Platonis in unam ſubſtantiam confuſ eſſe.* Sed *teſtimonium ſane R. Simonis h non conficit.* Unde patet, quid de *Illuſtri Viri* verbis, quæ Sect. 81. initio fudit, ſe tiendum ſit. Adducto enim teſtimonio *R. Simonii*, ita loquitur: *Quo te nunc verta, fere neſcio, niſi in R. Simonium excandeſcen, eum vilipendere incipias, quod ſoles facere, quando Scriptores Juniores aliter, quam tibi ſedet, Platonis doctrinas intelligunt, itemque exponunt.* Non iraſcor *Celeberrimo Critico, non perſpicaciſſimo Gundlingio* propter diſ ſenſum illum *in re leviſſima*, nedum ut tan tis viris dicam ſcribam. Facere enim hoc ſolent *Doctores Umbratici.* Imo æquiſſimo animo fero, quæ *Incomparabilis Gundlingius* in hac ipſa Sectione contra me effudit *pleno borreo dicteria.* Quod ut pateat, ipſiſſima *Elegantiſſimi Viri* verba adponam. *Ita Te* (loquitur *Illuſtris Doctor Gundlingius*) *in gyrum volvit præſumtus error, ut nec videas, nec audias, ſed ſenſibus quibusque repugnes, nihilque argumenti admittas; utut putas, te audire, atque aliquando cogitas, te cupere*

ceri ; cum interea nec contrarias Demon-ſtrationes aſſenſu tuo digneris unquam, quia intus agitat Spiritus Vertiginis, & mens ta magno ſe corpore miſcet Doctorum, quos lem adflavit Sydus & contra veritatem obduravit ; ſemper recolendo toties vaniſſime prolata, mentem nimirum divinam & animam mundi a materia ſeparari. Hactenus *Excellentiſſimus Gundlingius.* De re ipſa judicium eſto penes eruditum Lectorem.

Sect. XXXIV.

Cl. Gundling. diſſert. Sect. 82. locum *Plutarchi*, quem fruſtra adductum dixeram, vindicare nititur. Nimirum ex illo voluit probare, Deum Platonis Univerſum, materiam, mentem, animam, mundum, unius rei diverſas tantum denominationes eſſe. Oſtendi *diſſertat. mea* pag. 933. *Plutarchum* in citato loco aliorum Philoſophorum referre ſententias, & adduxi ipſa Plutarchi verba, in quibus eorum opiniones refellit. Quamvis hoc negare haud poſſit *Cl. Vir*, contendit tamen, *Plutarchum* ſententiæ ſuæ favere ; *In cauſa primaria*, inquit, *Charonenſis ingenue fatetur, omnes res ſingulares conſtare ex intelligente & ſenſili : intelligens eſſe formam, ſenſile materiam.*

Forma

Forma vero ſicuti natura cuique complementum dat; ita claret, divinam iſtud eſſe ſubſtantiam, cujus particeps ſit materia: mundi vero animam amplius aliquid continere præter intelligibile ac ſenſile, quod eſt in rebus univerſis. Sed verba ipſa Plutarchi adferenda fuiſſent. *Plutarchus* recenſuit *Celeberrimorum Philoſophorum, Crantoris &* *Xenocratis* ſententias de procreatione & natura animæ mundi; quibus adductis, ita ait: *Mihi, ſi probabilitas pro regula judicandi ſit habenda, utrique videntur a Platonis opinione aberraſſe: Si non propria placita concinnare, ſed conſentientia Platonis ſententiæ dicere ſit propoſitum.* Addit jam rationem pag. m. 490. ἡ μεν ἐκ της νοητικης και της αἰσθητικης ἐσιας λεγομενη μιξις ἐ διασαφειται πη ποτε ψυχης μαλλον, ἠ των ἀλλων, ὁ, τι ἀν τις εἰπῃ, γενεσις ἐςιν. αὐτος τε γαρ ὁ κοσμος ἐτος, και των μερων ἑκαςον αὐτε, συνεςηκεν ἐκ τε σωματικης ἐσιας και νοητης. ὡν ἡ μεν ὑλην και ὑποκειμενον, ἡ δε μορφην και εἰδος τῳ γενομενῳ παρεχε. Και της μεν ὑλης το μετοχῃ και εἰκασια τε νοητε μορφωθεν ευθυς ἁπτον και ὁρατον ἐςιν, ἡ ψυχη δε πασαν αἰσθησιν ἐκπεφευγεν. i. e. *quippe illa e mente comprehenſibili & ſenſili natura mixtione, quam dicunt, non declara-*

tur,

, quî animæ magis, quam aliarum quarvis rerum ſit procreatio. Nam cum ipſe mundus, tum quælibet ejus pars, ex iſtis duas conſtat naturis: quarum hæc materiam & ſubjectum, illa formam & ſpeciem rei naſcenti præbuit; & quicquid materiæ informatum eſt, participatione atque adſimilatione intelligibilis (ſic enim liceat vocare eam, quæ ſola mente percipitur) naturæ hoc ſtatim conſequitur, ut tangi viderique poſſit. Anima autem omnem ſenſum ſubterfugit. Ex hoc loco Plutarchi patet, minime eum exiſtimare, τα νοητα και τα αισθητα in unam maſſam ſeu ſubſtantiam confundi, nedum Deum ipſum cum mundo miſceri; ſed hoc tantum vult Plutarchus, fruſtra Philoſophos quosdam, naturam animæ mundi ejusque originem explicaturos, provocare ad commixtionem animæ & rei ſenſibilis. In omni enim definita corporum ſpecie occurrere materiam & formam, quæ forma aliunde acceſſerit, re nimirum intelligente; animam autem mundi jam in confuſa illa materiæ mole præextitiſſe; quæ poſtea latius exequitur. Pag. m. 635. expreſſe ait: *Qui vero materiam corpoream miſceri cum individua volunt, errant. Primum in eo, quod nullo corporeæ materiæ*

nomine

nomine heic utitur Plato: quam alias [cut off]*ceptaculum, omnium rerum capacem &* [cut off]*tricem ſolet dicere, non circa corpora* [cut off]*duam, ſed ipſam corpus, quod in ſingula dividatur. Deinde, quid intererit inter* [cut off]*di & animæ procreationem, ſi utrumque* [cut off]*materia & intelligibilibus eſt conſtitutum?* [cut off]*quidem Plato, quaſi abominans animæ ex* [cut off]*pore ortum, ait, intus in ea corporeum* [cut off]*a Deo collocatum, foriſque ab illa occultatum* [cut off]*cumque totam animam ratione abſolviſſ*[cut off]*deinde argumentum de materia prop*[cut off]*qua ante, cum animam crearet, nihil* [cut off]*habuerat, utpote ſine materia natam.* Ide[cut off] ut notum eſt, pag. m. 630. *duplicem a*[cut off]*mam effingit*, ut cauſam inveniat turbule[cut off] illius motus in materia prima. Adeo [cut off] præter Deum habeamus duplicem anima[cut off] una cum materia. Eas autem ſubſtanti[cut off] in unum confuſas, nullibi docet; adeo [cut off] cætera, quæ in hac Sectione profert *Gu*[cut off]*lingius, mera ſint figmenta, nullo teſtimoni ſubnixa.* Sect. 83. denuo urget tria ill[cut off] Principia Platonis, &, quocunque demum modo intelligam, putat, neceſſario inferri, Deum cum mundo unicam efficere ſub-ſtantiam. Non ſemel in ſuperioribus de hac re dixi; dixi in *Platone* & *T. Locr*[cut off]

Deum

Deum deſcribi tanquam Ens excellentiſſimum; νῦν tanquam παράδειγμα æternum, & per ſe ſubſiſtens; animum mundi tanquam cauſam quandam ex diviſibili & indiviſibili temperatam, omnia tamen in mundo viſibili pervadentem & fœcundantem, ejus autem originis veſtigia certa in *Timæo* haud reperiri; recentiores autem Platonicos adſerere, τὸν νῦν a Deo, animam mundi a ſecundo principio ortas eſſe, omnes autem propriam ſubſiſtentiam habere. Urget igitur D. G. & priorem & poſteriorem ſententiam. *Quod ſi igitur*, inquit, *proprietates unius Dei tantum hypoſtaticis nominibus ſunt conveſtitæ, Deus unus erit in omnibus rebus, earumque ultimum complementum conſtituet, pervadetque omnia, velut materia Carteſii ſubtiliſſima.* Argumentum ergo *Gundlingii* huc redit: *Anima mundi & Deus unum idemque ſunt: anima mundi omnia pervadit, atque cum mundo commiſcetur: Ergo Deus etiam cum mundo commiſcetur.* Nihil jam dicam de *majore propoſitione.* Supponam, illam veram eſſe. Omnis quæſtio redibit ad *minorem.* Quæretur nimirum, utrum anima illa mundi, vel Deus cum mundo, unicam efficiat ſubſtantiam. Ad nauſeam usque

 dixi,

dixi, hanc propoſitionem non eſſe ſup-
nendam, ſed probandam. Velim igi-
præter dicta obſervari. Primo, apud
Locrum & *Platonem* non ſolum deſc-
materiæ in confuſione jacentis ſtatum,
& *clariſſime doceri*, aſtra, terram, ſolem
extitiſſe, vel antequam ulla mentio fit a-
mæ mundi, mentio etiam fit ſubſtan-
rum intelligentium, quas anima mundi
corpora humana deduxit. Vide *T. Locr.*
pag. 556. Erant igitur ante miniſteri-
illud animæ mundi infinitæ jam ſubſtan-
Neque enim Sol, aſtra, terra &c. accid-
tia ſunt. Quod ſi dicas, Deum hæc in o-
dinem digeſſiſſe, animam autem mun-
unum cum Deo eſſe; tum velim mi-
explicari verba T. Locri, quæ pagina jam
jam citata ita ſonant: *Jam vero poſt mundi
conſtitutionem, mortalium animantium gen-
rationem molitus eſt Deus, ut ad imagin-
illam perfectus plane eſſet atque abſolutus.
Humanam igitur animam ex iiſdem ratio-
bus atque potentiis temperatam atque divi-
ſam diſtribuebat, naturæ alteratrici hu-
tributo Miniſterio: quæ acceptis harum
rerum mandatis ipſius Opificis quaſi
vicem obivit in mortalibus & diurnis ani-
malibus efficiendis, quorum animas quaſi pe-
fluxa*

fluxum quendam inſtillabat. Hactenus T. Locrus. Si autem Deus idem eſt cum anima mundi, cur tam clare a ſe invicem diſtinguit, Deum a Miniſtro illo? Secundo: videamus autem diſtincte, utrum Deus cum mentibus, corporibus inanimatis, animatis, ſeſe conjungens fiat unica tantum ſubſtantia. Quod mentes noſtras attinet, dicuntur illæ circa aſtra fuiſſe vel antequam ab anima mundi in corpora deducebantur; erant igitur ſubſtantiæ: non enim poteſt accidens migrare de ſubjecto in ſubjectum. De *earum origine* ne verbo quidem meminit *Locrus.* Quomodo igitur fieri poteſt, ut mentes illæ, quamprimum Deus in illis operatur, ſubſiſtentiam ſuam propriam amittant? De hác re prorſus ſilet Plato. Corpora, antequam in ordinem redigerentur, Deusque ea elaboraret, erant ſine dubio ſubſtantiæ. Rudis enim indigeſtaque moles non minus eſt ſubſtantia, quam pulcherrime fabrefactum corpus. Quemadmodum igitur prima Dei operatio in materiam non obſtitit, quo minus ille a mundo ſecretus ſit; ita pariter nec conſervatio illius & gubernatio obſtat, quo minus Deus & materia diverſæ ſint ſubſtantiæ. Quod corpora animata

tandem ſpectat, certum eſt, ea vivere. I
vivunt animalia, homines. Quæritu
utrum Deus immediate hoc efficiat, an
ta illa a ſubſtantia intelligenti repete
ſit, an natura quædam plaſtica, corporib
inſerta, hoc efficiat, an ex mechanicis l
omnia legibus repetenda ſint. Nulli
de his quæſtionibus perſpicue men
ſuam aperuit Plato. Quando igitur v
maxime verum eſſet, Deum ire per omn
terras, tractusque maris, Deum vita
omnibus dare, nondum tamen pateret,
quousque hoc extendendum ſit. Deus e
noſtro Syſtemate ſingulis momentis vita
meam conſervat. Vox conſervationis no
eſt vocabulum ſenſu vacuum. Ipſius con-
ſervationis perſeverantia, & conſtans effe-
ctus, nexum aliquem intercedere probat
inter voluntatem Dei & vitæ meæ proro-
gationem. Deus ex ſententia mea non eſt
extenſus, ſed nobiliſſima mens, intelligen-
do, volendo actuoſa. Intellectus Dei res
non producit, ſed voluntas. Voluntate
ergo Dei fit, ut vivam. Hæc voluntas
non eſt nuda velleitas, ſed voluntas cum
potentia & effectu conjuncta. Quomodo
autem probabitur, Deum, ſive animam
mundi, vitam omnibus largientem, unam
cum

cum hominibus & animalibus ſubſtantiam fieri? Quibus ex principiis hoc demonſtrabitur? Num forſan adſunt teſtimonia meridiana luce clariora? Proferantur ergo; anima illa mundi vel Imperio Dei obnoxia, *Locrò* tamen p. 548. dicitur δυσμικτος, difficulter ſuſcipiens mixtionem: & pag. ſeq. ἅν συνεταξατο ὁ Θεος, quam ipſe Deus exornavit. Demonſtrandum igitur eſt vel *teſtimoniis* vel *ex principiis Platonis*, Deum alia ratione ſe cum mundo conjungere non poſſe, quam per commixtionem & coalitionem in unam eandemque ſubſtantiam.

Sect. XXXV.

Oſtendimus hactenus, minorem propoſitionem non inferre id, quod contendit Illuſtris Vir. Sed nec major propoſitio probari poteſt. Quod ſi enim Platonis & Platonicorum Scripta diligenter evolvamus; clariſſimum erit, non unum in divinis dari principium, ſed tria diverſa, gradibus perfectionis inter ſe diſtincta. Invenimus *Deum* τον παντων Δημιεργον; τον νεν, ſeu æternum aliquod παραδειγμα rerum intellectualium; *animam mundi*, ſubſtantiam a primo & ſecundo diverſam. Primum ex-

cellentius ſecundo, & ſecundum tertio; ſingula tamen Platoni Θεός. Quid autem ex hac ſententia ſequitur? *Tum*, inquit pag. 315. *Plato erit Tritheita.* Sit ergo *Tritheita Plato.* Ergo non eſt *Spinoſiſta.* Qui enim tres per ſe ſubſiſtentes naturas agnoſcit, non unicam dari ſubſtantiam fatetur. *Tu vero* (inquit,) *tandem fateri cogeris, tertium Deum eſſe conjunctum cum rebus omnibus, niſi ſimul & primus ſit & ſecundus.* Imo vero fateor, animam mundi, tertiam illam ſubſtantiam, quam Θεὸν etiam adpellat Plato, omnia fœcundare, ire per omnes terras, tractusque maris, cœlumque profundum &c. num igitur probatum eſt, etiam Deum vel mentem idem præſtare? Dedi enim, quod jubet D. G. p. 316. cuique principio ſuam hypoſtaſin. Deus, nobiliſſima mens, per ſe exiſtit; νοῦς per ſe exiſtit; anima mundi omnia tranſiens per ſe exiſtit. Deus ergo, ſeu mens prima, non eſt conjunctus cum materia; ſecundum principium non eſt conjunctum cum mundo; ergo reſtat tertia ſubſtantia anima mundi. *Optet* (ita pergit,) *ſententiam quæ placet: det cuique principio ſuam hypoſtaſin: adimat rurſum, & ex tribus unum conficiat: omni a latere nil lucrabitur. Erit Deus*

in

in omnibus, & cum omnibus, ſive mundi animum dicat, ſive cum Spinoza Deum ſimpliciter nominet. Liberalitate Cl. Viri uſus ſum. In priore argumentatione ſuppoſui, Deum & animam mundi unum idemque eſſe; neque tamen probatum eſſe vidi, Deum ideo cum mundo unicam fieri ſubſtantiam. Hoc in loco tria illa principia à ſe diſtincta eſſe poſui. Probandum igitur mihi eſt, primum & ſecundum principium etiam cum mundo conjungi, quando animam mundi materiæ aliqua ratione conjunctam conceſſero. *Petitum*, inquit, *ut hæc ſingula probem diſtincte, inane eſt ac phantaſticum.* Mihi vero illi deridendi videntur, qui non ſine ſupercilio Dictatorum inſtar quælibet effutiunt, & onus tamen probandi a ſe rejiciunt. Sine dubio vinceret *fortiſſimus Antagoniſta*, ſi tria illa principia *in unum conjungerem*, & poſtea *arctiſſime cum materia* copularem. Sed *teſtimoniis*, *teſtimoniis* inquam perſpicuis, opus eſt ad utramque ſuppoſitionem probandam. In tranſitu heic mentionem faciam retorſionis, quam Sect. 84. a ſe amoliri conatur *D. Gundlingius.* Pag. 931. *diſſertat. mea* inter alia contra ipſum hoc uſus ſum argumento: Si materia ex ſinu Dei expulſa fuit, anima mundi ſubtiliſſima eſt

 materia,

materia, idemque cum primo & ſecundo principio, quod contendit *D. Vir.*: tum falſiſſima eſt hypotheſis *Gundlingii*, quia argumentum plus probaret, quam probandum erat: probaret enim, in Syſtemate Platonis intellectuales ſubſtantias nullas dari, quod univerſæ philoſophiæ Platonicæ contrarium eſt. Hanc *argumentationem injuſtam eſſe* ait, quoniam animam mundi materiæ Carteſii primæ *ſimilem* eſſe dixerit, non ipſam *materiam ſubtilem.* Et ut *immane* hoc *diſcrimen* capiam, ita ſeſe explicat *Humaniſſimus Vir* pag. 317. *Similitudo minime facit, ut comparatum cum re fiat illa ipſa res, ad quam componitur. Confertur naſus dilectæ Sponſæ a Solomone turri, quæ ſe extollit in monte Libanon: propterea vero naſus iſte, utut egregius, non eſt turris in Libanon. Puto me a te iri intellectum: nec naſum Sponſæ te commixturum eſſe cum turri.* Σοφως. *Elegantiſſimi Vir Ingenii* hæc dicere non potuiſſet, niſi in re tanti momenti ad *Sacras Literas provocaſſet.* Ad rem ipſam quod attinet, perinde eſt, utrum hoc argumentum admittat nec ne; neque enim illi innitor. Hoc tantum dicam, *me bis in diſſertat. mea* dixiſſe, *Cl. Virum* animam mundi materiæ ſubtiliſſimæ Carteſii *ſimilem*

lem eſſe perhibere, *quod tacendum non fuit.* Interim fateor, me *nondum videre*, in quo peccaverim. Statuit, *a Deo & ex Deo omnia emanaſſe, effluxiſſe, materiam e ſinu Dei projectam, ubi emanatio ſit, ibi fluxum proprie dictum locum habere, adprobat ſententiam R. Simonii, adſerentis, veteres per intelligentias ſubſtantiam igneam intellexiſſe,* τἀγαθὸν *Platonis* (*pag.* 350.) *in igneam abire ſubſtantiam, mentes noſtras decerptas eſſe ex divinitate, & ex his omnibus unicam fieri ſubſtantiam.* Neſcio igitur, ubi maneant ſubſtantiæ intelligentes. Et quod animam attinet, comparavit illam materiæ *ſubtiliſſimæ Carteſii*, vel *reſpectu corporis ſubtilis*, vel *reſpectu rapidiſſimæ agitationis*; quocunque ſenſu ſumat, *anima illa mundi corpus erit.* Si dicat, illam quaquaverſum rapidiſſime ruere, *mentem tamen eſſe a materia ſecretam*, tum fruſtra *toties totiesque* ad fluxum, ad ſeparationem provocaret. Sed uti dixi, huic argumentationi non inhæreo, licet nihil, quod alicujus momenti ſit, regerere poſſit *Doctiſſimus Vir.* Interim ut ſuſpicionem a ſe amoliatur, Sect. 86. aperit, quid de animis & intelligentiis Platonicis ſentiat; fatetur, eas eſſe divinæ naturæ conſortes, decerpta animæ mundi, ſive Dei;

provocat ad quæſtiones Platonicas Plutarchi, unde concludit, differentiam inter animam mundi, & inter Deum talem eſſe, qualis inter totum & partem. Proferamus autem locum Plutarchi integrum, uti de concluſione rite judicare poſſimus. Pag. 406. quæſtionem illam proponit: *Τι δη ποτε τον ἀνωτατω Θεον πατερα παντων και ποιητην προσειπεν; — ἡ διαφερει πατηρ τε ποιητου, και γεννησεως γενεσις. ὡς γαρ το γεγεννημενον, και γεγονεν, ου μην ἀναπαλιν, ουτως ὁ γεννησας και πεποιηκεν, ἐμψυχου γαρ γενεσις ἡ γενεσις ἐστι. Και ποιητου μεν, οἱος οἰκοδομος, ἡ ὑφαντης, ἡ λυρας δημιουργος, ἡ ἀνδριαντος, ἀπηλλακται το γενομενον ἐργον. ἡ δε ἀπο του γεννησαντος ἀρχη και δυναμις ἐγκεκραται τῳ τεκνωθεντι, και συνεχει την φυσιν, ἀποσπασμα και μοριον ουσαν του τεκνωσαντος. ἐπει τοινυν ου πεπλασμενοις ὁ κοσμος, ουδε συνηρμοσμενοις ποημασιν ἐοικεν, ἀλλ' ἐστιν αὐτῳ μοιρα πολλη ζωοτητος και θειοτητος, ἡν ὁ Θεος ἐγκατεσπειρεν ἀφ' ἑαυτου τῃ ὑλῃ και κατεμιξεν, εἰκοτως ἁμα πατηρ τε του κοσμου ζωου γεγονοτος, και ποιητης ἐπονομαζεται. Τουτων δε μαλιστα της Πλατωνος ἁπτομενων δοξης, ἐπισκεψαι εἰ κᾀκει λεχθησεται πιθανως, ὁτι δυοιν ὀντων, ἐξ ὡν ὁ κοσμος συνεστηκε, σωματος και ψυχης. Το μεν ουκ ἐγεννησε Θεος, ἀλλα της ὑλης παρασχομενης, ἐμορφωσε και συνηρμοσε, περασιν οἰκειοις*

και

και σχημασι δησας και ὁρισας το ἀπειρον. ἡ δε ψυχη, νου μετασχουσα και λογισμου και ἁρμονιας, ουκ ἐργον ἐςι του Θεου μονον, ἀλλα και μερος. ουδ' ὑπ' αὐτου, ἀλλ' ἀπ' αὐτου και ἐξ αὐτου γεγονεν. i. e. *cur ſupremum Deum omnium Patrem & Opificem appellavit? — aut intereſt aliquid inter Patrem ac Opificem, procreationem & ortum? Sicut enim quod procreatum eſt, id omnino etiam ortum eſt, non viciſſim: ita qui genuit, is etiam fecit. Ortus enim animati, eſt procreatio. Tum Opus ab Opifice confectum, ut ædificatore, textore, lyræ fabro aut ſtatuario, prorſus ab Authore ſuo abſcedit. Vis autem & principium procreantis inſita eſt progenies, ejusque continet naturam, portiuncula quadam a genitore avulſa. Quando itaque mundus non effictis aut compactis operibus ſimilis eſt, ſed magna ei ineſt pars vitæ atque divinitatis, quam à ſe Deus materiæ inſeruit atque admiſcuit: haud injuria juxta & Pater mundi, qui vivens extitit, & Opifex appellatur. Hæc cum maxime ad Platonis ſententiam accedant, conſidera, an & hæc probabiliter dici poſſint. Cum mundus conſtet è duabus partibus, corpore & anima; corpus quidem non genuit Deus, ſed a materia exhibitam conformavit ac concinnavit, ſuis terminis ac figuris devinciens definiensque infinitum*

finitum. Anima autem mentis, rationis, concentusque particeps, non opus modo, ſed & pars Dei eſt, neque ab ipſo facta, ſed de ipſo extitit. Ad hoc teſtimonium *Plutarchi* ſequentia noto: Primum; explicationem vocis *Patris ſubtiliorem* videri quam *veriorem.* Innumera ſunt *Graecorum* & *Latinorum* Poëtarum teſtimonia, in quibus Jovem omnium rerum *Parentem* dicunt, licet de generatione tali ne cogitaverint quidem. Imo ſi voci huic inhærendum eſſet, cauſam non viderem, cur ad corpora hæc generatio ſeſe non extenderet. Secundo; quamvis multum tribuam Viro πολυμαθεστάτῳ, major tamen penes me eſt *auctoritas Platonis* & *T. Locri.* Plato in *Timæo* & *Locrus* ex profeſſo originem rerum omnium deſcribunt, hujus tamen emanationis animæ mundi ex Deo mentionem non faciunt. Nemo igitur mihi vitio vertere poſſit, ſi de explicatione Plutarchi, *Viri alias doctiſſimi & Platonicæ Philoſophiæ peritiſſimi dubitarem.* Dicit Plato in Timæo, Deum animum in medio mundi collocaſſe, corpore circumdediſſe, originem non pandit; imo verba adfert, quæ nullam ejusmodi ſuſpicionem in nobis excitant: Τὴν δὲ δὴ ψυχὴν, inquit, οὐχ ὡς νῦν ὑστέραν ἐπιχειροῦμεν λέγειν, οὕτως ἐμη-

χανή-

χανήσατο καὶ Θεὸς νεωτέραν: i. e. *Sed animum haud ita, ut modo locuti ſumus, molitus eſt poſteriorem & juniorem.* Vox ſane ἐμηχανήσατο nullam *emanationem* denotat. Iterum: Ὁ δὲ Θεὸς καὶ γενέσει καὶ ἀρετῇ προτέραν καὶ πρεσβυτέραν ψυχὴν σώματος ὡς Δεσπότιν καὶ ἄρξουσαν ἀρξομένου συνεστήσατο. i. e. *Deus autem & ortu & virtute antiquiorem genuit mundi animum, eumque ut Dominum & Imperantem obedienti præfecit corpori.* Provocat quidem *Cl. Vir* ad vocem γεννήσας: Sed reſpondi jam diſſertat. meæ p. 947. voces γεννήσας, ποιήσας, τεκταίνεσθαι, μηχανήσας, δημιουργήσας *frequenter* & *promiſcue* quidem adhiberi â Platone in hoc negotio. Et ne videar ſolus pertinaciter huic meæ adſertioni inhærere, provoco ad *Ab. Gravium*, quem Sect. 28. *ſententiæ ſuæ teſtem eſſe perbibet.* Is *Lib. III. Cap. XVIII.* p. 569. ita de mundi anima loquitur: *Hæc vere mens omnia hactenus de animo dicta tuetur: Dei ſcilicet conſilium fuiſſe, naturam perfectam formare, quam excellentiſſima virtute circumdaret exornaretque, ita ut quemadmodum & ipſe divina ſua virtute creaſſet naturam, ita & ipſa natura, velut Dea quædam, creatum illum ordinem atque poteſtati ſuæ relictum efficax gubernaret. Diſtinguens naturam, quam & improprie aliquando*

Deum

Deum vocat, a Δημιεργῳ *ſive Opifice Philoſophus, ut in Philebo pag.* 28. *legere eſt non uno loco, nec ſeparat naturam a Dei Imperio, aut æternam ſimpliciter conſtituit, ſed naturæ vim mirabilem & conſtantem agnoſcit, cujus nutu & imperio res ſingulares quotidie procreentur, ita ut inter omnes mutationes ipſa immobilis maneat. Nequaquam, inquam, eam naturam e rerum creatarum numero eximit; ſed toties inculcat, eam eſſe a Deo factam & ejus eſſe miniſtram, nec non cauſam proprie, ſed* συναιτιον. *Neque veram ei Divinitatem, ſed* ἐπισκευαστην *in Politico tribuit; quæ mens ejus e vocibus ſubinde* γεννησομενε Θεε, γεννητε, νεωτερε *& oppoſitis* τε ἀει, αὐτοκει Θεε *&c. additis pateſcit, & ipſe Timæus in Autographo Deum formæ & materiæ principium, naturæ auctorem vocat.* Ita *Gravius.* Tertio: Si *Plutarcho* concedam, eam eſſe ſententiam Platonis, tum nihil aliud ſequitur, quam hoc, intellectualem quandam ſubſtantiam a Deo & ex Deo ortam modo nobis hominibus imperſcrutabili. Probandum, hanc animam dein cum mundo ita eſſe connexam & copulatam, ut unam eandemque cum mundo efficiat ſubſtantiam. In eadem Sectione *Plutarchus* haud obſcure hoc ipſum negat. *Quivis noſtrûm* inquit,

quit, *intus vitalem vim mortali ac diſſolubili corpore continet. In mundo contra a principe parte, & ſemper eodem modo ſe habente, corporea perpetuo conſervatur natura in medio ſita. Et vero diverſis modis ſenſile & ſola mente perceptibile dicuntur individua eſſe, nullamque admittere partitionem. Illud ob exiguitatem, hoc ob ſimplicitatem ac ſinceritatem, & quod omnis privationis expers eſt atque differentia. Quin & alioquin ſtolidum eſt corporeis rebus judicare de incorporeis velle.* Quarto: Verba illa Plutarchi *corpus non genuit Deus &c.* ſatis ſuperque oſtendunt, *Plutarchum adſeruiſſe*, duo dari ex mente Platonis *æterna* & *per ſe ſubſiſtentia principia*; igitur non *una* tantum datur *ſubſtantia*.

Sect. XXXVI.

Cl. Vir Sect. 88. & 89. *detorquet* ſententiam meam, *ut habeat, quod exagitet & carpat.* *Cl. Viri* verba hæc ſunt: *Quocunque te convertas, trinitas Platonis aut monſtrum evadet, aut nominalis tantum Trinitas dicetur. Fac enim ideam a primo Ente diverſam, tum omnes ideæ reliquæ ab idea & exemplo emanantes ſeparatim exiſtent, quod Ariſtoteles objecit Magiſtro, & abſurditatem continet.*

tinet. Reſpondi *pag.* 937. ita : *Supponamus, Platonem dixiſſe, ideas omnium rerum eſſe in Deo & quidem a Deo ipſo, tanquam ſingulares quasdam ſubſtantias, diſtinctas. Num adeo monſtroſa eſt hæc opinio? Quæritur itaque, utrum ſententia de ſubſiſtentia τȣ λογȣ & idearum monſtroſa & abſurda ſit.* Ille vero initio Sect. 88. ita ait: *Id vero penitus abſurdum eſt, quod Apologeta κατ' ἄνθρωπον in me obvertit. Nam cum ſcripſiſſem, ambiguum videri, an Plato attributa ipſa deſcripſerit ὑποςατικῶς, ac λογος, ιδεα, ψυχη, deſignent tantum ſapientiam, voluntatem ac potentiam divinam: quærit is, ſit ne hæc opinio adeo monſtroſa? in quo, quam is κρινομενον ignoret, ſuo ſe indicio prodit.* Ita patet, quam *candide* mecum egerit *Vir Illuſtris.* Interim *dum carpit, docet.* In eadem enim Sectione *præclare monet*, attributa Dei eſſe ipſum Deum, potentiam Dei ipſum Deum; ſapientiam Dei ipſum Deum. Vix tamen hoc monuit, denuo *meam ignorantiam* circa ideas in apricum profert. Sect. 89. *E ſimili penu*, inquit, *venit, quod Apologeta de ideis foris dat. Mox etenim de ideis divinis nihil ſe intelligere, mox extra Dei intellectum eas poſitas facilius putat defendi, mox quomodo eadem res diverſa ra-*

tione ita modificari poſſit, ut ſit aliquando arbor, planta, anima, capi poſſe negat: ipſe haud dubio inſcius, quid loquatur ſcribatve. Quamvis facile pati poſſim, ut alii me erraſſe dicant, *humanum* enim eſt *errare; abjecti* tamen *animi* eſſe puto, ferre, ut quæ recte dicta ſunt, *ſine ratione in alienum ſenſum trahantur. Ei, qui pendet a rebus leviſſimis, (non mihi, non ſapientiæ amanti) plauſum immortalitatem, ſibilum mortem videri neceſſe eſt.* Quæſtio erat, utrum λογος attributum Dei ſit, an vero ſubſtantia per ſe exiſtens. *D. Vir* poſterius negat; inde enim ſequi, ideas omnes per ſe exiſtere, quod monſtroſum & abſurdum. Reſpondi, non adeo abſurdam mihi videri hanc ſententiam. Addidi pag. 937. diſſertat. meæ: *mea opinione ignoramus prorſus, quid ſint ideæ, nedum uti, qua ratione in Deo eſſe poſſint, definire poſſimus. Neceſſario hæc mihi addenda videbantur, quandoquidem adeo abſurda viſa eſt ſingularium idearum ſubſiſtentia.* Dixi itaque in genere, mihi videri, nos ignorare, quid ſint ideæ. Dixi inſuper, illos, qui communem ſententiam, nimirum omnes ideas in Deo eſſe *modificationes mentis divinæ,* defendunt, *forte, forte* inquam, iiſdem difficultatibus involu-

tos, ac illi, qui ideas extra mentem Dei exiſtentes, Deo tamen ab æterno arctiſſime conjunctas tuentur. *Non igitur hanc ſententiam probabiliorem priore eſſe dixi*, uti *contra mentem & aperta verba mea* hoc mihi *imputat.* Verum, eſt addidi: *perſpicere me non poſſe, qua ratione divina & nobiliſſima mens ita modificari poſſit, ut arborem, piſcem &c. referat.* Exiſtimavi hactenus, omnes noſtras de ideis Dei ratiocinationes niti analogia, quam inſtituimus cum ideis mentis noſtræ. Duæ autem ſunt præcipue (cæteras jam non moror) Philoſophorum de idearum natura ſententiæ. Quidam putant, ideas eſſe modificationes mentis noſtræ: alii, ut *Lockius*, *Clericus*, eas a mente diſtingunt, dicuntque, eas eſſe immediatum contemplationis noſtræ objectum; interim nos, quid ſint, neſcire. Argumenta utriusque partis non referam. Transferamus hæc ad Deum. Aut ideæ Dei ſunt perfectiſſimæ mentis modificationes; aut aliquid ab Eſſentia Dei remotum, ſed quod Deus ab æterno jugiter contemplctur. Si prius, vellem mihi modum oſtendi, qua ratione mens nobiliſſima ita modificari (liceat ſermone Scholaſticorum uti) poſſit, ut plantam, animal quoddam, refe-

referat. *Non nego*, in Deo eſſe, ſeu Deum ideas omnium rerum, etiam corporearum, habere; *neque abſurdam eſſe illorum*, qui hæc profitentur, *ſententiam*; ſed *hoc tantum*, *abſtruſiorem* eſſe illam *materiam*, quam ut *diſtincte explicari poſſit*. Si vero extra Deum ſunt, & contemplationis divinæ objectum ſunt, atque per ſe exiſtunt, quid ſint, & quomodo æternæ eſſe dici poſſint, nemo perſpexerit. Quod ſi tamen *ſubtiliſſimus Vir* majorem lucem huic argumento adferre poſſit, quam hactenus *Arnaldus*, *Malebranche*, *Lockius* attulerunt, quammaxime ſibi devinciet *Orbem Eruditum*. Si autem, quid ſint ideæ, ignoramus, neque definire poſſumus, utrum in mente noſtra ſint, an extra mentem, exiſtumo etiam de ideis Dei certi nihil adferri poſſe, atque adeo *majori argumentorum robore opus eſſe* ad probandum, *ſententiam* illorum, qui ideas per ſe ſubſiſtentes tuentur, *monſtroſam eſſe*. Hæc addenda erant, ut Lector ſentiat, quo jure *D. G.* adſerat, abſurde doctrinam de ideis ad hoc argumentum tractam eſſe. Interim perſeverat in opinione ſua, nimirum τον λογον Platonis nonniſi abſtractione mentis a Deo & anima mundi diſtingui, atque adeo ipſum Deum cum

omnibus ſubſtantiis mundi ſeſe conjungere. De quo, ut verbum addamus, neceſſe non eſt. Verbo tantum meminiſſe juvat eorum, quæ de *Cudworthi* ſententia dixeram. Statuit ille cum *Proclo duplicem animam mundi*, quarum *una* nihil commercii habeat cum rebus terreſtribus, *altera* vero omnia pervadat corpora. Contendit *Cl. Gundlingius*, quod ſi vel maxime vera eſſet *Cudworthi* ſententia, nihilominus tamen ſyſtema Platonis iisdem implicitum fore difficultatibus, quia anima illa ſuperior etiam ex Dei eſſentia emanaverit. Ad hæc reſpondi p. 940. diſſert. meæ ſequentia. *Cudworthi opinionem tueri nolo, quamvis, ſi Veterum teſtimoniis probari poſſet exiſtentia duplicis illius animæ, non adeo in anguſtias conjectum putem Cudworthum, uti quidem exiſtimat Cl. Gundling.* Hæc mea verba Sect. XC. ita Interpretatur; *putat is, Cudworthum non adeo fore ſpernendum, ſi ſua e Platonis voluminibus probaſſet. Quod idem eſt, ac ſi dicerem, Zimmermannum victoriam reportaturum, niſi in probatione defecerit.* Mirum non eſt, *pleroſque ab Eriſticis Scriptis legendis abhorrere: pauciſſimi enim diſputantium candide adverſariorum ſententias in medium proferunt.* *Gundlingius* dixit:

Cud-

Cudworthum, etiamſi probaſſet duplicis illius animæ exiſtentiam, Platonem *tamen* ab Atheismo liberare non poſſe. Ego: ſi probare poſſet exiſtentiam teſtimoniis veterum, in tantas anguſtias conjectum haud fore. Num autem *hoc idem* eſt ac dicere; *Cudworthum* victoriam reportaturum, niſi in probatione defecerit, cum vel allatis veterum teſtimoniis nil tamen lucrari *Cudworthum* ſupponat *D. G. Socratem*, quem D. *Gundlingius* æque ac *Platonem* Sect. 91. *Atheismi* poſtulat, defendere nolo. Dudum enim *ſummi Viri* innocentiam hac in parte demonſtrarunt *doctiſſimi Viri*. Exſpectabo, quæ de *Theologia bujus Viri* in medium prolaturus ſit *Gundlingius*. Dixi quædam huc facientia *in diſſertat. de præſtantia Religionis Chriſtianæ collata cum Philoſophia Socratis.*

Sect. XXXVII.

Cl. Vir Sect. XCII. conqueritur, me hinc inde *evagari*, & committere *vitium ratiocinationis, quod Logici vocant ignorationem τȣ ἐλεγχȣ.* Videamus de utroque. Cl. Vir dixerat, τον λογον ex mente Platonis a Deo ipſo non diverſum. Reſpondi, *Eru-*

 ditiſ-

dictiſſimos Viros ad hucdum diſſentire, utrum λογος Platonis ſit ſubſtantia per ſe exiſtens atque æterna, an vero attributum tantum Dei. Concluſi inde, non poſſe *Gundlingium* ſententiam eorum, qui ideam a Deo ipſo non ſeparant, tanquam certam ſupponere, & in præſidium cauſæ ſuæ trahere. *Num hic evagatus ſum? Neſcire nos pergit,* (ita loquitur D. G.) *quæ ſit cogitatio divina; eoque recentiorum quorundam opinionem refellit, qui ideas Dei ab ejus natura non putant diſtinctas: ſiquidem refellendi vocula congruat inaniter ratiocinanti. Nam eos putat hoc argumento in fugam dari, quod triangulus, de quo Deus cogitat, ad eſſentiam ejus pertinere minime poſſit.* Exemplum de Triangulo attuli pag. 955. non vero 936. & ibi de alia re ſermo eſt. Ibi enim quæritur, quomodo anima mundi, aliquid Deo imperfectius, a Deo tamen oriri poſſit. Dixi, probandum eſſe, Deum in infinita ſua natura nil complecti poſſe, quam quod ad Eſſentiam perfectiſſimam neceſſario pertineat. Addidi hæc verba: *Communiter Philoſophi omnium rerum ideas in Deo eſſe ajunt, eas eſſe æternas & immutabiles, ſed tamen a Deo non diſtinctas, continebit igitur Deus in ſe aliquid, quod ad perfectiſſimam*

ejus

ejus eſſentiam aliquatenus non pertinet. Deus quidem perfectiſſime cogitat, agit. Sed ſi ideæ illæ ſunt aliquid non nihil, cogitatio Dei quatenus rem imperfectam refert, v. gr. triangulum, eo ipſo neceſſario ad eſſentiam Dei non pertinebit. Hæc autem *non attuli* ad ſententiam illorum, qui ideas Dei ab ipſo Deo non ſeparant, *refellendam*, ſed ut pateat, non adeo abſurdam eſſe eorum ſententiam, qui putant, aliquid in Deo eſſe poſſe, quod ad perfectiſſimam tamen naturam neceſſario non pertineat. Interim patet ſimul, inde a pag. 936. ad pag. 955. ſaltum feciſſe *Cl. V. Forte hoc eſt evagari?* Sed veniamus ad rem, & audiamus, qua ratione *D. G.* probaverit, me ignorantiam τȣ ἐλέγχȣ commiſiſſe. *Ignorat*, inquit, *hodiernos Philoſophos id ſolum velle, cogitationem Dei eſſe ipſum Deum, ceu ſupra ſcripſimus de potentia ejus. Iſtud vero, quod Dei potentia producitur, nemo unquam divinæ naturæ adglutinavit. Itaque exemplum trianguli vane adducitur. Quantum eſt, quod ignoramus!* Quæritur, utrum *noſtro concipiendi modo* aliquid in Deo eſſe poſſit, quod ad perfectiſſimam eſſentiam Dei non pertineat. Dixi, modernorum judicio omnium rerum ideas in Deo eſſe. Videri autem,

hanc vel illam ſingularem ideam, ſeu divinæ mentis modificationem, ad eſſentiam Dei non pertinere: quandoquidem perfectiſſima Eſſentia Dei ſine hac vel illa idea concipi poteſt. Non igitur quæritur de cogitatione Dei in genere, quatenus Deum tanquam ſubſtantiam perfectiſſime cogitantem conſideramus; ſed de hac vel illa ſingulari modificatione mentis divinæ. Neque etiam quæritur, utrum hæc vel illa res ſingularis a Deo producta ad eſſentiam Dei pertineat, quod nemo ſanus unquam credidit; ſed utrum repræſentatio illa ſive idea, v. gr. trianguli, ad eſſentiam divinam conſtituendam neceſſario requiratur. *Res objectæ*, inquit, *de quibus Deus cogitat eminenti modo, non pertinent ad ejus naturam & vim, ſed cogitatio divina in genere eſt, veluti reliqua ejus attributa, ipſe Deus. Sed nec hic quæſtionis ſtatum intelligere vult. Non enim quæritur de objectis extra Deum exiſtentibus, ſed de ideis ſeu repræſentationibus illis*, quæ res ſingulares referunt. Nemo non novit, Leonem non pertinere ad naturam Dei, licet ipſius Leonis ideam habeat Deus. Quæritur duntaxat, utrum idea Leonis æque neceſſario ad perfectiſſimam Dei naturam pertineat, ac pertinet infini-

infinitus intellectus, aliaque attributa, ſine quibus Deus ne quidem concipi poteſt. Rem exemplo, ut non poſſim non intelligi, illuſtrabo. Cogito jam de *D. Gundlingio*: hæc cogitatio, quæ animæ meæ obverſatur, dicitur idea. Idea hæc eſt modificatio quædam mentis meæ, (ex horum enim ſententia hic loquimur.) Hæc autem cogitatio in ſpecie ad naturam mentis meæ non pertinet. Licet enim *D. Gundlingium* exiſtere nunquam cogitaſſem, nihilominus tamen habuiſſet mens mea facultatem intelligendi. Cogitatio autem in genere, ſive attributum eſſentiale mentis nil diſtincti refert. Transferamus hæc ad Deum. Deus eſt nobiliſſima mens: inter attributa ejus eſt perfectiſſimus Intellectus: ejus intelligendi rationem ad analogiam mentis noſtræ referimus: dicimus, Deum omnium rerum ideas habere: quumque aliunde ſciamus, eas nec per ſenſus, nec per reflexionem ortas eſſe, dicimus, eas in Deo ſemper exiſtere. Deus igitur habet, ut omnium rerum ideas, ſic in ſpecie etiam *Gundlingii.* Quæritur itaque, non utrum perfectiſſimus intellectus ad naturam Dei pertineat, neque an Deus rerum ſingularum, ita & *Gundlingii*, ideam habeat; ſed

utrum ſingillatim idea *Gundlingii* ita neceſſario ad perfectiſſimam Dei eſſentiam pertineat, ut hoc negato Deus non ſit Deus, ſeu perfectiſſima mens. Sed *majus* profert *D. G. ignorantiæ meæ ſpecimen p.* 332. *Sic imperite*, inquit, *idem de idearum æternitate rationes init, quam prorſus negat, niſi omnes ideæ in ſingulari ad Dei eſſentiam referantur. Nunquam enim bene perpendit, quid intelligant Philoſophi noſtri ævi, ideas rerum æternas & immutabiles pronuntiantes. Neque enim male docent, ideam Leonis qui ſtatuunt æternam; ſed abſurde inferrent; ergo Leo eſt æternus, ergo eſt eſſentiæ divinæ, aut Dei de Leone cogitantis portio. Gratias ago* quantum poſſum maximas *ſubtiliſſimo Viro*, *quod me edocuerit*, quid ſibi velint Philoſophi, quando dicunt, eſſentias rerum eſſe æternas: *gratias ago*, quod *Exemplum adduxerit*, quo res illa illuſtratur, oſtendendo in ſpecie ideam leonis & leonem ipſum quammaxime differre, neque ſequi, æternum eſſe leonem, quia idea leonis æterna. Interim vellem, *ut D. Vir* locum oſtendiſſet, in quo idearum divinarum æternitatem in dubium revocaverim. Tria de hac materia dixi. *Primum* eſt, difficile conceptu eſſe, quomodo hæc vel illa ſingularis idea, quæ

in

in Deo eſſe dicitur ab æterno, *aque NB. neceſſario* ad Eſſentiam Dei pertineat, ac perfectiſſimus intellectus. *Secundum*, cum ideæ rerum corporearum in Deo ſint, difficulter intelligi poſſe, quomodo mens divina ita modificari poſſit, ut arborem, piſcem &c. referat. Quomodo mens noſtra rerum corporearum ideas habeat, nemo explicare poterit, multo minus igitur certi quicquam definire licet in rebus divinis. *Tertium* ita expreſſi p. 955. *Si ideæ illæ ſunt immediatum contemplationis Dei objectum, in Deo quidem non exiſtentes, Deo tamen tanquam mundus aliquis intelligibilis conjunctæ, haud facile concipere poſſumus, & quid ſint, & quomodo æternæ eſſe poſſint, nec tamen ad eſſentiam Dei pertinere. Non negavi igitur æternitatem idearum, aut earum immutabilitatem*, ſed ratiocinatus ſum partim *ex opinione eorum*, qui ideas *modificationes mentis noſtræ* eſſe putant: partim eorum, qui *extra mentem eas eſſe dicunt*; concludendo, ex utraque ſententia ſequi, nos neſcire, quomodo ideæ in Deo eſſe poſſint, imprimis rerum corporearum, & quomodo, tanquam divinæ mentis modificationes, res ſingulares referre, & tamen ad perfectiſſimam eſſentiam Dei neceſſario

per-

pertinere dici poſſint. Hæc non tanquam *propoſitiones mathematicæ evidentiæ propoſui;* ſed dubitanter tantum, eumque in finem, ut oſtenderem, quammaxime debilem eſſe cognitionem noſtram de ideis divinis, neque Platonis ſententiam adeo monſtroſam eſſe, uti quidem putavit *D. G.* Utrum autem Plato ejusmodi ideas per ſe ſubſiſtentes dari crediderit, alia eſt quæſtio, quæ perſpicuis teſtimoniis probari debet. *Cl. Vir non tam ſtolidum* (ita enim loquitur p. 333.) *Platonem fuiſſe* putat, *ut crediderit ideas per ſe ſubſiſtentes; & licet J. Thomaſius centum loca adferret, quibus hoc probaret, ſe ſexcenta in contrarium allaturum.* Nimirum ita *ſapiens fuit Plato, ut ideas res per ſe ſubſiſtentes* eſſe, credere non potuerit; ſed tamen *ita deſipere*, ut omnes *creaturas, plantas, arbores, feles, canes, lapides &c. divinæ eſſentiæ partes eſſe crediderit*, imo omnes hujus *mundi partes ſimul ſumtas Deum*, unicam illum ſubſtantiam, abſolvere; quæ Spinozæ, & Platonis etiam, ſi *Gundlingio* credimus, ſententia fuit. Quodſi interim *ſex* perſpicua loca *ſexcentorum loco D. Gundling.* attulerit, quibus probetur, Platonem λογον, & ideas per ſe ſubſiſtentes, ſubſtantias non credidiſſe, locaque in contrarium

trarium allata ſolverit, tum in poſterum cum eo firmiſſime credam, τον λογον & ideas ab ipſo Deo ex mente Platonis non differre.

Sect. XXXVIII.

Sequitur jam *maximum ignorantiæ meæ indicium*, adeo ut tandem cum *uxore illa Terentiana* mihi exclamandum ſit:

— — *Nunc hoc te obſecro,*
Ut meæ ſtultitiæ in juſtitia tua ſit aliquid præſidii:

Pag. enim 334. ita ait *Vir ſummus: Emanationem is admittere detrectat, creationem non audet ſubjicere; igitur hæſitat, & tandem ad modum incomprehenſibilem ſaltu inſolito ſeſe transfert. Quid ſi concedamus*, inquit, p. 954. *non minus Platonem, quam nos ignorare, qua ratione imperfectius quid, quale anima mundi, ex Deo emanare poſſit. In quo ſe admodum deridendum propinat Apologeta.* Cum diſputatio ſit de origine trium illorum principiorum Platonis, conceſſi gradationem quandam locum habere in principiis illis tribus. Primum eſſe τον παντων Δημιεργον, ſecundum τον λογον, tertium *animam mundi.. Platonici Juniores*

ple-

plerumque aſſerunt, ſecundum a primo, tertium a ſecundo ortum eſſe. Dixi, in *Timæo Platonis & Locro*, ubi ſedes præcipua hujus argumenti, aſſertum hoc de trium principiorum emanatione nullibi perſpicue definiri; conceſſurum me tantiſper liberaliter hoc aſſertum, & viſurum, utrum ea abſurdorum portenta inde emerſura ſint, qualia neceſſario inde deduci poſſe putat *D. G. Fundamenti* loco poſui, tria illa principia eſſe ſubſtantias intelligentes, a materia alienas, adeo, ut in illa emanatione omnis partium compoſitio & ſecretio ſeparanda ſit: hoc ſuppoſito dixi, etiamſi a mente divina anima mundi emanaſſet, nondum tamen inde ſequi abſurda illa conſectaria: addidi dein illa verba jamjam adducta; quid ſi concedamus, non minus nos quam Platonem ignorare &c. Hoc vocat *Cl. Doctor Illepidum & riſu dignum aſſertum.* Quare tandem? *Quia*, inquit, *loquitur de illis progreſſionibus, tanquam ipſe omnia ſciret, & creationi omnium rerum interfuiſſet; igitur ad ignorantiam Platonis confugere me non poſſe.* Hoc illud eſt, cur riſum teneant amici. Non jam dicam, *Cl. Gundlingium* perſpicua loca e *Platone*, *Platone* inquam, non attuliſſe, quibus ſuam ſententiam probaret;

baret; annon potuit aliquid ſtatuere & garrire, quod ipſemet tamen explicare non potuit? quot ſunt, qui transſubſtantiationem defendunt, neque tamen monſtroſam propoſitionem explicant? Num confidentia, qua quidam, etiam Philoſophi, ſua decreta proferunt, ſignum eſt, eos recte ratiocinari? Si Syſtema Spinozæ defendit Plato, uti exiſtimat *D. Vir*, num explicare poterit modum, ſecundum quem omnia certo numero, pondere, & menſura condita ſunt? Debuiſſet ſine dubio Plato modeſtius loqui, atque tacere de iis, quæ ignorabat; ſed cum hoc factum non ſit, & eum de rebus obſcuris locutum eſſe, in aprico ſit, nemo a me poſtulare poteſt, ut explicem, quod ipſemet ignoravit. Licet enim *Philoſophus* & *Polybiſtor* etiam, ſi antiquis credimus, fuerit, hoc tamen non impedit, quo minus multa ignoraverit, de quibus tamen, ut ſapere videretur, loqui voluit. Veriſſimum enim eſt ſæpe illud *Ingenioſiſſimi Moth. Vayerii dictum: Dans ce grand Hopital des incurables, il n'y a point de plus foux, que ceux, qui veulent querir les autres.* Sed pergit *Illuſtris Vir: Quin magis adhuc infacetum videtur, dum probationem exigit, Deum in infinita ſua eſſentia nihil*

com-

complecti poſſe, quam quod ad ejus eſſentiam neceſſario pertineat. Probandum enim foret, Deum non eſſe compoſitum. Quod ſi id ſerio poſtulet, na in philoſophia aque ac Theologia tenuiſſimos feciſſe profectus videbitur. Unde ſequentia: quis ſcit, utrum Deus ab æterno voluerit, ut ſimul in ſe, modo nobis homuncionibus impervestigabili, exiſtant ſubſtantiæ quædam intelligentes, demum ſuo tempore ex Deo, non quidem uti partes Dei, emanantes, quibus tamen emiſſis, Deus non minus perfectus eſſet, quam antea? majorem adhuc vanitatem, an inſcitiam dicam, arguunt. Velim *Lectorem* obſervare, me egiſſe de tribus intellectualibus principiis *Platonis*, præcipue vero de anima mundi. Ut quam *inſiceta ſit aſſertio mea*, quam non *inſtar Doctoris*, *ſed dubitanter* & *conjiciendo tantum*, propoſui, velim ſequentia obſervari. Primum eſt; *hæc ad controverſia noſtra ſummam haud pertinere*; quæritur, utrum ex ſententia *Platonis* unica tantum detur ſubſtantia, quæ Deus ſit. Oſtendi, materiam eſſe per ſe ſubſiſtentem & æternam, neque ullo vinculo neceſſario cum Deo connexam. Secundum; dixi, juniores præcipue Platonicos adſerere, tria illa principia a ſe invicem orta; perſpicua tamen hujus rei

teſti,

teſtimonia in *Platone* & *Locro* non obſervari. Tertium; illam ipſam *emanationem* ex Deo ita *comparatam*, ut omnem *partium ſeparationem*, quæ in corporibus tantum locum habet, *excludat*. *Quartum*; nos naturam rerum Spiritualium *obſcuriſſime* tantum noſſe, proprietates quasdam mentis noſtræ nobis cognitas, cætera omnia ἄδηλα eſſe; debilem præprimis eſſe noſtram cognitionem de *natura Dei*, quæ *infinita* & inenarrabilis eſt. Non poſſum ſine dubio *teſtem invenire* ad hoc probandum *meliorem ipſo Gundlingio*. Is autem *Gundlingianorum* parte 14. pag. 328. & ſq. ita de hac re loquitur: *Homo finitus eſt, Deus infinitus: ratio arctis terminis circumſcripta, Deus nulli termino incluſus. Et pugnant tamen illi, & omnem movent lapidem, & tuentur omni modo, Deum poſſe comprehendi. Quomodo? Fac videam. An ratione, an imaginatione? Quicquid intelligimus finitum eſt; quicquid imaginamur finitum eſt, diviſibile in partes, magnitudine præditum finita. Quo ruis Luci? an capis infinitam vim, infinitam potentiam, infinitum tempus? Sin minus, cur inſultas mortuo Leoni, cur vellis barbam? Audi, in Deo concipimus æternum nihil. Putas te aliquid percipere, percipis nihil* (quibus ta-

men verbis pag. ſq. in notis ſubſtituere jubet hæc: *nos in Deo nihil concipere poſitive, aut quid ſit Deus ſpecialiter & perfecte atque integre.*) *Omnis Theologia naturalis, quam jactas, in demonſtrationibus de Dei exiſtentia ſubſiſtit. Cribro aquam hauriunt, qui ulterius ſe proripiunt, & in vias Scholaſticorum perfectionis & negationis ſe recipiunt. Quid ſentis, quæſo, cum ais, Deum eſſe immortalem, falli neſcium, corruptionis omnis expertem? num tibi propterea eſſentia ejus nota? Si ſcio, te non eſſe Bucephalum, non Hippocentaurum, non Chamæleontem, non Elephantem, non Cajum, non Titium, an exinde ſcio, te eſſe Paulum? Et ſi hoc cognoſcam, quid eſt tandem, quod te conſtituat Paulum? an hacceitas, illeitas, iſteitas? An forte Pauleitas? Nolo cruentis Realium & nominalium miſceri pugnis. Profiteor,* NB. *me nihil de Dei eſſentia noſſe; vocabula ſunt, quibus ludimus, termini meri, quibus fruimur. Eadem ſuperlativorum ratio eſt. Hi propterea adhibentur, quia per partes non cognoſcimus, quod volumus cognoſcere.* Hactenus Gundlingius. Quis autem unquam confidentius de hac re locutus eſt? Et tamen *ridiculum* & *inficetum* eſt, quando *ego dixi*, & quidem *conjectando tantum*, poſſe in inenarrabili

natura

natura Dei aliquid concipi, quod ad eſſentiam ipſius neceſſario non pertineat. *Quintum*; Deus poteſt, quicquid nullam repugnantiam involvit; ſeu quicquid nos tanquam poſſibile concipere poſſumus. *Sextum*; ut *æternitas* Dei, ita *infinita ejus natura* nobis eſt parum cognita; abſorbetur quaſi mens contemplatione infinitæ & æternæ ejus naturæ. *Septimum*; quicquid exiſtit, præter Deum, non neceſſario exiſtit ſed voluntate ejus omnipotentiſſima. *Octavum*; Deus poteſt ab æterno velle, ut exiſtat, aliquid præter ſe, natura ſua imperfectius. *Nonum*; per mundum intelligo non ſolum omnia corpora ſimul ſumta, ſed & omne ſpatium. *Decimum*; Deus poteſt ab æterno velle, ut exiſtant quædam intellectuales ſubſtantiæ, quæ cum nec locum, nec ſpatium requirant, & mundus demum in tempore conditus ſit, ſine confuſione aut loci repletione ſunt, ubicunque ſunt. *Undecimum*; Deus ergo velle poteſt, ut ab æterno in infinita & inenarrabili ſubſtantia, modo nobis homuncionibus imperſcrutabili, exiſtant intellectuales quædam ſubſtantiæ voluntate ſuæ productæ, & prorſus ab ipſo diverſæ. *Duodecimum*; potuit igitur & animam mundi in ſe continere, & demum ſuo

tempore aliis veſtitam proprietatibus mundo præficere. *Decimum tertium;* hæc anima mundi, uti clariſſime ex *Timæo* & *Locro* patet, imperio Dei ſubmittitur, & tanquam ſubſtantia a DEO diſtincta conſideratur: potuit igitur etiam a Deo ab omni æternitate habere ſuam originem, neque tamen cum Deo Unum eſſe. Oſtendendum ergo *Cl. Viro*, hanc æternam ſubſtantiarum intelligentium ſubſiſtentiam, *meram involvere contradictionem.* Hæc tamen non *eo animo* dico, ac ſi *mentem illam adfingam Platoni, aut* omnia hæc *animo illius* obverſata, minime omnium quaſi *credam*, *eo modo res in Deo revera ſubſtitiſſe.* Hoc *tantum volo*, cum Plato tria principia agnoverit, gradibus perfectionis inter ſe diſtincta, neque tamen *perſpicue*, qua ratione hæc orta putet, definiverit, *ſubſiſtendum* hactenus eſſe, neque *abſurdas conſequentias* inde deducendas. Cum autem *Cl. Vir* ex conceſſis Platonicorum principiis ad *abſurdum* argumentetur, exiſtumans, hæc omnia per emanationem proprie dictam facta, adeoque naturam divinam in partes eſſe ſciſſam, atque cum materia copulatam, neque modum aliquem concipi poſſe, quomodo divinum a divino oriri poſſit, dixi, nos debilem &

quam-

quammaxime inadæquatam de Dei infinita natura habere cognitionem ; *neminem apodictice demonſtrare poſſe*, nil in Deo eſſe poſſe, quam quod ad perfectiſſimam naturam neceſſario pertineat; ex æterno illius Naturæ abyſſo quasdam intellectuales ſubſtantias oriri poſſe ſine detrimento naturæ divinæ. Hæc omnia *dubitanter* tantum, ut *modeſtum decet*, propoſui. Si quando enim *ſuſpenſo gradu* in ratiocinando procedendum eſt, tum maxime id fieri debet, cum de *natura Dei infinita & ejus attributis* ſermo eſt. Videamus tamen, quomodo modeſtam illam meam conjecturam *abſurditatis* convincat. P. 335. ait: *Aut Deus continet illas ſubſtantias tanquam a ſe diſtinctas, & aliundę vitam ac naturam ſuam indeptas, aut a ſe vita, ratione & motu animatas. Si prius, a Deo non omnia ſunt producta, quod abſurdum, Sin poſterius, Deo ſimilia ſunt, atque ex eo, qui continet, & prodierunt, & ſunt, & in eo conſiſtunt, atque aliquando in lucem emittuntur.* Ita *ſubtiliſſimus Gundlingius.* De priore propoſitione ſermo non eſt, ſed de poſteriore: probare igitur debuiſſet, poſteriorem contradictionem involvere. Sed nil probat, niſi hoc, Deo ita ſimiles fore illas ſubſtan-

tias intellectuales. Similes ſunt, quatenus ſunt ſubſtantiæ intellectuales, ſed non ſunt ex eſſentia divina ortæ, ſed, ut ſuppoſui, Dei voluntate productæ; *ex eo* igitur non *ortæ*, ſed *per eum, voluntatem nimirum divinam*, quæ cauſa eſſet exiſtentiæ eorum & eſſentiæ. Hoc poſtremum, inquit, quanquam abſurdum ſit, multo tolerabilius tamen videtur, quam primum, *oppido craſſum commentum: Deum in ſe complecti ſubſtantias per ſe & a ſe exiſtentes.* Hæc nunquam *in mentem* venerunt, & *figmentum eſt Gundlingii.* Aperte dixi, quæri, utrum Deus *voluerit, ut exiſtant &c.* Ita cum *magna minatur Excellentiſſimus Vir, extricat tamen nihil.*

Sect. XXXIX.

Pergamus ad Sect. 94. diſſertat. meæ: p. 955. ita locutus ſum. *Nos Chriſtiani credimus S. S. Trinitatem non nominalem, ſed quæ aliquid diſtincti involvat; dicimus, filium eſſe a Patre ab æterno, & cum eo. Spiritum Sanctum procedere ab utroque, æque tamen æternum & perfectiſſimum eſſe; quis autem modum hujus diſtinctionis explicet?* Probare hoc exemplo volui, adeo naturam Dei nobis perſpectam non eſſe, ut quamlibet diſtinctionem & emanationem in Deo impoſſibilem

ſibilem dicere liceat. Quid ad hæc *Excellentiſſimus Gundlingius ? In quo quam ſit ſimplex*, (& talis ſum ſenſu latiniſſimo) *rurſum apparet dilucide. Recte enim atque integre adfirmatur, Filium eſſe Deum, Spiritum S. eſſe Deum; ac ſola hypoſtaſis diſtinctionem efficit.* Ego vero non dixi, in quo diſtinctio illa ſita ſit; ignoro enim, ut verum fatear, quomodo *Pater, Filius & Spiritus S. inter ſe* diſtinguantur; diſtinctionem tamen aliquam intercedere, nos dubitare non ſinunt *oracula divina*, quibus merito adſentimur, licet modum non explicent. Firmiſſime interim perſuaſus ſum, *doctiſſimum Gundlingium neſcire*, quam poteſtatem habeat hoc in loco vox ὑποςασις. Denotat enim aliquando ſubſtantiam. At tres ſubſtantias a ſe diverſas non habemus. Si dicat, illam denotare ſubſiſtentiam, tum diſtincte explicare non poteſt, utrum hæc diverſitas ὑποςασεως ſit ſolius rationis, an realis inter ſubſtantiam & ſubſtantiam, ſubſtantiam & proprietates, proprietates & proprietates, proprietates & modos. Verbo, dicimus in Deo eſſe tres *perſonas*, neque tamen diſtincté, quid ſint perſonæ, definire poſſumus: aut ſi definimus, ad hoc myſterium explanandum nullo modo transferre poſſu-

mus. Voce igitur ὑποςάσεως nil aliud voluit, quam diſtinctionem aliquam in Deo locum habere. Idem ego aſſerui. Sola differentia in eo poſita eſt, quod ego *ingenue faſſus ſum, diſtinctionem illam mibi prorſus ignotam eſſe. Ille vero, ut ignorantiam tegeret ſuam, adhibuit vocem* ὑπόςασιν. *An tu vero*, inquit, *enuntiabis ſine pudore, aves eſſe Deum, lupum, arborem aliaque animalia?* Ubinam gentium ſumus? quæſtio eſt de tribus principiis, (liceat ob rei impenetrabilem naturam hac voce uti,) quæritur, utrum diſtinctio quædam in Deo locum habeat, & ille me interrogat, utrum credam, aves &c. eſſe Deum. An ego omnes creaturas hypoſtaſi tantum ſeu modo ſubſiſtendi inter ſe diſtinctas eſſe dixi? an ullibi adfirmavi, talem eſſe in rebus Creatis diſtinctionem, qualis in divinis locum habet? *Odi conſequentiarum fabricatores & arceo. An ſola hypoſtaſi* (ita me interrogat ſummus Vir) *Elephas, Paulus, Petrus & J. Zimermannus differunt?* Reſpondeo: aliud eſt, *Excellentiſſime Doctor*, cum de ſubſtantiis creatis loquimur, aliud cum de Deo loquimur. Sine dubio *Wolffius, Gundlingius* & *Leibnizius differunt, tanquam tres ſubſtantiæ per ſe ſubſiſtentes, diverſiſſimis pro-*

prie-

prietatibus diſtinctæ, non ſolum a ſe invicem, ſed & a Deo. Sed talis diſtinctio, realis quammaxime & ſubſtantialis, in divinis locum non habet; neque vox illa tua ὑπόστασις diſtinctionis modum patefacit. Cum Platonici tres ὑποστάσεις ἀρχικὰς eſſe dixerunt, tres ſubſtantias gradibus perfectionis diſtinctas intellexerunt; talis autem non eſt in Trinitate Chriſtianorum. Sed *myſterium hoc eſt*, inquis. Imo vero, quis negat? ſed hoc *myſterium non eſt*, ſi dicam, in inenarrabili natura Dei dari *aliquam diſtinctionem*, licet diſtinctionis illius *modum* ignorem. Loquuntur Chriſtiani de *æterna quadam generatione* filii, & *proceſſione Sp. S.* nemo tamen hactenus hoc explicuit, quia *myſterium* eſt. Hæc *generatio* tamen, hæc *proceſſio*, nullam *contradictionem*, *nullam alterationem*, *partium diviſionem* in Deo efficit. Annon inde ſequitur, etiam ſenſu Chriſtianorum in infinita Dei natura dari *aliquam diſtinctionem*, & varietatem, ut ita dicam? Quando vero *D. Vir* ait: *Ego vero cum aliis me acutioribus maxime perſpicue cognoſco, divinum ſeu Deum non ſolum ſuſtentaculum rerum ſenſilium non eſſe, ſed & ab intelligentibus rebus omnibus conſiſtere ſeparatum & natura & ὑποστάσει:* prorſus me ha-

bet conſentientem. Quando enim haud impoſſibile eſſe adſerui, ut in infinita Dei natura quædam ſubſtantiæ intelligentes ſubſiſtant, manifeſtiſſime ſuppoſui, *eas a Deo productas & ab Eodem diſtinctiſſimas eſſe. At ſicuti* (ita pergit D. G.) *vero immanis error eſt, Chriſtum dicere creatum, non generatum; ita non minor eſt inſipientia, omnia adfirmare generata, cum generatio contineat emanationem, emanatio inducat ſimilitudinem ratione naturæ omnimodam.* Loquimur jam de myſterio S. S. Trinitatis; filius dicitur ab æterno generatus. Sed cum ita loquimur, difficulter, quam poteſtatem habeat vocabulum generare, explicare poſſumus. Nullum enim eſt in rebus humanis exemplum, quo hæc explicare poſſimus. Sufficit, quod omnem, quæ in rebus humanis circa generationem occurrit, imperfectionem removeamus. Alio vero ſenſu hoc vocabulum ſumimus, cum de rebus humanis ſermo eſt. Ad nauſeam dixi, Platonem, quando mundum γεννατὸν dixit, non intelligere emanationem ex divina eſſentia, ſed productionem, exornationem. Neque *ullo argumento probavit D. G.* mundum ex mente Platonis, vel materiam, e ſinu Dei ejectam. Cum autem idem Plato de tribus principiis loquatur, & aliquam

quam gradationem in iis locum habere adſerat, licet quid ſibi velit minime explicet, tantisper judicium cohibendum eſſe puto, usquedum naturam Dei, & ſententiam Platonis *magnus aliquis Doctor* clarius, quam hactenus factum, explicuerit. Supra docui, primitivæ Eccleſiæ Patres in myſterio divinitatis Filii explicando diverſis vocibus uſos, quæ in ſenſum alienum trahi poſſent, niſi ipſimet præſidium quæſiviſſent in infinita Dei natura. Quando *Illuſtris Leibnizius, æternum Germaniæ Ornamentum, in princip. Philoſophiæ, Actis. Erudit. Lipſ. Tom. VII. Supplem. Sect. XI. inſertis*, inter alia ita locutus eſt: *Deus ſolus eſt unitas primitiva, ſeu ſubſtantia ſimplex, originaria, cujus productiones ſunt omnes monades creatæ & derivativæ, & naſcuntur, ut ita loquar, per continuas divinitatis fulgurationes, per receptivitatem creaturæ limitatas*; *Viri Eruditi* phraſin illam, per continuas *divinitatis fulgurationes*, deteriorem in ſenſum non acceperunt. *Doctiſſimus Creilingius in Examine horum principiorum* ita de hac *Illuſtris Viri* propoſitione loquitur: *Elegantiſſime Autor cum antiquiſſimis Philoſophis Deum unitatem primitivam & creaturas omnes derivativas appellat, ſimul autem in ſequentibus*

bus modum productionis creaturarum, ſeu creationis, quantam ex lumine rationis indagari poteſt, oſtendit, ajens: Creaturas oriri per continuas Divinitatis fulgurationes. Loquitur autem auctor noſter de emanatione quadam generatim ita dicta, vel quaſi, (ne putes aliorum Syſtematis Emanationis Patronorum ſomnia & omnia hic recipi) quam per fulgurationem quandam imaginationi & per eam intellectui vult ſiſtere clariorem. In noſtro quippe orbe ſol radiorum ſuorum perpetua emiſſione quandam quaſi divinitatis actuoſiſſimæ imaginem & Chriſtianis & Gentilibus Philoſophis præbuit, ipſaque S. Literæ Deum lucem adpellant. Ita *Creilingius* interpretatur modeſtiſſime inuſitatiorem *Illuſtris Viri* ſermonem. Ita faciunt *Viri Candidi, & ignorantiæ noſtræ* circa *divina memores.*

Sect. XL.

Circa finem diſſertationis meæ *Celeberrimi Wolfii, Viri ſane doctiſſimi*, partes in me ſuſcepi tuendas contra *Illuſtrem Gundlingium.* Reſpondi quin etiam ad ſingulas *quæſtiones Gundlingianas.* Reſponſiones autem meæ *inficeta* denuo videntur *Viro perſpicaciſſimo.* Videamus pauliſper quo jure, licet *Doctiſſimus Wolfius* auxilio meo minime indigeat. Repetam autem quæſtiones

ſummi

ſummi Viri. Quid derivatur quæſo? Reſpondi: *derivatur anima mundi, eſſentia quædam intelligibilis, a mente, & mens illa a Deo, Rectore omnium rerum, divinum quid a Deo, ſed non ut pars a toto; modum autem ignoro, quia Dei natura non intime mihi perſpecta eſt.* Cur autem diſplicet hæc reſponſio *Excellentiſſimo Viro?* Audi: *quando enim*, inquit, *primarium reſpondere molitur, nihilne emanare poſſit a Deo niſi divinum, ad ſilentium citatis paſſibus currit. & modum emanationis ſe ignorare trepide fatetur, ne in inſidias quærentium incidat.* Quæſtio eſt de tribus principiis Platonis, & quidem ex mente eorum, qui primum ſecundo, ſecundum tertio originem dediſſe contendunt. Putavit autem *Illuſtris Vir*, interrogationes illas ita eſſe comparatas, ut *Doctiſſimus Wolfius* nihil prorſus reponere poſſit. Ego non ita ſentio. Reſpondi igitur directe, animam mundi oriri a mente ſeu ſecundo principio, divinum quid a divino: modum me ignorare dixi, & adhuc dico. Quæ enim ignoro, lubentiſſime fateor. *Plato*, ſi ea fuit ejus ſententia, explicare non potuit, ejus igitur non minus, quam *Cl. Wolfii* nomine reſpondi. Sequitur quæſtio ſecunda *Ingenioſiſſimi Viri.* An

dividi-

dividitur Deus? *Reſpondi minime. Deus ex mente Platonis non corpus, non diviſibile quid, & quod partes habeat; ſed mens illa ſive idea orta eſt a Deo, emanavit ex infinita Dei eſſentia, cujus infiniti cum ego capax non ſim, creatura arctiſſimis limitibus circumſcripta, modum determinare non poſſum, neque tamen illam impoſſibilem adſerere.* Num forte hæc reſponſio placet *ſubtiliſſimo Viro?* Minime. *Eadem*, inquit, φλυαρία *deprehenditur, quando is ad quæſtionem, utrum divinum, quod emanat, ſit dividuum, an individuum? reponit, emanare aliquid ex divina eſſentia, ſed modum latitare. De quo interea ſententiam nondum eſt rogatus. Mirum eſt*, me ideo *vapulare*, quod *plus* regeſſerim, quam *æquiſſimus Vir* poſtulavit. Reſpondi, Deum non eſſe ex mente Platonis dividuum, & *hoc* ex me quærebat: addendum autem putavi, me modum ignorare, quia dixi λογον eſſe a Deo: cujus originis & derivationis modum ignoro. Neceſſe igitur putavi, ignorantiam meam fateri. Et hoc tam liberale additamentum adeo diſplicet *Moderatiſſimi Ingenii Viro, ut dicat pag.* 339. *Ignoſcet, ſpero, ſi hunc morem dicam morum, atque hunc reſpondendi modum valde arbitrer inficetum.* Imo vero

ex

ex animo ignoſco. *Perſpecta enim mihi dudum eſt Illuſtris Viri urbanitas & ingenii Elegantia. Ignoſco igitur, ignoſco.* Sed nondum ſatis eſt diſputatum: Sect. 96. de novo me ad pugnam provocat. *Adesdum Zimmermanne, paucis te volo, ut quam miſerum defenſorem in te nactus ſit Cl. Wolfius tute intelligas.* C'en eſt fait, mon heure eſt venuë. En adſum tamen *Vir Excellentiſſime! dedo aures in dictionem tuam!*

Tuus enim, quid optes,
Explorare labor, mihi juſſa capeſſere fas eſt.

Putas quippe, (ita me homuncionem alloquitur *Ampliſſimus Vir*) *Deum permanere eundem, tametſi aliquid ab ipſo emanet: quod ferri tantiſper poſſet. Illico autem os illidis in ſcopulum* (adeo nil tutum ab inſidiis) *praeacutum, quando cauſam per emanationem venum exponis pro cauſa efficiente exornante externa: quin periculoſius laberis, cum permanans a Deo, quod eſt mens, & ſimili ratione a mente procedens, quod eſt anima mundi, infuſum rebus ſenſibilibus ac diverſimodis temperatum credis, ſine ſuſpicione diſcriminis, quod impendet religioni. Ita enim divinum peccat &c.* Mihi ſane

vel

vel reluctanti incidit illud Poetæ: *Parturiunt montes.* *Meræ* enim ſunt *repetitiones* ſupra jam ad nauſeam allatæ & refutatæ. Tædet tandem repetitionum, breviter ergo dico: *Gundlingium* non *probaſſe ex Platone*, duo illa principia, mentem & animam mundi, a Deo orta; non *probaſſe*, animam mundi nonniſi abſtractione mentis a primo principio diſtinctam; non *probaſſe*, animam mundi omnia pererrantem in unam cum mundo ſubſtantiam transmutari; non *probaſſe*, emanationem in intellectualibus ſine partium diviſione locum habere non poſſe. *Hæc omnia* cum nondum *probaverit Ingenioſiſſimus Vir*, mirum non eſt, ſi repetitiones illas parvi æſtimo. Admitto tamen *Doctiſſimi Viri* concluſionem: *Quamobrem bene conjecit Zimmermannus, Cl. Wolfium reſponſurum forte accuratius.* Adhucdum enim in ea ſum ſententia, *Cl. Wolfium, Virum ſolide doctum*, majori argumentorum pondere *Subtiliſſimi Viri* objectiones refutaturum, ſiquidem in arenam deſcendere vellet. Eſt enim *is*, (non ego) *ex numero illorum militum, quibus triplex circa pectus æs eſt.* *Cum talibus enim, non aliis, congredi optat fortiſſimus Antagoniſta, uti patet ex ultimis Diſſertat. ejus verbis.*

Sect.

Sect. XLI.

Et hæc ſunt, quæ ad *Cl. Viri* diſſertationem, contra me conſcriptam, adnotare volui. Nullus dubito, quin multi judicaturi ſint, examen hoc meum *prolixius* eſſe, *quam rei momentum poſtulat*; agi enim de re non *magni momenti*: parum intereſſe *cætus ſacri*, *Reipublicæ Litterariæ*, utrum *Plato Atheus fuerit nec ne.* Ego vero non diffiteor, potuiſſe me *horas* huic argumento *impenſas* longe *melius collocare.* Sed quandoquidem placuit *Cl. Gundlingio*, diſſertationem meam *prolixo examini* ſubjicere, non potui multas ob cauſas, quas hic recenſere nolo, prorſus ſilere. Poſtquam autem ſemel animum ad ſcribendam apologiam appuli, *neceſſitatem* mihi impoſitam eſſe perſpexi, cuncta accurate examinandi. Nolui igitur periture parcere chartæ; ſed cuncta, quæ alicujus momenti videbantur, perpendere; *nolui Cl. Viro* anſam dare *conquerendi*, me *fortiſſima*, quibus innititur, *argumenta* ſilentio præteriiſſe. Has enim querelas frequentiſſime moveri audimus in *mutuis Eruditorum concertationibus*: *rara eſt enim fides diſputantium: non minus hic ſtratagematibus locus, quam in bello.* Ve-

niam igitur dabit Lector prolixitati meæ, & repetitionibus, quas evitare non potui. *Cl. Auctor* identidem ex arrepta ſemel hypotheſi argumentabatur, teſtimoniaque, ut fieri ſolet, eo trahebat, hinc repetitiones non ſemel ortæ. De re ipſa judicium ſit penes *eruditum & candidum Lectorem*. Illi, qui extra partes ſunt conſtituti, melius poterunt de controverſia noſtra judicare, quam nos, *quos partium ſtudium* aliquando impedit, quo minus *verum* cernere poſſimus. Ego quidem quammaxime operam dedi, ne præjudicatis opinionibus locum aliquem concederem. *Sed homo ſum, nihil humani a me alienum puto: omnes ſumus contentioſi homines: omnes ſemel arreptas opiniones lubentes defendimus, & difficulter adducimur, ut fateamur, nos erraſſe: Sydus illud peſtilentiſſimum, ambitio, nos omnes adflavit.* Non igitur victoriam ante triumphum canam; lubens aliorum judicia audiam, & meliora edoctus *retractationes* cum *Auguſtino* ſcribam. Perinde mihi eſt, utrum *Cl. Gundlingius* meæ ſententiæ album calculum adjiciat, nec ne. Licuit ſemper incolumi diſſentire amicitia. Quod ſi denuo placeat *D. Viro* in campum deſcendere, per me licet. Hoc unicum rogo,

go, ut in poſterum, poſita omni *verborum acerbitate*, mecum agat. Velim ſibi perſuadeat, ſibi rem eſſe cum homine *non quidem erudito*, nedum *ſuperbo*, *ſed veritatis & pacis amantiſſimo. Dicteria* animum ad iram & æſtum provocant. Ut *innocenti*, *ſic irato* verba *invenire*, quibus ſe *tueatur*, facile eſt. Non opus eſt *excellenti ingenio* ad alios perſtringendos, & Italico aceto perfundendos, ſed ad *injurias illatas æquo animo perferendas. Habet & muſca ſplenem, eſt & formicæ ſua bilis: etiam mitiſſimi ingenii homines, cum alii lapides loquuntur*, non poſſunt ſemper *byſſina reponere verba.* Et quid lucramur tandem *dicteriis?*

Cædimus inque vicem præbemus crura ſagittis;

Ludibrio nos exponimus Viris ſapientibus, & *Eruditionem* in *contemptum* adducimus. Poterit igitur & hanc *Apologiam Cl. Vir* examini ſubjicere, *argumenta argumentis*, ſiquidem eum errare putavero, *opponam*, & *æquitate*, *modeſtia*, *candore* cum eo certabo de *palma*, *adeo, ut quæ modo pugnabant, jungant ſua roſtra columbæ.* Eum in finem

heic *publice Cl. & Hiſtoriæ philoſophicæ peritiſſimum Virum rogo*, ut ſi quæ habeat ad *Inſtitutum meum promovendum* facientia liberaliter communicet. Ego omni officio, ac pietate me Ei devinctum eſſe, teſtabor.

III.
DE
EXIMIIS SUEVORUM IN LITERATURAM ORIENTALEM MERITIS SCHEDIASMA HISTORICO-LITERARIUM. (*)

§. 1.

INter præcipua Sueviæ noſtræ decora referendum eſſe cenſeo, quod ea multa literarum lumina atque columina produxerit, nec ullum facile ſit diſciplinarum genus, de quo non quidam illius indige-

 narum

(*) Hoc programmatis loco præmiſi Actui Oratorio, quo Lyceum noſtrum pietatem ſuam inter ſæcularia ſacra in memoriam Auguſtanæ Confeſſionis ducentis abhinc annis glorioſiſſimæ recordationis Imperatori CAROLO V. exhibitæ celebrata teſtatam fecit. Prædicanda vero mihi hic publice hilari grataque mente eſt inſignis cum OPTIMORUM PATRIÆ NOSTRÆ PATRUM, tum reliquorum Auditorum omnis ordinis Spectatiſſimorum benevolentia,

narum & civium variis nominibus præclariſſime promeriti fuerint. Prodierunt ex ea Viri, cunctorum eruditorum ſuffragio maximi, vere heroës literarii, non ad ſui tantum, ſed omnis ævi exemplum illuſtres, quibus literæ vel plane reſtaurationem, vel ſaltem cultum atque nitorem ſuum acceptum ferunt; nec deforet illi, qui hiſtoriam literariam gentis noſtræ condere vellet, per univerſum eruditionis orbem iturus,

---

tia, qua orationes, memoriter a nobis recitatas, excipere dignati ſunt. Omnia per Dei gratiam feliciter peracta, ac ſub hujus actus finem in Auditorio, quam fieri poterat, ſplendidiſſime variis artificioſis picturis aliisque ornamentis condecorato, Ampliſſimi Magiſtratus munificentia juventuti noſtræ ſcholaſticæ numiſmata in Jubilæi memoriam cuſa, & præterea iis, qui in ſingulis Lycei noſtri claſſibus tres priores locos occupant, hiſtoriæ reformationis Eccleſiæ patriæ, a me vernaculo ſermone in lucem emiſſæ, exempla diſtributa fuere. Cujus libelli dum mentionem hic facio, non poſſum non eos, qui forte illum lecturi ſunt, officioſe rogare, ut præter errores typographicos, in ejus calce jam notatos, & hos emendare velint. Legendum nempe pag. 104. lin. 16. pro 1525. 1527. lin. 12. pro *Widerlegung*, *Uberlegung*: p. 189. lin. 6. pro *dem* leg. *denen*, & lin. 7. pro *er* leg. *ſie*. p. 249. lin. 2. pro *alle*, *allhier*: in præfationis autem pag. antepenultima lin. penult. pro 25. Jun. l. 27. Junii, & addenda hæc verba: *weil die damalige traurige Umſtände nicht erlaubten an dem 25. dieſes Monats, der auf den Freytag fiel, ein beſonderes Freuden-Feſt anzuſtellen.*

rus, ampla laudum in complures Sueviæ cives congerendarum materies, & creberrima occaſio demonſtrandi, populares noſtros haud raro Muſis ad incitas redactis manus adjutrices præbuiſſe, ac nobiliſſimas ſcientias ſive antehac proſcriptas cum triumpho primos reſtituiſſe, ſive reſtitutas jam ab aliis flagranti induſtria excoluiſſe, profuturaque omnibus ſæculis opera edendo haud exigua luce perfudiſſe.

§. II.

Quod ut de ſingulis veræ eruditionis partibus comprobatum dare vaſti res foret voluminis: ita hacce commentatiuncula id unum mihi propoſui, oſtendere, quam eximia ſint Suevorum in literaturam Orientalem merita. Non autem omnes recenſere animus eſt, qui magno ardore nec infelici ſucceſſu Eoas linguas tractandas ſuſceperunt, quod ii faciant, qui Sueviam Orientalem ad *Pauli Colomeſii* exemplum conſcribere geſtiunt, ſed illos duntaxat, qui in hiſce literis eximii quid præ cæteris præſtiterunt, immortali fama propterea digniſſimi. E dicendis vero, ni fallor, perſpicies, habuiſſe Sueviam noſtram in

hoc genere Viros, quos haud ab re inter primates literarios (*a*) referre queas.

§. III.

Eo jam tempore, quo horrida barbaries univerſam fere Europam, elegantioribus literis in triſte exilium ejectis, occupaverat, Muſæque inter ſolos propemodum Arabes, ſtrenuos tum earum vindices, habitabant, ſurrexit heros, Suevico ſanguine progenitus, qui literis ſqualore obſitis nitorem ſuum reddere, ac Muſas extorres in noſtras reſtituere oras magnopere contendit. FRIDERICUM II. Imperatorem indigito, non pacis minus, quam belli artibus inclutum, vere Herculem Muſagetem, qui avi ſui, a barbæ colore Ænobarbi (*b*) cognomen nacti, exemplo incitatus, non ſolum

(*a*) Egregie, uti ſolet, de his diſſeruit conſummatæ eruditionis Vir, cujus amicitiam magnæ felicitatis loco habeo, D. Chriſt. Aug. Heumannus, ipſe non immerito Optimatibus literariis annumerandus, in Conſpectu Reip. literariæ Cap. VII. p. 198. ſqq.

(*b*) Quantum Muſæ in Friderico Barbaroſſa ſeu Ænobarbo, Imperatore immortali gloria digniſſimo, itidem Suevo, habuerint Mæcenatem, vel ſola evincit ejus conſtitutio authentica de ſcholaribus, in qua illorum commodis benigne proſpexit. Confecit eam,

ſolum a prima ſtatim adoleſcentia (*c*) in ingenuis artibus verſatus eſt, verum ad ſummum etiam imperii culmen evectus inter graviſſimos labores publicos, inter ipſos hoſtium fremitus & mille Martis diſcrimina Minervæ litavit, ac literarum amorem nunquam depoſuit. Fuit is, Pandulphi Collenutii, ſcriptoris fide digni, elogio (*d*), omnium fere artium mechanicarum cæterarumque rerum, quibus ad-

N 5 jecit

eam, quod memorabile & manifeſtum tanti herois in literas & earum cultores amoris documentum eſt, inter armorum crepitus, tympanorum & tubarum ſonitus, extra patriam in Italia, non in urbe aliqua, ſed ſub dio, referente Martino Cruſio, Viro doctiſſimo, cujus memoria Scholæ noſtræ venerabilis eſt, qui & illam conſtitutionem commentario illuſtravit in Oratione de Friderico Barbaroſſa & Studioſorum privilegiis officiisque p. 27. ſqq.

(*c*) Id ipſe magnus Imperator in epiſtola, e qua mox locum aliquem producemus, his verbis profitetur: *Nos profecto, qui divina largitione populis praſidemus, generali, qua omnes homines naturaliter ſcire deſiderant, & ſpeciali, qua gaudent aliqui utilitate proficere, ante ſuſcepta noſtri regiminis onera, ſemper a juventute noſtra quaſivimus, formam ejus* (ſcientiæ nimirum) *indeſinenter amavimus, & in odore unguentorum ſuorum ſemper aſpiravimus indefeſſe* &c.

(*d*) Vid. ejus *Compendio delle Hiſtorie del regno di Napoli*, Lib. IV. p. 94. edit. Venet. A. 1541. & Latinæ verſionis, quæ Jo. Nic. Stupano debetur, p. 155.

jecit animum, inſignis artifex, eruditus præterea linguarum Italicæ, Latinæ, Germanicæ, Gallicæ, Græcæ atque Saracenicæ. Licet omnibus belli dotibus eminentiſſimus ſui ſæculi fuerit, Pierio tamen choro ſemper favit, ipſemet

doctæ non ultima gloria turbæ.

Bibliothecam inſtruxit copioſam, in eamque pretioſa Orientis ſpolia intulit. Græcæ linguæ amorem vel ſola inſcriptio annuli reperti in branchiis ſub cute lucii piſcis A. M CCCC XCVII. in ſtagno circa Heilbronnam, Imperialem Sueviæ urbem, capti teſtatur, quæ hæc fuit(*e*): Ἐιμὶ ἐκεῖνος ἰχθὺς, ταύτῃ λίμνῃ παντόπρωτος ἐπιτεθεὶς διὰ τοῦ κοσμήτου Φρεδηρίκου τὰς χεῖρας ἐν τῇ ε. ἡμέρᾳ τοῦ Ὀκτωβρίου α̅ σ̅ λ̅. i. e. EGO SUM ILLE PISCIS, HUIC STAGNO OMNIUM PRIMUS IMPOSITUS, PER MUNDI RECTORIS FEDERICI MANUS, DIE QUINTO

(*e*) Vid. Geſner. Præfat. in quart. libr. hiſtoriæ Animalium, & Mart. Cruſii Annal. Suevic. Part. III. Lib. I. Cap. VII. f. 25. Græcam linguam ante Fridericum barbaro illo ævo fuiſſe in Suevia noſtra quodammodo cultam, non prorſus incredibile eſt. In ea enim commorata fuit Irene, origine Græca, Philippi,

QUINTO OCTOBRIS M. CC. XXX. Quis vero dubitet, quin Græci ſermonis ſtudium Auguſtiſſimus Vir, qui, ut vel ipſi piſces, mutiſſimi alias, illo ad ſeram poſteritatem uterentur, curavit, intra imperii ſui fines excitare ſerio voluerit? Expeditiones ab eo vel ejus auſpiciis in Orientem ſuſceptæ occaſionem illi ſuppeditarunt, non Græcorum tantum & Arabum libris, ſed ipſa etiam eorum eruditione ſe ſuosque locupletandi. Haud enim ſibi ſoli ſervare Imperatorem voluiſſe iſtas delicias, vel ex epiſtola (*f*) ad magiſtros & ſcholares Bononienſes cum libris Ariſtotelis aliorumque, e Græco & Arabico in Latinum ſub ejus auſpiciis translatis, miſſa patet, e qua nonnulla delibare operæ videtur pretium: *Dum librorum volumina, quorum multifarie multisque modis diſtincta chirographa noſtrarum armaria divitiarum locupletant, ſedula medi-*

lippi, Friderici noſtri patrui, conjux, quam non dubium eſt ſecum habuiſſe nonnullos Græcos. Miſſi ſunt quoque ad illam, ejusque maritum aliquando Conſtantinopoli legati. Hac aliisque cauſis Cruſius l. c. Cap. XVI. f. 574. ſuſpicatur, magnam verborum Græcorum vim in linguam noſtram Germanicam influxiſſe.

(*f*) Quæ extat Lib. III. Epiſtolarum Petri de Vineis p. 503. ſqq. edit. Baſil. A. 1566.

meditatione revolvimus, & accurata contemplatione penſamus, compilationes variæ ab Ariſtotele aliisque philoſophis ſub Græcis Arabicisque vocabulis antiquitus edita in ſermocinalibus & mathematicis diſciplinis noſtris aliquando ſenſibus occurrerunt. Quas adhuc originalium dictionum ordinatione conſertas, & vetuſtarum veſtium, quas eis ætas prima conceſſerat, operimento contectas, vel hominis defectus aut operis ad Latinæ linguæ notitiam non perduxit. Volentes igitur, ut veneranda tantorum operum ſimul authoritas apud nos non absque commodis communibus vocis organo traducere (g) *innoteſcat, ea per viros electos & in utriusque linguæ prolatione peritos inſtanter juſſimus verborum fideliter ſervata virginitate transferri. Quia vero ſcientiarum generoſa poſſeſſio, in plures diſperſa, non deperit, & diſtributa per partes minorationis detrimenta non ſentit, ſed eo diuturnius perpetuata ſeneſcit, quo publicata fecundius ſe diffundit: hujusmodi celare laboris emolumenta nolumus, nec æſtimavimus nos eadem retinere jucundum, niſi tanti boni nobis-*

cum

(g) Hæc mendoſa eſſe videntur: forte *tradacta* legendum.

cum alios participes faceremus. Conſiderantes veruntamen, quorum conſpectibus, quorumque judiciis operis cœpti primitiæ poſſent decentius deputari: ecce vobis potiſſime, velut philoſophiæ præclaris alumnis & reliqua, quæ partim in mendo cubare videntur. In fine eos exhortatur, ut opera ipſis transmiſſa ad communem ſtudioſorum utilitatem famæque ſuæ præconium publicent. Elucet hinc propenſiſſimus Imperatoris in literarum ſtudia promovenda animus: patet quoque inde, illum habuiſſe ſecum foviſſeque viros Græci & Arabici ſermonis peritos, qui iſtiusmodi opera in Latinum idioma convertere valuerunt. Licet autem illæ verſiones haud fuerint exactæ atque ſatis fideles: potuiſſet tamen ac debuiſſet etiam hac ratione viris literarum ſtudio deditis ſaliva moveri ad linguarum illarum notitiam ſibi comparandam. Sed inficetum illud ſæculum reſipiſcere noluit, parumque igitur profecit Vir Auguſtiſſimus, immani præſertim odio dirisque vexationibus Pontificum Romanorum, quorum maxime intererat, ne Orbis ſaperet, impeditus.

§. IV.

§. IV.

Poſthæc Muſæ Orientales, tanto Statore atque Vindice orbatæ, neglectæ iterum jacebant, donec vergente ſæculo decimo quinto propitii Numinis beneficio nova lux ſpiſſas illas, quæ univerſam ferme Europam obfuſcaverant, tenebras feliciter dispellere occiperet. Reſtauratum tum eſt ante omnia linguarum, quæ merito ſcientiarum vehicula vocantur, ſtudium per Viros, nominis æternitatem inde conſecutos. Palmam vero reliquis præclaro hoc in opere præripuiſſe Suevos intrepidus aſſero, nec vereor, ne id nimio cæcoque patriæ amori idonei rerum arbitri adſcribant. Taceo in Suevia noſtra primum Grammaticæ Hebraicæ compendium a Chriſtianis profectum (*b*) typis excuſum eſſe, cum exigui id fortaſſis momenti ſit: hoc vero ſilentio prætermittere nequeo, omnium primos

(*b*) Quod auctorem habet Petrum Nigri, cujus tractatui contra Judæos, Eslingæ per Conradum Fyner de Gerhuſſen A. 1475. impreſſo, annexum eſt, exile quidem, ſed primum tamen typis exſcriptum. vid. Summe Rever. J. C. Wolfii Bibliothecæ Hebrææ, operis plane incomparabilis, vel theſauri potius, Part. II. p. 115.

mos in Germania Suevos Hebræam linguam, cæterarum principem, ſibi familiarem reddidiſſe, atque deinceps inter alios etiam propagandam felicibus auſpiciis ſuſcepiſſe. Dignus eſt, cujus renovetur memoria, JOANNES BEHAM (*i*), ſacerdos Ulmenſis, qui ſub ſæculi ejus, quo Hebraice noſſe pene hæreticum erat, finem Hebræam linguam a Judæis, antequam Ulma expellerentur, didicit, illiusque Lexicon & Grammaticos aliquos libros ab iisdem magno pretio comparatos in noſtrum ſermonem, nullis parcens ſumtibus, transferendos curavit, ac ea volumina, qua erat facilitate & animi in linguæ hujus nobiliſſimæ ſtudium provehendum propenſione, deinde cum Capnione, Pellicano & aliis Philebræis communicans, eorum induſtriam haud parum adjuvit.

§. V.

Illuſtrius eſt JO. REUCHLINI ſive CAPNIONIS, Pforzemio-Suevi, nomen, quam ut cui-

(*i*) Vid. Melch. Adami Vitas Theolog. Germ. p. 269. In Vener. Reimanni Hiſtor. liter. German. Vol. III. p. 107. ſq. Behamus ille triplici vice minus recte *Betra* vocatur, quod repetitum etiam in Indice eſt.

ut cuiquam ignotum eſſe queat. Ab hoc, judice Morhofio (*k*), quaſi aurora eruditionis illuceſcere cœpit, unde potius a Luce-Phoſphorus, quam a fumo Capnio dicendus fuiſſet. Hunc virum, ad ætatis & patriæ ſuæ gloriam natum, merito ceu Phœnicem & unicum ſuum decus tota ſuſpiciebat ac venerabatur, teſte magno Eraſmo Roterodamo (*l*), Germania, in qua primus omnium intrepido auſu inveteratam barbariem exſtirpare, & Hebræas, Græcas aliasque bonas literas auſpicato ſucceſſu inſtaurare cœpit, acerrimo ſuo ſtudio etiam exteros ad æmulationem provocans. Uberrime de tanti Viri vita & rebus glorioſe geſtis diſſeruit beatus Theologus D. Jo. Henr. Majus (*m*) peculiari commentario, adeoque nobis otia fecit, qui de tanto heroë, monſtrorumque domitore plusquam Herculeo ſilere malumus, quam pauca dicere. Id unum tamen monendum eſſe duco,

(*k*) In Polyhiſt. liter. Part. I. Lib. I. Cap. XIX. p. 243.

(*l*) In epiſtola ad ipſum Leonem X. Pont. M. exarata.

(*m*) Add. omnino, quæ in Celeb. Hermanni von der Hardt Hiſtoria liter. Reformationis de Reuchlino habentur Part. II.

duco, cum omnium inter Chriſtianos primum juſtam Grammaticam & Lexicon Hebraicum concinnaviſſe, operique æterno, quo omnibus ad ipſos limpidiſſimos Veteris Teſtamenti fontes adeundos viam paravit, non injuria hanc coronidem impoſuiſſe: EXEGI MONUMENTUM ÆRE PERENNIUS NONIS MARTIIS ANNO MD VI. Primus etiam, quod ſciam, de Accentibus Hebræorum ſcripſit: primus item Chriſtianorum particulam quandam Hebræi Codicis ſacri, pſalmos nempe pœnitentiales, An. 1512. orbi dedit, cum antea ſoli Judæi in Italia Soncini, Piſauri ac Venetiis operam Bibliis Hebraicis typographiæ beneficio publicandis navarent, quorum tamen pauciſſima exempla in Chriſtianorum manus pervenere.

§. VI.

Hebræarum literarum gloriam maſcule tutati ſunt Capnionis diſcipuli, quos inter principes fuere CONRADUS PELLICANUS & SEBASTIANUS MUNSTERUS, quorum ille haud pauca opera Rabbinica ac Talmudica Latine convertit, hic vero præter alia ſcripta Hebræi ſermonis cultoribus valde utilia primus Grammaticam & Lexicon

Chaldaicum vulgavit. Neuter equidem eorum natione Suevus fuit: uterque tamen non invitus profeſſus eſt, in Suevia noſtra, Academia ſcilicet Tubingenſi, hodienum quoque famigeratiſſima, & Doctoribus omnis ordinis per univerſum orbem literarium celeberrimis maxime condecorata, ſe potiſſimum tam eximiis doctrinæ opibus inſtructos eſſe. Hinc & Sueviæ multum accreſcit laudis, utpote quæ tantos Muſarum ſanctiorum vindices ſuo in ſinu formavit. Taceo jam JOANNEM BOSCHENSTEINUM, Eslinga-Suevum, qui multis Hebrææ Linguæ, cum rarior adhuc ejus eſſet notitia, præcepta inſtillavit; & mentionem potius facio JOANNIS FORSTERI Auguſtani (*mm*), genuini Capnionis diſcipuli, tandemque in Academia Wittenbergenſi Profeſſoris, quem ob induſtriam ac virtutes Præceptor præ aliis audito-

(*mm*) Patriam cum Forſtero, quod ἐν παρόδῳ annoto, communem habuit Matrona pietate, virtutibus ac eruditione ornatiſſima, ANNA e WEISBRUCKERORUM familia prognata, URBANI REGII Theologi celeberrimi, itidem Suevi, conjux, Hebræi Chaldæique ſermonis apprime perita. Extat inter opera mariti colloquium cum ea ab ipſo habitum, in quo

auditoribus ſuis chariſſimum habuit, quanti eum faceret, literis, hodienum extantibus (*n*), diſerte teſtatus, e quibus hæc verba decerpere lubet: *Tu unus omnium in lingua Hebraica plurimum ſudaſti, ut dignus mihi viſus fueris, cui publici auditorii pulpitum conceſſerim. Quare perge incumbendo bonis* (forte addendum *literis*) *& doctrina a me prælecta: ſic enim in virum literatiſſimum & linguarum ornatiſſimum interpretem, Deo adſpirante, cæteris commodo & utilitati, evades.* Nec ſpes optimum virum fefellit. Non enim docendo tantum poſtea, ſed & ſcribendo Hebrææ linguæ ſtudium ſtrenue propagavit, dignusque ac idoneus beato Luthero viſus eſt, cujus conſiliis in ſacrarum

quo prophetiæ Veteris Teſtamenti de Chriſto ejusque regno docte, pie ac ſolide explicantur. Regius autem ipſe ea idiomatis Hebraici, Chaldaici & Rabbinici cognitione præditus erat, ut cum Judæorum Rabbinis plus ſimplici vice in arenam deſcendere veritus haud fuerit. Dedit etiam A. MDXXXV. ad totam Judæorum Synagogam Brunswicenſem epiſtolam, quæ ex Hebræo in Latinum converſa Tom. III. operum ejus Latinorum f. 92. ſq. habetur. vid. Urbani Regii memoriam literis a Theologo, dum viveret, ſummo D. Elia Vejelio conſignatam §.XVIII. p. 12. ſqq.

(*n*) In Melch. Adami Vitis Theolog. German. p. m. 303.

literarum e fontibus in noſtrum idioma translatione ſæpenumero, nec infeliciter, uteretur. Primum illum inter Lutheranos Hebraicum Lexicon publicæ luci expoſuiſſe, jam ante nos Celeb. Reimmannus obſervavit (*o*).

§. VII.

Plurimum Hebræas Chaldæasque literas magni nominis Theologo, PAULO FAGIO, debere, nemo facile eſt, qui ignoret. Viri præſtantia & eruditio tanta fuit, ut ipſos etiam Judæos (*p*), invidam alias Chriſtianis gentem, in ejus admirationem rapuerit. Quamvis autem natale illius, utpote Tabernis Rhenanis in Palatinatu oriundi, ſolum Suevia haud fuerit, magnam tamen gloriæ, quam Vir ſummus inſignibus

(*o*) In Hiſtor. liter. German. Vol. III. p. 83.

(*p*) Splendidis præſertim laudibus eum cumulavit Elias Levita in præfatione TISBI, dignumque cenſuit, de quo populares glorientur, &, quemadmodum Judæi de Moſe Maimonide dicunt: *A Moſe usque ad Moſen non ſurrexit ſicut Moſes*, ita quoque de ipſo pronuncient: *A Paulo* (Tarſenſi) *usque ad Paulum non ſurrexit ſicut Paulus* (Fagius Taberna-Rhenanus). conf. Celeb. Jo. Buxtorfii Catalecta Philologico-Theologica. p. 127.

bus ſuis in ſanctiores Muſas meritis indeptus eſt, partem, meo quidem judicio, eà jure ſibi vindicat. Protulit enim PETRUM BUFFLERUM (*q*), ſenatorii ordinis in libera Imperii civitate Iſnenſi virum, qui idem ipſi & aliis erat,

Quod Flacco Varioque fuit ſummoque Maroni
Mæcenas, atavis regibus ortus eques (*r*).

Hujus auſpiciis factum eſt, ut Fagius & Iſnæ in noſtra Alemannia officinam typographicam erigeret, e qua complures libros ſermonis Hebræi & Chaldæi ſtudioſis maxime proficuos, ac tam argumento quam typorum nitore commendabiles, in publicam lucem emiſit, & ex Italia eodem evocaret Eliam Levitam, Judæorum illo tempore eruditiſſimum, ut ejus opera in tam egregio inſtituto uti poſſet. E re noſtra eſſe arbitror, ipſius Fagii, tam Buffle-

(*q*) Vid. de Viro hoc optimo Henr. Pantaleonis Proſopograph. Part. III. f. 198. & Melch. Adami Vit. JCtorum Germ. p. 84. ſqq.

(*r*) Martial. Lib. XII. Epigr. 4.

rum, magnum Mæcenatem, quam Eliam, fidum paraſtaten ſuum, grato animo proſecuti, verba heic e præfatione in hujus librum TISBI producere: *Quandoquidem jam ab annis aliquot in hoc incumbo, ut ſi quæ ſunt in Hebræorum ſcriptis & penetralibus alicujus momenti, quæ Chriſtianis hominibus, maxime Theologis, ad intelligendas ſacras literas uſui eſſe poſſunt, in lucem proferam: factum eſt benigna voluntate Dei Opt. Max. ut ad hoc meum inſtitutum mihi duo commodiſſima & optatiſſima media contigerint. Primum liberaliſſimus Mecenas, qui pro inſtituenda officina typographica, eaque Hebræa, ſumptus liberaliſſime exponit, nempe D. Petrus Buſſlerus, civis Iſnenſis, & honeſtiſſimus & piiſſimus, qui ob ſingulare ſtudium, quo proſequitur omnes doctos, & in ipſam pietatem promovendam totus incumbit, æternam laudem apud omnem meretur poſteritatem. Neſcio enim vere, an facile ſimilem alicubi terrarum opulentum aliquem invenias, qui tanta liberalitate ſua profundit bona, ubi vel docti alendi, vel pauperes juvandi, vel etiam Evangelium Chriſti provehendum, ut non verear dicere, tantum illum hac in re effeciſſe, quantum multi docti ſcribendo & docendo. Alterum eſt, quod doctiſſimus Hebreus,*

qualem

qualem vix ſecundum habet orbis, Helias inquam, genere Iſraëlites, & cognomento Levites Germanus, paſſus eſt ſe ex Italia, inclyta urbe Venetorum, Iſnam vocari, ut ad iſtos meos conatus auxiliatrices præberet manus. Quo certe dubito, num tota Judæorum gens ſynergon mihi in propaganda lingua Hebræa ſuppeditare potuiſſet & meliorem & commodiorem. Re enim Grammatices, quod rarum eſt apud Judæos, præſertim Germanos, omnino peritiſſimus eſt, ut in qua omnem ætatem vel ab ipſa contrivit pueritia. Unde, quicquid uſpiam eſt probatorum ſcriptorum, diligenter legit, ſicut de ejus eruditione ipſius ſcripta, quæ ante aliquot annos in lucem edidit, teſtantur, e quibus tantum profectum fecerunt omnes ſtudioſi linguæ ſanctæ, ut ſane quicquid eſt hodie uſpiam ſolidioris cognitionis linguæ Hebrææ, illi acceptum debeamus; quod etiam, qui inter noſtros præcipui ſunt, libere & ingenue fateri non erubeſcunt. Chaldæam ſane linguam non minus, quam Hebræam, novit, ut qui omnes Thargumiſtas diligentiſſime ſummoque cum ſtudio legerit, volverit & revolverit, ut ſane ex illis Lexicon Chaldaicum doctiſſimum & utiliſſimum collegerit, quod propediem in communem utilitatem omnium ſtudioſorum linguæ ſanctæ excudi curabimus. In

ſacris Bibliis, quod alii Judæi non tantopere curant, adeo verſatus eſt, ut non tantum capita omnium librorum Bibliacorum ſed & ſingulos verſus, dictiones, apices, accentu, & quicquid hujusmodi eſt, in recenti habeat memoria, quod plane mirum eſt in homine tam ſene: & quæ ſunt aliæ laudes, quibus hunc optimæ notæ Judæum cumulavit. Hæc autem, licet paulum prolixiora, recitare viſum fuit, ut luculenter inde perſpici poſſet, quantopere ſe devinctum agnoverit Fagius Buſſlero, homini Suevo, qui profecto, ſi quis Mæcenatum hiſtoriam condere vellet, haud poſtremo inter illos loco dignus foret. Prodiere vero ex illa Iſnenſi typographia, obſtetricante Fagio, varii bonæ frugis libri, qui Philebræis non poſſunt non eſſe acceptiſſimi, v. g. Eliæ Levitæ ספר התשבי ſive Dictionarium vocum Hebr. Chald. Arab. Græc. & Lat. quæ tum in Bibliis tum in Rabbinorum ſcriptis occurrunt; ejusdem מתורגמן ſive Lexicon Chaldaicum, nec non שמות דברים, ſive Nomenclator Hebraicus; Sententiæ morales Ben Syræ cum ſuccincto commentario & Latina verſione Fagii; Tobias item Hebraicus ab eodem in Latinum translatus; פרקי אבות ſive Capitula Patrum, Latine reddita ſcholiisque

que illuſtrata; Exegeſis dictionum Hebraicarum literalis in quatuor capita Geneſeos, cui acceſſit textus Hebræi & paraphraſeos Chaldaicæ collatio; Precationes Hebraicæ, quibus in ſolennioribus feſtis Judæi, cum menſæ accumbunt, adhuc hodie utuntur, & quo modo, ordine & ritu eas dicant; Sepher Æmana (*rr*), ſive liber de fide Chriſtiana adverſus Judæos ſcriptus & Latine converſus, & id genus alia.

§. VIII.

Habuit vero noſtra etiam ætate Iſna Virum, qui alter orbi literato futurus fuiſſet Fagius, ſi alter quoque ipſi obtigiſſet Buſſlerus. JOANNEM SPECHTIUM innuo, SS. Theologiæ Licentiatum, & venerabilem, dum viveret, Eccleſiæ ejus loci Paſtorem, non longo abhinc tempore pie defunctum, Virum Hebraice doctiſſimum, Judaicarum antiquitatum callentiſſimum, & in ipſis etiam Talmudicis ſcriptis verſatiſſimum, quod vel ſolæ ejus in Servatoris patientis hiſtoriam homiliæ ſatis evincunt, ſolidiſſimi inſtar commentarii merito ha-

(*rr*) Ita ipſe Fagius hanc vocem ſcripſit, cum forte alii *Æmuna* præferrent.

bendæ, & ita concinnatæ, ut pleriſque, qui in hoc ſcriptionis genere haud ſine laude occupati fuerunt, palmam feciſſe dubiam beatus Vir videatur. Aliud vero opus, cujus gratia eum heic loci nominamus, idem per multos annos molitus eſt, ac ſtupenda diligentia felicique dexteritate, ſi non omnino, maximam tamen partem perfecit, quo inſigniter gloriari potuiſſet Suevia noſtra, ni præmatura Viri fata editionem ſufflaminaſſent. Condidit enim is in minori forma ea, qua potuit fieri, ἀκριβείᾳ templum Hieroſolymitanum ad architectonices ac Judaicarum antiquitatum, quarum intima in adyta indefeſſo & multorum annorum ſtudio penetravit, leges, & luculento ſimul ſcripto inſtituti ſui rationes ita, omnibus ad id dotibus affatim inſtructus, exponere anniſus fuit, ut cunctorum, qui in eodem ſtadio (*s*) decurrerunt, eum conatus

(*s*) Inter præſtantiſſima hujusce generis ſcripta referendum omnino cenſet Vir Summe Venerandus atque Celeberrimus D. Eberh. Dav. Hauberus, de cujus amicitia nobis impenſe gratulamur, in Epitome Hiſtoriæ Mapparum Geographicarum pag. 156. B. Matthiæ Hafenrefferi, Theologi, dum viveret, ſummi, Templum Ezechielis, ab ipſo Joanne Keplero, at quam idoneo judice! maximi æſtimatum.

conatus feliciter ſuperaturum fuiſſe, harum rerum probe gnari judicaverint. Jam pridem eruditi obſervarunt, ad conſummatiſſimam templi hujus ſtructuram rite demonſtrandam ſolida & architectonices & Judaicarum antiquitatum, ex ipſis ſuis fontibus, Talmudicis præſertim ſcriptis, cognoſcendarum, peritia omnino opus eſſe. Ea autem præditum fuiſſe B. Spechtium, atque ita ad tantum opus juſte expediendum aptiſſimum, idonei judices (*t*) cenſuerunt. Morte igitur ejus orbis literatus haud exiguam plagam accepit; ſpes tamen ſupereſt, forte nos habituros eſſe ſaltim ſciagraphiam illius templi in ſplendido & exaſciatiſſimo Celeberrimi D. Jo. Jacobi Scheuchzeri, noſtri ſæculi Plinii, opere Biblico Phyſico, quod in Suevia noſtra nitidiſſime excuditur, cujusque nonnullæ jam partes, doctorum plauſibus dignæ, in publicum prodierunt.

§. IX.

Singularia etiam ſunt in Hebræas literas merita B. MATTHÆI HILLERI, Stutgardia-

(*t*) Vid. laudat. D. Hauber. l. c. p. 155.

gardia-Würtembergici, Viri, cum viveret, & ampliſſimorum munerum dignitate & exquiſitæ eruditionis gloria maxime ſpectabilis, quem GERMANIÆ BOCHARTUM haud ab re vocaveris. Geographiæ enim ſacræ ſcientiſſimum eum, omnibusque ad illam amplificandam ſubſidiis ornatiſſimum fuiſſe, ſatis ſuperque comprobant eruditionis edecumatæ diſſertationes, huc pertinentes, ac in Syntagmatibus ejus hermeneuticis, Tubingæ typis A. 1711. exſcriptis, obviæ, ulteriusque teſtaretur Commentarius in Hieronymum de locis Ebr. ſi ad umbilicum perductus fuiſſet. Ad illius præterea exemplum improbo labore & accurata induſtria concinnavit HIEROPHYTICON, ſive Commentarium in loca Scripturæ ſacræ, quæ Plantarum faciunt mentionem, in duas partes diſtinctum, quarum prior de arboribus, poſterior de herbis dicta complectitur, opus ſane ætatem laturum, e quo quæſtum multo uberrimum percipere poſſunt ſacræ philologiæ cultores. Quod pronunciandum etiam eſt de ejus ONOMASTICO SACRO, in duas itidem partes diviſo, quarum in priori nominum propriorum, quæ in ſacris literis leguntur, origo, analogia & ſenſus declaratur, in poſteriori juxta ordinem

dinem literarum digeſta nomina explicantur, & hinc, quibus rebus perſoniſque fuerint impoſita, ſignificatur: quod argumentum Vir doctiſſimus novo plane inſtituto primus ita tractavit, ut conſtitutis certis nominum claſſibus, ſingulisque eorum ad eas revocatis, ex certis artis principiis illorum rationem reddiderit, tam felici ſucceſſu, ut reliquis omnibus, in hac palæſtra verſatis, judice Celeb. Jo. Chriſtoph. Wolfio, Theologo pariter ac Philologo conſummatiſſimo (*u*), palmam præripuiſſe merito exiſtimetur. In primis autem magnam nomini illius gloriam conciliavit liber DE ARCANO KETHIB ET KERI, quam materiam ſingulari & inaudita antea ratione haud ſine ſagaciſſimi ingenii laude perſecutus eſt, ſententiam ejus utroque pollice approbantibus Viris quibusdam φιλολογωτάτοις, quos inter Wagenſeilius ὁ πάνυ ſibi firmiter perſuaſum eſſe profeſſus eſt, non ſine afflatu aliquo divino illam ipſi in mentem veniſſe; Jo. Henricus Heideggerus autem hoc judicium tulit: *Nulla tam*

ingrata

(*u*) In Biblioth. Hebr. Part. II. p. 568. conf. B. Buddei Iſagoge Hiſtorico-theolog. ad Theologiam univerſam Part. II. p. 1611. & 1681.

ingrata & immemor beneficii poſteritas erit, quin Hillerum, alterum velut Oedipum, ſublatarum tot difficultatum, integritatis Codicum originalium vindicata, & arcani conſpirantium in eundem ſenſum lectionum variantium reſerati laudibus ad tertium usque cœlum ſerat (x). Omnibus igitur votis optandum eſt, ut faventem Lucinam experiatur, facilique, qui ſumtus ei in lucem producendo ferat, bibliopola gaudeat, poſtremum beati Viri opus, omnium, cenſente dignisſimo ejus ac eruditisſimo Genero Salomone Pfiſtero (y), præſtantisſimum, quippe in quod tanti interpretis eruditio univerſa velut in centrum confluxiſſe videri posſit, THESAURUS videlicet LINGUÆ SANCTÆ HERMENEVUS, in quo perſpicua brevitate non ſolum Idiotismi ſive peculiaria ac ſingularia divini codicis loquendi genera, ſed & æquivalentia ſive Ἰσοδυναμα, locutiones ἐκ παραλληλα & cognatæ ſignificationis vocabula, verba item translata & figurata, ea quoque, quæ per ſimilitudines & parabolice & typice, quæ porro

(x) Vid. Cel. Wolff. l. c. p. 516.

(y) In egregia præfatione, Hierophytico præmiſſa, in qua beati Soceri vitam ac merita deſcripſit.

porro proverbialiter, denique ea, quæ ad actionem pertinent, & ex ritu veteri dicta ſunt &c. exponuntur: opus omnibus ſacri Codicis ſcrutatoribus perquam utile, imo fere neceſſarium. Tantus itaque Vir fecit, ne exteris gentibus ſummos Philologos invidere neceſſe habeat Germania. Illo, cujus nomen æternitatis albo inſcriptum, ceu eximio ornamento, jure ſuperbire poteſt Suevia noſtra. Et pauciſſimos ſane Orbis literatus oſtentandos habet, qui eum meritorum in Sionæas Muſas amplitudine ac pondere æquaverint, fortaſſisque neminem, qui ſuperaverit.

§. X.

Nunc ab Hebraicis literis ad Syriacas transgredior. Qui primus eas in Germaniam feliciter invexit, Suevus fuit, JOANNES nimirum ALBERTUS WIDMANSTADIUS, Juris-Conſultus, graviſſimis muneribus glorioſe perfunctus, ac tandem ſub Auguſtiſſimo Imperatore FERDINANDO Auſtriæ Orientalis Cancellarius, quem patriæ ſuæ, Sueviæ noſtræ, poſtliminio ceu inſigne decus vindicare mearum eſſe partium arbitror, cum illi, quantum in ipſis fuit, eripuerint tantum Virum Andreas Wen-

Wengerſcius (*z*), Georgius Matthias Koenigius (*a*), & hos minus fidos duces ſecutus Clar. Davides Czvittingerus (*b*), qui Hungaris eum, ſed manifeſto errore, annumerant. (*bb*) Haud enim obſcure illum Guilielmus Poſtellus (aliquandiu ipſo Vindobonæ familiariter uſus, Suevis accenſet in oratione oppido commemorabili de linguæ Ebraicæ & Arabicæ excellentia & penes Latinos neceſſario uſu, quam rariſſime antehac

(*z*) In Sclavonia Reformata.

(*a*) In Bibliotheca Vet. & Nova f. 868.

(*b*) In Specimine Hungariæ literatæ p. 404.

(*bb*) Hac occaſione non incongruum videtur, quædam memorabilia de Poſtello ipſis Widmanſtadii verbis ex ejus in Novum Teſt. Syriacum præfatione referre. „Inſperantibus nobis intervenit Guil. Po„ſtellus, vir ſupra ætatis noſtræ conſuetudinem, „ſupra etiam multorum captum mirabiliter eruditus, „qui parte Aſiæ meliore ſemel iterumque peragrata, „magnas & Syriacæ & Arabicæ linguæ opeis con„ſectatus, minime vulgare nobis attulit adjumen„tum: a quo multo majus habituri eramus, niſi per„verſi quidam homines, quibus turbare omnia libet, „confictis de periculo ſibi procreato rumoribus, eum, „ne hic diutius hæreret, deterruiſſent. Confirma„vit autem ſuſpicionem ei motam inopinatus even„tus. Nam cum Kal. Maji anni ſuperioris (1554.) „clam abiiſſet, ac pridie Non. Felix Neapolitanus Sa„cerdos Franciſcano inſtituto devotus, corpore, fi„gura, facie & ſtatura (ut nobis affirmant, qui eum hic

antehac obviam in Bibliotheca Bremenſi (c) pulcherrimarum rerum promtuario, Vir πολυμαθέςατος D. Theodorus Haſæus, jucundiſſimum eruditis nomen, luci reſtituit. Cum enim debitis ornaſſet præconiis propenſiſſimum FERDINANDI ad ſtudia Orientalium linguarum, Syriacæ præſertim & Arabicæ, in rei Chriſtianæ incrementum excitanda fovendaque animum, dixiſſetque, Deum illi ſuppeditaſſe inſtrumentum, tantæ rei ſub ipſo promovendæ aptum, ita pergit: *Ea itaque de re tunc omnino, incogitantem Joannem Albertum Widmeſtadium in illis linguis, & quam late pateant, inſtructiſſimum, ſed tunc, ut diximus, usque*

hic & Patavii in æde Antoniana ſæpe viderunt) ſimillimus Julium Brixienſem ejusdem Ordinis ſocium trucidaſſet, atque Senatus noſter parricidam e fuga retrahendum cenſuiſſet, datæque inquiſitoribus, in Pannoniam inferiorem, Marcomannos, Noricum Ripenſe, & ad ſinum usque Adriaticum celeriter dimiſſis, apertæ tabulæ fide publica conſignatæ fuiſſent, quarum argumento ſceleris authot inveſtigari poſſet: ſiniſtro caſu accidit, ut Poſtellus in Venetorum finibus, publicarum literarum veriſimili indicio Municipiorum decurionibus propoſito, in cuſtodiam traderetur: unde altero die, ſuperis ejus innocentiæ ſuffragantibus, elapſus fuit."

(c) Claſſ. VII. Faſcic. II. pag. 193. verba autem allegata p. 213. extant.

adeo incogitantem, ut niſi injuria bellorum in Germania civilium patria pulſus, atque cum uxore & liberis exilio ſuo locum in Auſtriaco Regno deligere coactus fuiſſet, apud ſuos Suevos, in quorum Republica cum dignitate fuit, delituiſſet, in hanc tantam molitionem divexare & quorſum vellet rapere voluit providentia. Per bellum illud civile intelligendum eſſe id, quod a Mauritio Saxoniæ Electore & Confœderatis adverſus Carolum V. non infeliciter geſtum fuit, ac laudabili Ferdinandi cura Paſſavii (*d*) A. 1552. compoſitum, ex ipſius Widmanſtadii luculenta optimæque frugis pleniſſima (*dd*) præfatione in Novum Teſtamentum Syriacum didici. Hoc vero bellum Pannoniam, utpote procul ab ea actum, minime adflixit; unde palam eſt, illam Widmanſtadii patriam, qua turbis iſtis inteſtinis eum pulſum fuiſſe

(*d*) Nemini ignota eſt celebris illa Tranſactio Paſſavienſis, *der Paſſauiſche Vertrag*, hinc nomen nacta.

(*dd*) In ea concinne præter alia Vir eruditiſſimus ſtudii linguarum Orientalium reſtaurati hiſtoriam enarrat. Verba ejus huc pertinentia digna non immerito cenſuit Aub. Miræus, quæ magnam partem in opere ſuo de Scriptor. Sæc. XVI. Cap. LXXI. f. 219. edit. Hamburg. repeteret.

fuiſſe memorat Poſtellus, haud eſſe, ſed Sueviam potius, quod & e ſequentibus verbis dilucidius patet.

§. XI.

Cum autem Sueviæ noſtræ maximopere interſit, ne tanto cive præter jus & fas orbetur, ipſius Widmanſtadii, teſtis omni exceptione majoris, hanc in rem verba, etſi prolixiora, e laudata præfatione huc transferre non piget: neque, ſcio, quenquam illa, utpote ad hiſtoriam ſimul primæ Novi Teſtamenti Syriaci editionis illuſtrandam facientia, legiſſe pœnitebit, cum ea præſertim pauciſſimorum in manibus verſetur, multis quippe illius exemplaribus nunquam ſatis prædicanda Ferdinandi munificentia in Syriam miſſis. Ita autem ibi Vir Summus: *Quum annis abhinc quatuor (e) magiſtratu, quem in Othonis, ampliſſimi Rom. Eccl. Senatoris, Auguſtanique Pontificis ditione gerebam, abire ultro conſtituiſſem, jamque in prædiis meis ad amœniſſimam Danubii ripam ſitis, omnia honeſti otii præſidia diſpoſuiſſem, ut tempus id omne, quod a clientelis*

(e) Scripſit autem eam præfationem A. 1555. V. Id. Junii.

ſane ſplendidis & amicorum neceſſitatibus vacuum haberem, præclari hujus operis meditationi transmitterem, exortum eſt civile bellum a Gallorum Rege in Germania commotum, quod in eo Suevia tractu primum exarſit, meque direptis bonis cum uxore puerpera, liberis parvis & familia omni, vagum & exulem in Noricos monteis ejecit, ibique & patrimonio exutum & de Rep. etiam Germaniæ, non tantum de privato meo otio deſperantem, graviter afflixit. Et ecce repente a Maj. T. (f) quo tempore incredibili ſapientia virtuteque tua prope divina peſtiferum illud, omnique odio imbutum bellum Patavia reſtinxiſti, ad ſenatoriæ dignitatis gradum in tua Regia tenendum evocatus, atque inde ad hunc magiſtratum, quo amplior togato homini in Auſtriæ Orient. Regno tuo mandari non poteſt, benigniſſime provectus fui: quibus divinæ voluntatis indiciis commotus de conatu & ſpe mea, quam, annorum longa ſerie jam commemorata de linguis hisce (g) ad Eccleſiæ Catholicæ commoda referendis aliquando conceperam, & ad extremum in T. M. patrocinio exituram animo providebam, depulſus non fui, ſed ea multo

(f) Ferdinandum alloquitur.
(g) Syrica ſcilicet & Arabica.

multo etiam magis, etſi tuta tranquillaque pax cum belli authoribus per M. T. confirmata reditum mihi in patriam polliceretur, incitatus a Georgio Giengero primum, deinde a Jacobo Jona præclara eruditione Juriscc. atque virtutis utriusque merito in arcani ſenatus conſilium a M. T. adſcriptis (quoniam ut una ambos interpellarem, non contigit) quid ſibi ea de re placeret, exquiſivi: quorum utrumque ut ſemper amiciſſimum habui, ita ex eorum benevolentia conjunctione videor mihi in hac cauſa commodum ingens collegiſſe. Uterque enim, rei magnitudine perſpecta, conſilio, opera & ſtudio præſto mihi fuerunt. Et cum jam in ea cura verſaremur, ex improviſo mihi a Conventu Principum, qui Helioprunæ agebantur, revertenti Moſes Meredinæus, ex Meſopotamia Catholicus ſacerdos, in Rhetia Ripenſi occurrit: qui, ut in Pontificio diplomate literisque amicorum ipſi ad me datis patet, ab Ignatio Patriarcha Antiocheno cum ob alias graviſſimas cauſas, tum ut Novi Teſtamenti volumen, prelo excuſorio multiplicatum, in Syriam reportaret, Romam miſſus orator fuit, quo Ignatius ipſe, tanquam paſtor prudens & attentus, ſacrorum librorum inopiam, ex qua Chriſtiani Syri, multorum annorum memoria, majorem in modum laboraſſent, Latinæ Ec-

tinæ Eccleſiæ *beneficentia ſuſtentare poſſet. Et cum nec Romæ, neque Venetiis, quamvis amplisſimorum hominum favore & gratia niteretur, quenquam reperiſſet, qui magnum hoc & difficile opus attentare vellet: tandem nonnullorum, qui eadem fere ſollicitudine urgeri me norant, conſilia ſequutus, in comitatu Raimaldi Poli, ſanctitate vitæ, Chriſtianaque doctrina præſtantisſimi Senatoris, qui tum in Britanniam Legatus proficiſcebatur, ad me contendit, atque in itinere, quod ipſe ex Italia in Sueviam (unde me armis civilibus pulſum fuiſſe adhuc ignorabat) ego ex Suevia in Pannoniam habebamus, ſive caſu id accidit, ſive divina aliqua commonſtratione, offendit. Eum igitur ceu divinitus mihi oblatum huc adduxi, remque omnem, ut inſtituta hactenus geſtaque fuit, M. T. ordine expoſui: unde pro illuſtri tua pietate & avita neceſſitudine, quam cum religionis Catholicæ rationibus conjunctam habes, perpetuoque tueris, benigne liberaliterque ſumptus Te facturum in magnificum hoc opus pollicitus fuiſti, mihique, ut diligentia noſtra emendatum ſplendidumque in lucem emitteretur, imperaſti: ut Aſiaticis Chriſtianis, qui vetere Syrorum lingua partim vulgo, partim in ſacris tantum utuntur, eorumque incredibilis multitudo, ut Syri*

ipſi

ipſi affirmant, ad finem usque Orbis illius diſperſa ob Evangelicorum librorum indigentiam, præter baptiſmum, vix ulla religionis veſtigia retinent, immortale hoc beneficium tribuere poſſes &c.

§. XII.

Sueviam ergo patriam agnovit ὁ πάνυ Widmanſtadius, quem diſtinctius adhuc (*b*) Nallinga-Ulmenſem in Syria Græca p. 10. vocat Celeb. *Hermannus von der Hardt*, qui ibidem etiam ejus inſignia, ligno inciſa, exhibet. Is (*i*) autem etſi ſingulari quodam naturæ impulſu ad literarum Orientalium ſtudia ferebatur, adoleſcentulus tamen adhuc ad ea ſtrenue proſequenda a Capnione, ſtimulos ipſi acriores admovente, magis incitatus per omnem vitam iis diligentiſſime incubuit, uſus præceptoribus dexterrimis, & in Academia quidem Tubingenſi Jacobo Jona (*k*), in exteris au-

 tem

(*b*) Nellinga legendum videtur, quod pagi Ulmenſis ditionis nomen eſt.

(*i*) Nemini ingrata fore ſperamus, quæ hac occaſione de vita Viri ſummi, minus, quam par eſt, cogniti memorabimus.

(*k*) Qui poſtmodum Ferdinandi Vice-Cancellarius, & arcanorum conſiliorum adminiſter fuit, quem com-

tem, quas peragravit, regionibus cum aliis (*), tum Jacobo Lopes Stunica, Hiſpanorum ejus ævi facile doctiſſimo, & Græcæ, Hebraicæ Arabicæque linguarum callentiſſimo, nec non Theſeo Ambroſio, Albone-ſii Regulo, Juriſconſulto, & primo Syriaſmi in Italia, imo omni Europa, reſtauratore. Quomodo ad hunc bonis avibus delatus, ab eoque exceptus atque inſtitutus fuerit, ipſe Widmanſtadius loco citato his verbis commemorat: *Cum ego Chriſtianæ ſalutis anno MDXXIX. in Divi Caroli Cæſaris Invictiſſimi, ſacri diadematis cauſa Bononiam proficiſcentis comitatu eſſem, & mihi contubernalibusque meis Regii Lepidi a metatoribus hoſpitium juxta cœnobium, ubi Theſeus jam ſenex vitam agebat, forte attributum fuiſſet, poſtridie ejus diei templum ingreſſus venerandum ſenem caſu obvium ſalutavi. Qui, ut me de cœnobii bibliotheca rariſque in ea libris ſciſcitari intellexit, e veſtigio in com-*

communem Germaniæ in lingua Hebræa & Græca præceptorem in laudata præfatione appellat Widmanſtadius.

(*) Taurini v. g. Mar. Datylum Hebræum, Jo. Pici Mirandul. præceptorem, arcanos de divino auditu libros in ſumma ſenectute ſubtiliſſime interpretantem ſe audiviſſe teſtatur l. c. Widmanſtadius.

conclave introduxit, & arreptis e pluteo ſacroſanctis Evangeliis Syriace ſcriptis, Hoſpes, inquit ingemiſcens, peregrinis his ſtudiis deditus ſum annis circiter XV. eaque ſine rivali ad hanc diem amavi. Utinam obveniat mihi aliquando prompto paratoque ingenio vir, qui ſermonem hunc, Jeſu Chriſti ſanctiſſimis labris conſecratum, poſteris tanquam per manus tradendum, (nam ætas mihi prope jam exacta eſt,) a me accipere velit. Cui ego, Pater, inquam, ſi paucarum horarum operæ parcere nolueris, auditorem me habebis in hac expeditione expeditiſſimum. Quo audito Theſeus omnes in ea lingua theſauros, multo ſudore ſibi comparatos, protulit, manuque ſua, quantum anguſtia temporis ingeniique mei vires tum ferebant, ex commentariis ſuis deſcripſit, & mihi ea obteſtatione ſuppeditavit, ut, quo me beneficio tum complecteretur, id olim apud Eccleſiam Jeſu Chriſti collocarem. Sed & audire de ulterioribus ſuis in hoc ſtudio progreſſibus exponentem Widmanſtadium juvat: *Quarto poſt anno in Bibliotheca Lactantii Ptolemei* (**) *reperi quatuor Evangeliorum*

(**) Non hunc ſolum, ſed & ejus filios Joannem Lælium ac Æmylium ſacrarum linguarum omnium peritia inſignes extitiſſe, Noſter memorat.

liorum libros, una cum Ephremi & Jacobi Syrorum opuſculis nonnullis, quæ ipſe mox transſcripſi, atque cum Theſei munere ſplendidiſſimo conſervavi: usque dum Simeonis, Syrorum, qui juga Libani incolunt, Epiſcopi Catholici & doctiſſimi viri inſtitutione profeci adeo, ut ſentirem, Theſei deſiderium, quod e Chriſti lingua in Latinam Eccleſiam introducenda capiebat, leniri jam aliquantum poſſe.

§. XIII.

Ita inſtitutus, primus Syriacas Muſas in Germaniam perduxit, quas humaniſſime præſertim & obviis veluti ulnis excepit, ac indulgentiſſime fovit Mæcenatum ejus ætatis maximus, FERDINANDUS glorioſiſſimæ memoriæ Imperator, cujus ſub auſpiciis (*l*) prima omnium, eaque nitidiſſima, Novi Teſtamenti Syriaci editio Viennæ A. MDLV. in quarti ordinis forma curata eſt vigi-

(*l*) Miror, hujus rei, qua orbem Chriſtianum ſibi devinctiſſimum reddidit Ferdinandus, ejus panegyriſtas, quorum orationes Simon Schardius cum aliis hujusmodi orationibus funebribus Francof. A. 1566. & ſq. vulgavit, nullam prorſus mentionem feciſſe.

vigiliis (*ll*) Widmanſtadii noſtri, Moſe Meredinæo, Sacerdote Syro, multam operam & ſtudium navante. Characteres Syros ex Norici ferri acie ſculpſit Caſpar Craphtus, Elvangenſis Suevus; opus autem ære perennius excudit Michaël Zymmermannus. Hujus editionis hiſtoriam accurate, judice Jacobo le Long (*m*), compoſuit Andreas Mullerus Greiffenhagius in pereruditа diſſertatione de Syriacis librorum ſacrorum verſionibus, deque Viennenſi Antiocheni textus N. T. editione, quæ cum Moſis Mardeni & A. Maſii Epiſtolis Syriacis &c. A. 1673. Berolini prodiit (*n*). Quale autem præmium, hoc labore feliciter perſunctus, Widmanſtadius optimus ab Auguſtiſſimo Mæcenate deſideraverit, ex ipſis ejus verbis cognoſcere nemini, ſpero, tædio erit: *Ad me hoſceque meos labores inter publicas ſollicitudines juſſu Tuo ſuſceptos quod attinet, Majeſtatem Tuam ſupplex imploro,*

(*ll*) Huic labori nocturnas ſe horas prope innumeras, diurnis quippe publico muneri deſtinatis, impendiſſe ipſe Vir optimus teſtatur.

(*m*) In Biblioth. S. Tomo I. f. 104. edit. Pariſ. recentiſſimæ.

(*n*) Hunc librum, etſi nulli operæ pepercerim, hactenus nanciſci haud potui.

ploro, ut mihi, ſi ullum pro iis premium retribuendum cenſes, hoc magiſtratu cum bona tua voluntate & gratia abire, atque ab ejuscemodi curis Reip. perpetuis vacare concedas. Nam hoc tempore aliud nihil meditor, quam ut publicorum munerum invidiam atque offenſiones, quas absque vulnere æquitatis vitare difficile eſt, tandem aliquando effugere, ac reliquum vitæ meæ tempus inchoatis a me quondam Chriſtianæ Reip. cauſa doctrinæ ſtudiis transmittere queam. Jam enim cum ſupra annos XXII. in fluctuum Reip. motu & agitatione cum dignitate vixerim, ultraque mediam ætatem provectus ſim, deſiderio portus, in quem honeſti otii præſidia ſubducam, me teneri, aut quietis & tranquillitatis beneficium a M. T. exſpectare, nemo ſapiens mirabitur, nemo frugi & modeſtus reprehendet, nemoque niſi æſtimator improbus inertiam turpem poterit interpretari. Quodſi, uti ſpero, & otium illud beatum & reditum in patriam impetravero, M. T. non ſolum otii fructus, ſed & uxoris & liberorum, quos mihi Pannonicum hoc cœlum (o) *adverſa adhuc valetudine adflictos ex pluribus heic amiſſis reliquos*

(o) Hinc rurſus apparet, Pannoniam non fuiſſe ipſius patriam.

reliquos fecit, incolumitatem debere me perpetuo profitebor. Tanti ſcilicet Viro præſtantiſſimo erat honeſtum otium literarium, quo unice ad rei ſacræ pomœria provehenda & linguarum ſtudium propagandum uti geſtiebat, ut illud multis paraſangis præferret ſplendidiſſimis dignitatibus, quas alii avidiſſime prenſare ſolent. Reſtant vero & alia de ipſo memoranda. Primus etiam Germanorum Syriacæ linguæ elementa eodem anno Viennæ publici juris fecit, daturus porro illius idiomatis Lexicon, quod literis jam maximam partem conſignaverat, ni fata obſtitiſſent. Videtur enim non ita multo poſt Vir, immortalitate digniſſimus, mortalium cœtui ereptus eſſe. Ejus certe Bibliothecam ſub anni MDLIX. exordium alii jam domino, nempe Georgio Sigismundo Seldio, Conſiliario Cæſ. intimæ admiſſionis, adſcriptam fuiſſe, (*oo*) e Joachimi Camerarii Epiſtolis p. 113. ſqq. comperi, quod poſt ſuprema prioris poſſeſſoris fata demum contigiſſe veriſimile eſt.

§. XIV.

(*oo*) Poſthac vero omnes Widmanſtadii libros Sereniſſimum Bavariæ Ducem ſibi redemiſſe, memorat Andreas Maſius in præfatione Grammaticæ ſuæ Syriacæ, quæ in ſeptimo Bibliorum polyglottorum Antverpienſium Tomo extat.

§. XIV.

Præmaturam mortem prohibuiſſe pariter conjicio, quo minus noſter tam præclare etiam de Arabica lingua, ac de Syriaca, mereretur. Illius enim æque gnarus erat, tantaque, cum adhuc in viridi ætatis flore conſtitutus eſſet, ejus cognoſcendæ cupiditate flagrabat, ut propterea in ipſam Africam, quod ſemel jam infeliciter tentaverat, Leonis Eliberitani, (†) hujus ſermonis callentiſſimi, audiendi cauſa navigare decreverit.

(†) Digna, quæ huc transferamus, videntur, de Leone hoc, Africani nomine alias cognito, a Widmanſtadio in laudata ſæpius præfatione his verbis relata: „Cum ſuperioribus ſeculis Arabum literæ poſt „Græcarum diſciplinarum interitum propter Philo„ſophiæ, Medicinæ, Aſtrologiæ, Chymiſticæ aut „Magicæ artis doctrinam tantum a noſtris, iisque „pauciſſimis expetitæ fuiſſent, Leonis (X.) Pon„tificatu iis literis rudimenta ejusmodi Romæ po„ſita fuerunt, ut in earum incunabulis Chriſtianæ „religioni opem & auxilium polliceri viderentur. „Accidit enim, ut Joh. Leo Eliberitanus, (qui, „Mauris a Rege Catholico pulſis, fortunam gentis „ſuæ ſecutus in Aphricam transmiſit) Pheſſæ in lite„rarum & artium Arabicarum ſtudiis operæ mul„tum poneret, atque Aphrica Aſiaque annis aliquot „peragrata, in Mauritaniam ad ſuos rediturus, pro„pe Lotophagiten inſulam a claſſe noſtra cum cæteris

creverit. Sed in medio itinere Romæ detentus eſt ab Ægidio Viterbienſi Cardin. Arabice doctiſſimo, cujus in ædibus multum profecit, præſertim cum illi poſt ejus obitum, Hieronymo Seripando itidem Cardin. curante, omnem illius bibliothecam & maxime ſecretos commentarios manu ipſius notisque perplexis de rebus variis ſcriptos evolvere concederetur. Eam autem Arabici idiomatis peritiam ipſi in oratione ſupra allegata pag. 215. Poſtellus, idoneus harum rerum æſtimator, adſcribit, ut illius profeſſorem & interpretem præſtare po-

teris vectoribus caperetur, & propter ingenii amœ-„ nitatem eruditionemque variam Leoni X. tanquam „ ex manubiis votiva donatio Romam miſſus, ſacro „ fonte tingeretur, Pontificique admodum charus „ eſſet; qua occaſione Ægidium Viterbienſem Se-„ natorem doctiſſ. Arabicæ linguæ præceptis ad hoc „ diligenter compoſitis inſtituit: quo etiam tempo-„ re eundem & Juſtinianus Nebienſis Antiſtes, con-„ ciſis quibusdam & exilibus, ut mihi viſæ ſunt, nor-„ mis e Corſica miſſis, veluti trajectitio docendi mu-„ nere functus, ad percipiendam eam linguam infor-„ mabat. Et cum ea tempeſtate præclara ingenia „ prophanis tantum literis delectarentur, factum eſt, „ ut Ægidius, poſtquam & Juſtinianus ex hac vita, & „ Leo Eliberitanus, Catholica fide cum Punica com-„ mutata, Tunnetem migraſſet, Arabicarum literarum „ dignitatem inter Chriſtianos prope ſolus tueretur &c.

potuiſſet. Idem etiam refert, Virum laudatiſſimum, poſtquam Ferdinandus eum Cancellarii honore donaviſſet, optaſſe, ut vel nocturnis horis, cum interdiu per publicas curas non liceret, aliquot diſcipulos, potiſſimum in lingua Arabica, inſtituere poſſet, donec alius, huic rei par, adeſſet. Animo etenim agitabat conſilia, librorum quorundam, Arabice ſcriptorum, editione rem Chriſtianam inter diſſitas etiam gentes pro virili juvandi. Adornavit etiam Alcorani Latinam verſionem, pollicitusque eſt Joanni Ottoni, Bibliopolæ Noribergenſi, ſe illam ei propediem ad edendum miſſurum. Sic ipſe, memorante B. Wagenſeilio in addendis ad præfationem Telis igneis Satanæ præmiſſam, teſtatur in literis, præfixis Alcorani Epitome, quam ab Hermanno Nellingaunenſe ex Arabico Latinam factam, Byzantioque acceptam A. 1543. publicavit, ac Ludovico Palatino inſcripſit. Fuit ergo Widmanſtadius ſi non primus Germanorum, qui Arabicæ linguæ ſtudium excitavit, dignus tamen, qui inter primos (*p*) illius ſtatores honorabilem locum obtineat.

§. XV.

(*p*) Celeberr. Reimmannus in Hiſtor. liter. German. Vol. III. p. 342. Franciſcum Raphelengium primum

§. XV.

Talis autem tantusque cum eſſet Noſter, mirum haud eſt, eum non potuiſſe effugere invidiam, virtutis comitem. Summa enim plerumque petit livor. Factum hinc eſt, ut inimici, a nefario dæmone, egregia Viri molimina regno ſuo funeſta ſufflaminaturo, excitati, plus ſimplici vice diſpoſitis ſicariis capiti ejus inſidias tenderent (*pp*), quas tamen, provido Numine ſic dirigente, felici-

primum inter Germanos Lexicon Arabicum concinnaſſe refert. Sed ad manus mihi eſt hujus linguæ Dictionarium, quod Sebaſtianus Zolcher Nerobergenſis conſcripſit, antequam Raphelengius eam in ſe operam ſuſciperet. Adjecit nempe is magno ſtudio marginibus Dictionarii Chaldaici Sebaſtiani Munſteri Arabicas voces phraſesque, Latina verſione & auctoritatibus ſuis inſtructas. In principio libri hæc leguntur; *Baſtiani Zolcher Alemanni*, 1552. *augmentatum per eundem cum verbis Arabicis*: in calce autem: *Baſt. Zolcher Nerobergenſ.* 1560. *addidit dictiones Arabicas, ut innoteſcat lingua Arabica omnibus nationibus terræ.* Meminit is alicubi, ſe An. 1540. Damaſci verſatum fuiſſe. Cum vero hoc dictionarium in publicam lucem haud exierit, non immerito Ven. Reimmannus eum Raphelengio honorem tribuit, quod primus Germanorum φιλογλώττης Arabico Lexico, typis nempe excuſo, inſtruxerit.

(*pp*) Id ipſe teſtatur Widmanſtadius. Poſtquam enim commemoraſſet, ingenti ſe Syriaci Arabicique ſermo-

feliciter ſuperavit, nec a conatibus laude digniſſimis absterreri ſe paſſus eſt. Famam quoque illius quidam calumniarum caupo impudentiſſimo ore conſpurcare, criminumque teterrimorum reum peragere eum, ſed incaſſum, laboravit. Verſatur in manibus meis ſpurciſſimi blateratoris

ſermonis in Chriſtianas tandem aliquando ſcholas producendi deſiderio annis jam duobus & viginti vehementer laboraviſſe, eique ut ſatisfaceret, apud Clementem VII. Pont. Max. Nicolai Schonbergii Capuani Antiſtitis doctiſſimi & ſapientiſſimi Viri auctoritate, quæ ſumma in eo erat, accedente, conatu magno egiſſe, qui niſi morte Pontificis immatura interruptus fuiſſet, abſoluta jam fore omnia, ita pergit: „Anno deinceps a Clementis obitu decimo „Marcellus Cervinus, qui nuper in ſummo pontificatu, necdum menſtruo, tamen veteris ſanctitatis „exemplum illuſtre reliquit, Petrum Ghalinum Damaſcenum Diaconum abs ſe, ut mihi in excolendis Arabicis ſtudiis tanquam Chriſtianæ Reip. frugiferis adjutor eſſet, in Germaniam dimiſit. Verum „eo quoq; tempore dæmon nepharius ſacratum quendam hominem (qui ante annos quatuor confeſſione ſua in carcere ab eo extorta ſe, diſpoſito in Hetruria ſicario, capiti meo inſidias feciſſe patefecerat) inſtauratis de integro viribus, adjunctisque illi duobus gladiatoribus in me ita concitavit, ut tum „prorſus appareret, eum non tam ſacerdotis illius „miſerabilis cauſam agere, quam regnum ſuum a „periculo, quod ſibi linguæ hujus pio ſtudio conflari ſciebat, prohibere videretur: eorum enim „machi-

ris invectiva in integerrimum virum oratio (*q*), nefandis convitiis & atrociſſimis criminationibus turgida, quam forte aliquando, cum ipſa raritate rarior hodie ſit, in Amoenitatibus literariis omnium oculis exponemus, ut luculento exemplo pateat, quantum audere haud erubeſcat invidia, furiarum peſtilentiſſima.

§. XVI.

Deſtinato conſilio in memoria Widmanſtadii ejusque meritorum, quæ nunquam ſatis prædicari queunt, renovanda paulo diffuſior fui, nullus dubitans, facilem ejus rei veniam ab æquis lectoribus me impetraturum eſſe, cum præſertim pauciora (*r*), quam

machinatione effectum fuit, ut neque ego Damaſceno juſtam operam dare poſſem, neque ipſe mihi, „ eo, quod alter gladiatorum voluntatem ejus a me „ abalienaſſet, debitam præbere vellet. „

(*q*) En tibi ejus titulum: *Angeli Sealteli ad Romanos Judices pro Ambroſio de Gumppenberg contra Joannem Albertum Widmeſtadium orationum Actio prima.* A. 1544. in 4. Videtur ea in Italia typis exſcripta eſſe.

(*r*) Pauciſſima ſane ſunt, quæ de eo habentur in Kœnigii Bibliotheca, Czvittingeri Specim. Hungar. liter. Auberti Miræi Scriptor. Sæc. XVI. f. 164. & 219. edit. Hamb. Lexico Univ. Baſil. T. I. f. 79. ſub voce

quam par erat, de maximo Viro alii prodiderint. Nunc in reliquis pertexendis, ne libellus hic in libri molem excreſcat, brevior ero. Quandoquidem vero de Arabica lingua ſermonem facere cœpi, laudanda jam mihi venit triga Suevorum, qui egregiis Widmanſtadii veſtigiis inſiſtentes, in ea excolenda ſumma cum nominis gloria deſudarunt.

§. XVII.

voce *Alberti* : appellatur enim ibi Joannes Alberti, natusque Widmanſtadii, (quem locum in omnibus Geographiis, quas nanciſci quidem potui, adhuc fruſtra quæſivi) dicitur, cognomine viri, uti videtur, in ſoli natalis nomen mutato, quod primus, ni fallor, fecit Aubertus Miræus. Irrepſit hic error quoque in Lexicon Eruditorum Germanicum, in quo p. 80. de noſtro ſub voce *Alberti* paucis agitur, de quo deinceps iterum p. 1531. edit. II. breviter ſub voce *Widmanſtadii* diſſeritur, ut adeo hic ex uno homine duo fabricati fuerint. Henricus Pantaleon in Proſopogr. Vir. Illuſtr. Germ. Part. III. f. 272. elogium exhibet Lucretii Widmanſtadii, qui forte unus idemque eſt cum noſtro: is namque in modo memorata oratione invectiva, quæ plurimis falſis vera etiam quædam admixta habet, Lucretii nomine, cum in Italia diverſaretur, uſus fuiſſe traditur. Quodſi ergo iſthoc nomine & Pantaleon noſtrum heroëm indigitavit, pauciora profecto, quam decebat, nec mendis plane deſtituta de tanto viro dixiſſe cenſendus eſt; Utinam fata nobis non invidiſſent de vita Widmanſtadii commentarios, quorum ſpem in præfatione elementorum Linguæ Syriacæ factam eſſe, refert R. M. Meelführerus in Acceſſionibus ad Almeloveenium, p. 154.

§. XVII.

rimus eſt Vir in omni eruditione Ori-
ıli princeps, WILHELMUS SCHI-
RDUS, Herrenberga-Wirtenbergicus,
rientalium linguarum necnon Matheſeos
Academia Tubingenſi olim Profeſſor.
nmemorandus is jure jam nobis ſupe-
fuiſſet inter eos, quorum eximia plane
ingularia ſunt in Hebræas literas meri-
*); ſed, cum pauciſſimos ſuo ævo in
Q 3 Arabici

*) Ne quid enim dicam de ejus Inſtitutionibus
uæ Hebrææ, per longum temporis ſpatium in
ltis Germaniæ Academiis & Gymnaſiis magno
a fructu uſurpatis: luculenter demonſtrare poſ-
t, quantum his in literis valuerit Schikardus, non-
la ejus opera, cedro digna, v. g. JUS REGIUM
:BRÆORUM e tenebris Rabbinicis erutum & luci
natum, quod denuo cum ſuis obſervationibus re-
dendum magnus Philologus pariter ac Theologus
ıondam Lipſienſis D. Jo. Bened. Carpzovius cura-
:: BECHINAT HAPPERUSCHIM, h. e. Examinis
mmentationum Rabbinicarum in Moſen Prodro-
ıs vel Sectio prima, complectens generalem pro-
eoriam de Textu Hebraico, Targum Chaldaico,
erſione Græca, Masóreth, Kábbalah, & Peruſchim.
tinam autem præpropera Viri Summi fata nobis
ıud invidiſſent ipſum illud opus, cui hic prodro-
ıus præmiſſus fuit. Conſummata enim omnia ab
o exſpectari poterant; & haberemus, niſi inopinata
ıors impediviſſet, exquiſitum ejus examen inter-
pretatio-

Arabici præcipue ſermonis peritia ſibi pares habuerit, nunc demum honorificam ejus mentionem inſtituere libuit. Tam feliciter autem in ipſos intimos illius linguæ receſſus, & quod admirandum oppido eſt, absque ductore ſua potiſſimum opera ac induſtria penetraverat, ut tota vita aliud nil egiſſe, nil didiciſſe, judice viro quodam pereruditio, videri poſſet. Quam ipſi cognitus fuerit ſacer Muhammedanorum codex, Alcoranus, teſtatur PARADISUS SARACENO-JUDAICA e genuinis auctoribus ſuis, Alcorano & Talmude breviter ab eo deſcripta (**). Quam verſatus item in aliis hujus idiomatis ſcriptoribus fuerit, evincit vel ſolus liber, Tubingæ A. 1628. in 4. divulgatus, cujus integrum heic titulum, cum rarior hodie ſit, adſcribam:

pretationum Hebraicarum in Geneſin, quas vel antiquiſſimi paraphraſtæ Chaldæi, vel Critici Bibliorum Maſorethæ, vel Cabbaliſtæ, vel Talmudiſtæ, vel Rabbini, vel noſtrates quoque Judæi ſuper ſacrum contextum afferunt. Taceo ejus libellum de feſto Purim, in Criticis ſacris Anglicanis luci redonatum, & Triumphatorem vapulantem, ſive refutationem blaſphemi & maledicentiſſimi cujusdam libri Hebraici, cujus prima duntaxat ſectio Tubingæ A. 1623. in 4. prodiit &c.

(**) Et excuſa Tubingæ A. 1625. in 4.

bam: TARICH, h. e. Series Regum Perſiæ, ab Ardſchir-Babekan usque ad Jazdigerdem a Chaliphis expulſum, per annos fere 400. cum procemio longiori, in quo vetuſti quidam Aſiæ magnates, maxime Reges Adarbigan, item genealogia Chriſti Salvatoris, quantum de illa tenent Saraceni. Omnia ex fide Manuſcripti Voluminis (***) authentici apud Muſulmannos, quod a Turcis ex Archivo Filiekenſi reportavit, & primus in Germaniam invexit VitusMarchtaler Ulmanus. Veſtita tamen liberiori commentario, ex aliis Arabum & Hebræorum libris, aliquibus vel non editis hactenus, vel nunquam viſis Latine. Opuſculum recens, varium & paradoxum: ſpecimen ſecuturi majoris, ſerviturum hiſtoricis, philologis, geographis, & quibuslibet curioſis. Reliquit etiam Abulfedæ

(***) Volumen hoc genealogicum Turcico-Arabicum extat jam in Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi, cui illud aliquando ſe conſecraturum in dedicatione ad glorioſiſſimæ memoriæ Imperatorem Ferdinandum II. ſpoponderat Marchtalerus, prædam hanc feliciter in expugnatione arcis Villekenſis a Turcis nactus. vid. Summe Rev. Reimmanni Bibliothecam Acroamaticam ſive Recenſionem ſpecialem Codicum MSCtorum Biblioth. Cæſar. Vindobon. p. 795.

Principis Hamatæ eximium ac deſideratiſſimum opus geographicum, Arabice ab ipſo concinnatum, cum verſione ſua Latina (****). Præterea inter primos in Germania, qui Perſicæ linguæ gnari fuerunt, referendus eſt omnigenæ doctrinæ Vir, quem peſtifera lue in medio vitæ curſu extinctum Hugo ille Grotius, nominis omen habens, illuſtri hoc epitaphio decoravit (*****):

Qui ſtadium ſolis, penitusque latentia cælo
Sidera, qui voces norat, Hebræe, tuas:

Optimus

(****) Vid. Celeb. D. Struvii Acta literaria e MStis eruta, Faſc. VI. p. 31. ſqq. ſcripſit quoque Grammaticam Arabicam, quæ omnibus editis melior ac abſolutior ſperabatur, ſed deperditis operibus jam accenſenda venit, licet Peireſcius, optimus ille bonorum ingeniorum quondam æſtimator, audita noſtri morte, omnem diligentiam, teſte Gaſſendo in ejus vita pag. m. 328. adhibuerit, ut inedita ejus ſcripta, de quorum præſtantia convictus erat, ſervarentur, lucemque adſpicerent.

(*****) Vid. Spizelii Templum honoris pag. 335. ſqq. & Wittenii Memor. Philoſoph. Dec. 3. p. 367. ſqq.

Optimus interpres, quam Boſphorus alluit, aulæ:
Cui melius multo, quam ſibi, notus Arabs:
Peſtifero rapitur SCHIKARDUS ſidere: docti
Flent ſimul, atque artes diſcere quisquis amat.
Vix poterunt ſeri talem ſperare nepotes,
Ut nunc a morbis ſæcula longa vacent.

§. XVIII.

Alter eſt GEORGIUS HIERONYMUS WELSCHIUS, Auguſtanus, Vir, ſi quisquam alius, Polyhiſtoris ſummi elogio vere dignus, & uti plerarumque linguarum tam occidentalium quam orientalium gnarus, ita cumprimis in Arabica ad ſtuporem & miraculum usque verſatus. Teſtantur id quodammodo ſcripta in lucem emiſſa, ac præcipue Exercitatio de Vena Medinenſi; at multo tamen dilucidius teſtarentur alia opera, quæ partim perfecta, partim affecta reliquit, quorumque editionem mors ejus orbi erudito funeſtiſſima intercepit. Catalogum eorum cum ipſe vivus, tum poſt

 beatum

beatum illius obitum ex ſorore nepos D. Lucas Schrœckius, ſub hujus anni initium non ſine magno Reip. liter. luctu cœlo receptus (*s*), vulgavit, qui Welſchium ſcientiæ omnis & quarumvis literarum antiſtitem fuiſſe comprobat. Nec jactantius tot bonæ frugis libros ab eo promiſſos eſſe exiſtimandum eſt. Haud pauci enim, iique præſtantiſſimi, ad umbilicum fere jam perducti erant, & reliquos, niſi fata ſuprema ejus turbaſſent circulos, Vir otio literario abundans, ſolitudinis ſectator, & in continuo propemodum ſeceſſu vivens, tantis præterea dotibus ornatus, facile ſenſim perficere potuiſſet. Talis enim fuit Welſchius, qualem vix ſingula ſæcula pariunt. Magnis igitur laudibus eum certatim cumularunt Viri eruditiſſimi, e quibus ſolum producam Morhofium, at quantum Virum! ita de eo judicantem (*t*): *Mihi ingenium bujus Viri admirabile ſemper viſum eſt. Quas enim ille non diſciplinas, linguas, etiam Orientales, conatibus pene Herculeis exhauſit? quod in illo judicium? quam ſanum & ele-*

(*s*) In Memoria Welſchiana Cap. IX. p. 55. ſqq.
(*t*) In Polyhiſt. Literar. Tom. I. Lib. I. Cap. VI. p. 55. conf. Cap. XXI. p. 267.

& elegans? quantus humanioris literaturæ apparatus? Ego certe quoties triſtes illas e naufragio tabulas, affectorum operum Indicem, perſpicio, toties ſane hanc eruditi orbis jacturam deploro, & nunc publice omnes, qui hujus viri ſupellectilem literariam poſſident, obteſtor, ne quicquam illarum chartarum perire ſinant, typographos vero, ut tineis & blattis, quicquid earum ſupereſt, eripiant, neque publico invideant.

§. XIX.

Adeo autem familiaris ipſi fuit lingua Arabica, ut paucos Chriſtianorum a renatis literis ad noſtra usque tempora in hoc comparandos cum eo eſſe autumem. Nec enim tantum libros eo ſermone exaratos, quos diurna nocturnaque verſavit manu, expedite legere atque intelligere, ſed ipſe etiam varia opera ex aliis linguis in eam transferre, ac ſui animi ſenſa in eadem eleganter exprimere valuit, quod ſane rariſſimum eſt in homine, nunquam inter Arabes ipſos commorato. Nitidiſſime præterea pingere ejus idiomatis literas ſolebat, ut non ſine admiratione & inſigni oculorum oblectamento ſcripta ab eo, καλλι-

γραφων

γραφίαν & enuntiationem Arabicam per Petrum Ebn Diabi Halebenſem (*u*) edocto, perluſtrari poſſint. Cum animadverteret (*x*), tot alia ubique viris doctis excogitantibus, molientibus, & partim ipſo opere perficientibus, nemini uni tamen in mentem veniſſe, tale quid in linguis Orientalibus conari, quæ olim eruditi quidam Viri in Græcis magno Reip. literariæ commodo, incremento & applauſu tentarunt; animo ſecum conſtituit, integros quosdam libros Arabico ſermone conſcribere, atque ita Europææ eruditionis ſpecimina in Aſiam & Africam transmittere, ut Orientalibus cultioribus & doctioribus facilius innoteſceret, quanti & nos illorum doctrinas & politiores diſciplinas æſtimemus, & quanti etiam noſtras ſcientias recenter inventas ipſisque ignotas ab illis æſtimandas optemus, quarum maximam partem ſuis fortaſſe minores putant, aut veteribus tantum inhiantes etiam contemnunt. Primum laudabilis ejus inſtituti ſpecimen eſſe voluit

(*u*) Vid. B. Schrœck. l. c. Cap. VI. p. 33.

(*x*) Vid. ipſius Welſchii Epiſtolam ad Fridericum, Sereniſſimum Wirtemb. Ducem exaratam, quæ cum aliis ejus adjecta eſt editioni Auguſtanæ Epiſtolarum Gerh. Jo. Voſſii, f. 24.

librum, quem hoc titulo inſignivit: ΓΙΟSÆ MEMORIÆ DELICIÆ. In c opere, quod poſt extrema ejus fata agni Philologi Matthiæ Frid. Beckii (y) othecam tranſiit, Arabice, adjecta ta- verſione Latina, deſcripſit labores , & medica, politica ac artificioſa plu- , quorum uſus eſſe poteſt non tantum ledicinam, ſed etiam ad honeſtam vo- item & remp. atque familiarem exau- lam. Si itaque Vir per omnia ſum- hodienum ſuperſtes foret, haberet ſtianus & Europæus orbis, cujus ſcripta ıtare Turcis poſſet, qui jam & ipſi li- :um ſtudia ſtrenue urgent, doctrinæque monumenta e typographia Conſtanti- oli his annis erecta, cujus nuper egre- quædam ſpecimina, haud ſine voluptate templari mihi licuit, publici juris fa- ıt.

§. XX.

ungendus eſt Welſchio magnus ejus erator MATTHIAS FRIDERICUS CKIUS, dignus tanto viro comes, Kauf- byræ

y) Vid. Meelführeri Acceſſiones ad Almeloveg- Biblioth. promiſſam & latentem. p. 7.

byræ natus, Auguſtanæ, dum vitali aura frueretur, Eccleſiæ Miniſter, innumeris in rem literariam meritis inclutus. Huic uti omnis fere literatura Orientalis (*z*) multum debet, ita etiam Arabica. Pauca equidem publice proſtant, quibus eam illuſtravit, illius monumenta, ſed egregia, ſatisque teſtantia, quantum iis in literis valuerit. Præcipue omnium calculos meruit Ephemeridibus Perſarum per totum annum juxta Epochas celebriores Orientis, Alexandream, Chriſti, Diocletiani, Hegiræ, Jesdegirdicam & Gelalæam, e libello Arabice, Perſice atque Turcice MSto cum Latina verſione & quinque commentariorum libris Auguſtæ Vindel. An. 1696. in fol. publicatis, quibus magnam a Philologis, Chronologis & Aſtronomis iniit gratiam Vir longiori vita dignus, &, judice

C. S.

(*z*) Superius jam, cum de eximiis Suevorum in linguam Hebræam & Chaldæam meritis diſſereremus, prædicandus nobis fuiſſet Beckius, niſi brevitati ſtudendum eſſet. Optime enim vel ſola paraphraſeos Chaldaicæ in duos Paralipomen. libros, quam primus cum verſione ſua & notis vulgavit, editione de his literis meruit. De aliis operibus philologicis, ab eo confectis, ſed luci non expoſitis, vid. Meelführer. l. c. p. 5. ſqq.

. S. Schurzfleiſchio (*a*), at quo Viro ! ad
rnandas Orientis literas natus, qui quan-
um induſtria poſſet, tantum ingenio ex-
eriri voluit, nulla difficultate aut mole-
ia retardatus. Idem etiam dignum illum
enſuit, quem honorifico optimi Germa-
iæ Arabis (*b*) elogio adficeret.

§. XXI.

Sed & Turcarum lingua primum ſuum
n Germania ſtatorem atque vindicem
gnoſcit Suevum, HIERONYMUM vide-
cet MEGISERUM, Stutgardia Würtem-
ergicum (*c*), qui ejus & Grammaticam
t breve Lexicon concinnavit, inque pu-
licum emiſit. Omnem vero rem litera-
am Turcarum egregie felici fœcundo-
ue WELSCHII τῦ μακαρίτυ calamo illu-
ratam haberemus, niſi bibliopolæ ac ty-
ographi operi, cedro digno, obſtetrican-
s manus ferre hactenus recuſaſſent. En
tibi

(*a*) Vid. B. Pipping. Memor. Theolog. Decad.
. p. 923.
(*b*) In Epiſtol. Arcan. Tom. II. p. 315.
(*c*) Vid. Cel. Jac. Frid. Reimmanni Hiſtor. liter.
erman. Vol. III. p. 369.

tibi libri titulum (*d*), ceu triſtem e naufragio tabulam, ut ex hoc ungue leonem aliquatenus agnoſcas: *Georg. Hier. Welſchii Hiſtoria literaria Turcarum, in qua ex MSto Conſtantinopolitano agitur de inſtitutione ipſorum puerili, de ſtudiis gymnaſticis & academicis, ſacris, profanis, theologicis, ſcholaſticis, juridicis, medicis, mathematicis, aſtrologicis, ſtipendiis, item honoribus, præmiis, exercitiis ſpiritualibus, & gradibus profectionis. Præmittuntur nonnulla ad ſcript. vet. pertinentia, quibus ſingula illuſtrantur, & plura etiam adjiciuntur de precibus illorum, orationibus, libris, bibliothecis, poëmatibus, inſcriptionibus, numismatibus, aliisque ad literas pertinentibus, quorum pleraque antiquioribus conferuntur.*

§. XXII.

Denique & primus inter Germanos, ac forſitan omnes Europæos, Lexicon Æthiopicum

(*d*) Debemus hunc Rud. Mart. Meelführeri Acceſſionibus ad Almeloveenii Bibliothecam promiſſam & latentem p. 122. cujus in calce etiam extat operis deſideratiſſimi, quod e Bibliotheca Spizeliana divulgare decreverat B. Matth. Frid. Beckius, ſciagraphia.

icum Suevus quoque compoſuit, GEOR-
GIUS nempe WEIGANMEJERUS (*e*), pa-
ia Eſslingenſis ac Profeſſor olim Tubin-
enſis, quod tamen in dias luminis auras
aud prodiit, ſed MStum tandem in Jobi
udolfi Bibliothecam migravit, qui literis
hiſtoriæ Abeſſinorum tantum, quantum
Europa nemo, lucis attulit (*f*).

§. XXIII.

Hæc itaque, niſi egregie fallor, perſpi-
e ſatis evincunt, eximia plane eſſe Sue-
rum in literaturam Orientalem merita.
npliſſimus nunc pateret campus, in lau-
s etiam popularium noſtrorum excurren-
, quibus Græcæ literæ multum lucis de-
risque ſui acceptum ferunt: ſed arctiores
iptiunculæ hujus limites, quo minus ea
n opera defungi queam, prohibent.

e) Vid. Meelführeri Acceſſiones ad Almelovee-
n p. 152. ſq.

f) Hoc elogio jure in epitaphio ipſi poſito va-
imæ eruditionis Virum Filius & Gener adfecerunt.
B. Chriſtiani Junckeri Commentar. de ejus vi-
ſcriptis ac meritis p. 186.

§. XXIV.

Quilibet autem, cui cor ſapit, mecum lubens agnoſcet, nequaquam inutile eſſe, quod linguis, nobilioribus præcipue, impenditur, ſtudium, ſed inde uti in omne propemodum eruditionis genus, ita maxime in diviniorem ſcientiam uberrima redundare commoda, laudandaque hinc eſſe majorem in modum illorum molimina, qui non ſine ſudore atque vigiliis ad penitiora linguarum adyta viam aliis facilem parare laborant. Dudum obſervarunt viri perſpicaces, linguarum ſtudio inſuper habito atque neglecto, Eccleſiæ faciem etiam deformari, & Chriſtianismum paulatim in pejus ruere cœpiſſe, ſenſimque in ſanctiorem diſciplinam dogmata minus ſana irrepſiſſe; eo autem reſtaurato, diſſipatas rurſus eſſe tenebras, lucem reductam, Eccleſiæ ſuum nitorem redditum, theologiam craſſis erroribus liberatam, ac ſaniora dogmata ex ipſis fontibus ſuis, antehac abſconditis, feliciter eruta. Immortales profecto gratiæ habendæ ſunt Capnioni noſtro, qui linguas principes, Hebræam & Græcam, quibus adorandum Numen ad ſuam voluntatem ac miſericordiam mortalibus declarandam

randam uti voluit, e ſuo exilio reduxit, viamque ſic ſtrenue munivit B. LUTHERO, Virorum maximo, ad emendandam bono cum Deo, ac luce perfundendam, quæ tantopere obfuſcata erat, Eccleſiam. Ipſe certe Megalander linguarum cognitionem, ab illo reſtauratam, maximi æſtimavit, vice plus ſimplici profeſſus, ſe infinitis aureorum millibus quantulacunque illa ſua ſermonis Hebræi Græcique peritia carere nolle. Cumque perſpecta multo uſu & experientia Viro beatiſſimo eſſet linguarum utilitas, nulli pepercit operæ, ut illas, Deo ejus conſilia ſecundante, in Germaniæ ſcholas reduceret, quæ præterea, ipſo potiſſimum ergodiocte, elegantiorum literarum, ſobriæ philoſophiæ, ſanioris theologiæ ac veræ pietatis ſtudium ſtrenue urgendum ſuſceperunt (*g*). Ab eo ſane tempore Scholæ Germaniæ aliam longe & nitidiorem induerunt faciem, quæ & ipſæ, re-

(*g*) Hæc facunde atque erudite pro more ſuo pluribus demonſtravit Vir πολυμαθέςατος, cujus & gratiſſima ſcripta & benevolentiam in me, quam publice ac privatim ſæpius teſtatam fecit, maximi æſtimo, D. Jo. Henricus von Seelen in ſingulari oratione de Luthero de Scholis optime merito.

purgata a priſtinis ſordibus, ſupremi Numinis beneficio & Lutheri miniſterio, Eccleſia, emendatæ inſigniter & ex priſtina barbarie ad novum humanitatis cultum revocatæ fuerunt.

§. XXV.

Æquiſſimum proinde eſt, ut inter ſæcularia ſacra in memoriam Auguſtanæ Confeſſionis, CAROLO V.ININglorioſiſſimæ recordationis Imperatori ducentis abhinc annis exhibitæ, celebranda nec Muſæ ſileant, ſed ipſæ etiam liberalium artium & linguarum officinæ læto teſtentur gaudia plauſu. Hinc & noſtrum Lyceum, ne immemor tanti beneficii videatur, annuente Inclyto noſtro Magiſtratu, quem Deus amet, & omnigena proſperitate perfundat! pietatem ſuam actu oratorio, die XXVI. Junii inſtituendo, præſtabit. Ego primus cathedram conſcendam, demonſtrare oratione Latina non ſine precibus ad Deum O. M. pro tanti beneficii perpetuitate fundendis conaturus, Eccleſiæ reformationi Scholam noſtram ſuam quoque emendationem, & quicquid boni habet, debere, ſimulque breviter Athenæi noſtri ab ipſa ſacrorum repurgatione per integri ſæculi decurſum ad

annum

annum usque MDCXXX. hiſtoriam enarraturus. Sequentur me quatuor ſupremæ claſſis diſcipuli, juvenes egregii, & in ſpem patriæ nati, qui luculentis probatum dare exemplis annitentur, Magiſtratum noſtrum post ipſa ſtatim reformationis initia de profligandis inſcitiæ tenebris & ſchola bene conſtituenda maximopere, nec ſine exoptato ſucceſſu, fuiſſe ſollicitum. Laudabunt enim ii, ordine temporis obſervato, quatuor Viros longe præſtantiſſimos, quorum duo inter primos Lycei noſtri Moderatores referendi ſunt, ERASMUS nempe OSWALDUS SCHRECKENFUCHSIUS et MARTINUS CRUSIUS, duo autem inter primæ noſtræ Scholæ alumnos, LUDOVICUS ſcilicet RABUS, & NOA MEURERUS, ille Theologus, hic Jurisconſultus excellentiſſimus, uterque variis ſcriptis de Orbe erudito optime meritus. Quorum Virorum memoriam & nomina quanti æſtimemus, vel inde elucet, quod horum, (excepto Meurero, cujus effigiem, omni quamvis adhibita induſtria, nanciſci nobis haud licuit) icones depingi curaverimus, honoris & ornamenti ergo in auditorio noſtro ſuſpendendas, ut & oculis obiiciamus ſuave aliquod, quo oblectentur,

 pabu-

pabulum. Virtutes autem illorum, artificis penicillo adumbrari neſcias, quodammodo delineare contendent àdoleſcentes, noſtræ venerationis, qua tantos viros juſte proſequimur, interpretes futuri. JOANNES nempe DAVIDES WOGAVIUS, Magnifici noſtri Domini Scholarchæ & Conſulis Senioris, Generoſiſſimi D. JO. SIGISMUNDI HARTLIBII DE WALSPORN nepos, ac Experientiſſimi Ampliſſimique Viri D. JO. DAVID. WOGAVII, Med. Doct. & Phyſici patriæ noſtræ dexterrimi filius, ſuccincto elogio, Schreckenfuchſium Teutonice ornabit: MICHAEL BAURIUS, beati JO. GEORGII BAURII, Mercatoris, dum viveret, celebris ac integerrimi, filius Doctorem Ludovicum Rabum Latine: JOANNES DAVIDES EHRHARTUS, D. JO. DAV. EHRHARTI, τȣ μακαρίτȣ, Med. Doct. ac Phyſici noſtræ civitatis quondam primarii Experientiſſimi & Scholæ noſtræ Viſitatoris Graviſſimi filius Martinum Cruſium Græce: denique JO. SIGISMUNDUS SCHÜZIUS, Magnifici & Generoſiſſimi Domini Conſulis JO. GEORGII LUPINI nepos, Conſultiſſimique Viri D. JO. SIGISMUNDI SCHÜZII, J. U. Lic. ac Tabularum publicarum Directoris

ctoris Ampliſſimi filius Doctorem Noam Meurerum Gallice. Hos excipiet, qui primo mihi loco non absque prolixa honoris præfatione nominandus fuiſſet, ipſe Lycei noſtri Inſpector præclariſſime merens, Vir non politiſſimorum minus morum, quam exquiſitæ eruditionis laude florentiſſimus, Dominus JACOBUS MILLERUS, ea, qua pollet, facundia argumentum, quod pro exiguo virium mearum modulo orſus ſum, elegantiſſime Germanico ſermone perſecuturus, & Scholæ noſtræ hiſtoriam ad hunc usque annum concinne pertexturus. Coronidem imponet egregiæ indolis & optimæ ſpei adoleſcentulus JOANNES SCHÜZIUS, alter modo laudati Domini Tabularum publicarum Directoris filius, qui Patruum colit, quem & nos demiſſe veneramur, Magnificum & Generoſiſſimum Dominum JOANNEM SCHÜZIUM, Conſulem nunc temporis Regentem. Is tam pro Scholæ noſtræ conſervatione providum Nümen celebrare, quam Spectatiſſimis omnium ordinum Auditoribus decentes noſtro nomine perſolvere grates oratiuncula Teutonica conabitur. Præterea ſtudebimus, operam ſuam nobis commodante eximio Viro JOANNE CONRADO ELLMERO,

MERO, noſtræ civitatis Organœdo artis muſicæ peritiſſimo, ſuavis hymni, a Graviſſimo Domino Inſpectore noſtro concinnati, modulatione fidibusque canoris Auditorum Honoratiſſimorum & aures & animos demulcere, ſimulque

dulcia lætifico diffundere jubila plauſu.

Ut igitur hanc noſtram panegyrin PATRIÆ PATRES OPTIMI, Lycei noſtri Nutritores Indulgentiſſimi, Iique, qui graviſſima Reip. negotia conſiliis & opera ſua curant, Venerabilis item Ordo Eccleſiaſticus in urbe agroque, ac reliqui Viri omnium dignitatum Spectatiſſimi, & quicunque Scholæ noſtræ bene cupiunt, gratioſa ac honorifica præſentia ſua condecorare, dictoque die hora octava matutina, ſi placet, in Auditorio noſtro comparere non graventur, eſt, quod ea, qua decet, animi demiſſione ac obſervantià rogamus, tantæ benevolentiæ nunquam futuri immemores. P.P. Memmingæ d. XXIV. Junii A. O. R. MDCCXXX.

IV.

IV.

THOMÆ MEZLERI

Benedictini olim Zwifaltenſis

Epistola Dedicatoria,

Quam præfixit libris de Imitatione Chriſti abs ſe elegiace 1645. verſis,

Cum Viri cujusdam eruditi in eam animadverſionibus.

Reverendiſſimo in Chriſto Patri, Ampliſſimo Domino, Domino Vdalrico, Imperialis Monaſterii Zwifaltenſis Abbati Vigilantiſſimo,

P.F. THOMAS MEZLERUS

Vitam & felicitatem precatur.

REverendiſſime Pater, Ampliſſime Domine! Luculenter exſerta veritas à beneficio temporis eſt, pulchra ejusdem proles, ut Maphæi, Cardinalis Barbarini verbis utar: Ἄγει δὲ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος, inquit ſapiens Menander. Haud raro certe, quod ratio veſtigaſſet nunquam, ævi prolixioris genius explicatum dedit: adeo nihil in opaco eſt, quod

 in

in apricum non proferat ætas. Deſperabantur olim Nili fontes, ad quos Luſitanicæ demum claſſes aquationem fecere; negarunt Antipodas & Perioecos viri ſummi, cum illis tamen hodieque commercium habent Europæi; ad magicen paſſim Tinctura Paracelſi rejicitur, at multi profecto temporis uſus auri Μεταφυσιν orbi detexit. Non diſparis aleam fortunæ ſubierunt gemmei Libelli, quos titulo *Imitandi Chriſti* circumferimus: ambigebant illuſtres provinciæ, Kempenſem Belgica, Bernardum Sequani, Gerſonem Lutetia & primi Societatis Jeſu Patres divini fœtus genitorem fecere, cum eo, ut ſedata opinatio nullis acerbitatibus corrumperetur, autumabant ſolum, viſusque e tribus Auctor unus, cum nullus eſſet; palmam ſuſtulerunt ii Typothetæ, qui hos Tractatus, velut Anonymos, excuderunt, ſatius rati, ſi modeſte neſcirent, quam ſi temere fallerent, aut fallerentur; quoad nuper, tum tractu benigni temporis, tum eximia DEI in familiam noſtram indulgentia, genuinus Auctor in lucem eſt eluctatus.

Prima notitiæ fundamenta jecit, facemque prætulit exituro, non Cajetanus Abbas Sancti Baronti, ſed Julius Nigronus, e

Societate

ocietate Jeſù ; is, inquam, ex Aronenſi
ibliotheca protulit non Kempenſem, aut
utetianum aliquem, ſed Joannem Gerſe-
ium Abbatem. Facta hoc indicio fides
ſt Eminentiſſimo Cardinali Bellarmino,
ui Poſſevinus item, & plures alii ſubſcri-
ſere. Tametſi vero ab hac ſententia diſ-
ceſſerit, averſus Heriberti Rosweydi non
tam vindiciis ſtrenuiſſimis aut ſolidiſſimis,
ut eas cum Spitholdio Bolandus laudat,
quam frivolis, & nihil evincentibus conje-
cturis, indubie conſtaturus fuerat, ſi cæte-
ra noſtra cognoſcere per uſuram produ-
ctioris vitæ potuiſſet: e diverſis enim char-
tophylaciis exemplarium hactenus, cogno-
mentum, patriam, Abbatiam, oris linea-
menta veri lucubratoris fatentium, is ap-
paratus emerſit, qui vel ipſius contumaciæ
fauces elidere queat.

Non vidit Cardinalis optimus Codicem
Genuenſem, Mantuanum, Cavenſem, Bi-
bcianum ; reſcire nil potuit de libris Wein-
gartenſibus, Melicenſi, Ochſenhuſano,
Wiblingenſi ; Nihil ipſi de Zwifaltenſi
conſtitit: qui, etſi Thomæo apographo
ſeptem annis eſt recentior, Germanismo
tamen eius ætatem longe prægreditur.
Quæ omnia, ſi Patres antilogi, æque ac
nos

nos advertiſſent, criſes utique ſuas ingenua litura caſtigaſſent ; aliquanto cautius Bolandus innuiſſet, Auguſtæ ad S. Crucis attineri volumen MSS. clare atteſtans, Thomam de Kempis hosce Tractatus anno ſalutis 1440. evigilaſſe (ut ita vel unicum exemplar Lovanienſi antiquius adſtrueretur, quod hactenus a Kempiſtarum nemine præſtitum lego,) cum is liber, ut magnis auctoribus habeo, nec umbram ullius characteris numeralis oſtendat: minore fiducia Rosweydus D. Bonaventuræ ſuas collationes eripuiſſet, quas ordine & ſynergia Rosweydo ſuppar Quaglia eidem ſancto non facile extorquendas ait : paullo timidius pro ſe Trithemium allegaſſet, qui hosce Libellos non tam Kempenſi tranſſcribit, quam quid alii divinaverint, vacillante oratione percenſet, cauſamque Thomæ, per verbum , fertur , vel ipſo Rosweydo teſte, dubiam potius reddit, quam firmiorem : ſubmiſſiore voce aſſeruiſſet, Thomam ſuis opuſculis, humilitatis ergo, nomen haud præfixiſſe, cum qui latere vult, in calce non minus quam fronte debeat nomen diſſimulare. Quod in Lovanienſi codice Thomas non obſervavit : adeoque, vel Rosweydo judice, Thomas iſtorum Tra-

ctatuum

tatuum Auctor non eſt dicendus. Te-
iuius momentum poſuiſſet in inſpiratio-
iibus Joannis Buſchii, qui, quo largiorem
ibi, ut publicis functo officiis, imo cœli-
us, ut videri vult, illuſtrato, poſcit aſſen-
ium, eo fluxiorem impetrat fidem: ſuper-
ediſſet ſuis Flandricismis, cum pari argutia
iuevismos ex his opuſculis multo plures
licere poſſim: In producendis manuſcri-
tis parcius triumphaſſet, cum nec unum
roferre queat exemplar e tanto numero,
juod ante annum Chriſti 1441. Thomæ
uerit attributum, aut eius putatum.

Potuerat adeo Johannes Gerſen de Cana-
aco, Abbas Vercellenſis, aureæ commen-
ationis laudari quietus poſſeſſor, ſi non
roximis annis neſcio quis Thraſonicus Ja-
on moronauticam in nos claſſem eduxiſ-
ſet, rapturus aureum hoc vellus, dicace vi-
ulentia, cum ratione prohiberetur. At,
bonum factum; patrio in littore cum Vo-
luſianis annalibus nanæ celoces irriſo nau-
fragio ſubſederunt. Fluctuant etiamnum
disjecta ventis apluſtria, tacet, æter-
numque tacebit, ſi ſapiet, qui lætum
Celeusma, necdum portu provectus oc-
cinuit:

Mutus

Mutus, at humectis Ambraciota genis.

Atque hæc ibi de hac controverſia doctiſſimus & elegantiſſimus Mezlerus.

Σημειώσεις
HISTORICO-CRITICÆ
In hanc Epiſtolam.

Scriptæ A. 1728. Menſe Octobri.

ILluſtrantur in hac Epiſtola imprimis verba Mezleri ita aientis: *Prima notitiæ fundamenta jecit, facemque prætulit, exutaro (nempe Gerſeni) non Caietanus Abbas ſancti Baronti, ſed Julius Nigronus e Soc. Jeſu; is, inquam, ex Aronenſi Bibliotheca protulit non Kempenſem, non Lutetianum aliquem, ſed Joannem Gerſenium Abbatem.* Hic aſſeritur, Julium Nigronum Jeſuitam omnium primum Gerſeni lucem accendiſſe, producto ex Aronenſi Bibliotheca Cod. MS. de Imit. Ch. qui eius nomen præferebat. Cum autem

utem codex ille Aronenſis ante Sæculum XV. non fuerit exaratus, prout noviſſimum iruditorum Concilium Mediolanenſe, cui præfatus codex examinandus traditus eſt, primum anno 1726. ut perhibet Anonymi *Epiſtola critica de præcipuis controverſiæ Kempiſianæ punctis* §. II. in Reſponſione ad Argumentum tertium, celebratum cenſuit & judicavit: Atqui conſtat Sæculo XV. ſub nomine Gerſenis communiter intellectum fuiſſe Gerſonem Cancellarium, ipſomet Mabillonio in ſuis *Animadverſionibus* haud inficiante. Ergo dum Nigronus ex Bibliotheca Aronenſi protulit Gerſenium, non alium produxit quam Lutetianum. Atque hinc Mezleri argumentum, quod is ex Nigrono deſumſit, cenſuitque Achilleum, valide infringitur. Quod ſi vero Mezlerus dicat: Codicem Aronenſem in titulo præfixum gerere *Joannis Abbatis* nomen, quod nequaquam Gerſoni Pariſienſi congruat. Reſponſio in promptu eſt: minime certum eſſe, hac inſcriptione Joannem Gerſen, Abbatem Benedictinum Vercellenſem S. Stephani de Canabaco dictum deſignari. Ratio eſt, quia conſtat, extitiſſe quidem Joannem quendam Gerſen Abbatem Canonicum Regularem; extitiſſe vero aliquando

quando Joannem Gerſen Abbatem I. Benedictinum S. Stephani de Canabaco, non ſolum nullo proditur indicio, ſed eum nunquam in rerum natura extitiſſe, vix non certum noviſſime detectis documentis comprobatur. Extat in Monaſterio Vercellenſi S. Andreæ Chronica MS. Alliceenſis antiqua, ubi dicitur: *Joannem Gherſen fuiſſe Abbatem Ordinis Lateranenſis in Monaſterio Pagi, vulgo Allice, non procul a Cavaglia.* Ita anno 1726. Vercellenſis quiſpiam vir eruditus ad ſupra laudatum Auctorem Epiſtolæ criticæ perſcripſit, ut ipſe in eadem Epiſtola refert, qui & addit, Eundem Vercellenſem in litteris ad ſe datis, retuliſſe, ſe hoc anno 1726. excuſſiſſe Archivum Civitatis Vercellenſis, ſeque ibidem reperiſſe litteras membranaceas anno 1206. die 16. Decembris ſcriptas, in quibus occaſione cuiusdam contractus inter Abbatem S. Stephani & Prætorem Vrbis initi ſubſcripta ſunt omnium fratrum & Abbatis in monaſterio S. Stephani degentium nomina. Abbas erat Robaldus: inter fratres vero nullus omnino Joannis nomen gerit. Fabula ergo eſt tota Joannis Gerſenis Abbatis Vercellenſis S. Stephani ad initium Sæculi XIII. vita; nec in Codice Aronenſi deſignari

Abbas

Abbas poterit, qui nunquam in Orbe extitit; & qui hunc Abbatem in Iconiſmis ſub titulo *Venerabilis Joannis Gerſen, &c.* colunt, contra leges Romanorum Pontificum turpi ſuperſtitione idolum colunt. Vide plura adhuc hanc in rem ἀκμαίως diſſerentem clariſſimum Auctorem Epiſtolæ criticæ, apud Joan. Georg. Schelhorn Tomo IIX. *Amœnitatum Litterariarum*, anno 1728. in 8. editarum pag. 404. & ſeq.

Indigent ſecundo Cl. Mezleri verba, ubi de Bellarmino loquitur, aliqua illuſtratione. *Non vidit*, ait, *Cardinalis optimus Codicem Genuenſem, Mantuanum, Cavenſem, &c.*

Mezlerus hic, ut videtur, Codices Genuenſem & Mantuanum, valde magni æſtimat, illisque maximum robur, quo ſua ſententia firmetur, ineſſe iudicat: verum, an codices illi Itali ſine labe puri ſint, necdum probatum eſt: quin imo R. P. Claudius du Molinet, vir ob ſingularem Antiquitatum ſcientiam per Europam celebris, in Epiſtola, quam edidit celeberrimus Richardus Simon in ſua Bibliotheca Critica Tom. I. cap. 2. ſcripta anno 1687. 27. Junii, expreſſis verbis aſſerit, ſe deprehendiſſe, Codices Genuenſem, & Mantuanum, corruptos eſſe. En! ipſius verba: *Les*

Manuſcrits, inquit, *qui viennent d'Italie, ſont ſi ſuſpects, qu'on ſe doit toujours defier; pour moi, j'ai vû deux de ceux là à S. Germain de Prez, que j'ai trouvé falſifiés, & ſuis prêt de le ſoutenir. Je n'en attribue pas la faute aux P. P. de la Congregation de S. Maur, mais aux Italiens, qui leur avoient envoié ces beaux originaux fabriquez en leur pays; L'un eſt le Codex Genuenſis, & l'autre le Codex Mantuanus.* Lege-ſis totam du Molinet epiſtolam, & videbis, ex prædictis codicibus corruptis, nullum validum duci argumentum.

Sed nec Mezlero admodum favet Codex, quem citat, *Cavenſis.* Cernitur quidem in littera initiali præfati codicis depictus monachus Niger cum cruce: aſt, quis inde ſolide concluſerit, codicis auctorem eſſe monachum nigrum? alias certe etiam ſequeretur, Radulphum monachum eſſe auctorem expoſitionum MSS. S. Auguſtini in Pſalmos, quia is in libri initio depictus eſt: qui tamen codicem illum duntaxat deſcripſit. Viderunt hunc codicem viri e Congregat. S. Mauri in Galliis clariſſimi D. Edmundus Marthene, & D. Vrſinus Durand, Araſii in Abbatia Waſtenſi, ut ipſi ſuo in Itinerario Litterario Gallice edito perhibent

hibent Tomo II. Interim tamen nolim penitus inficiari, quin ſæpe quidem per tales imagines alluſum fuerit ad libri auctorem: Sæpius tamen, ac communiter imagines huiusmodi pro librarii phantaſia arbitrarias præfixas eſſe. Confer-ſis iterum in critica detritum auctorem *Epiſtolæ criticæ* mox ſupra laudatæ loc. cit. pag. 406.

III. Subiungit Mezlerus a Genuenſi, Mantuano & Cavenſi codicibus, continuo alios, qui cauſæ Gerſenianæ qualecumque emolumentum conferre ipſi viſi fuerunt. Sic enim ibi pergit: *Reſcire nil potuit* (loquitur de Bellarmino) *de Libris Weingartenſibus, Mellicenſi, Ochſenbuſano, Wiblingenſi.* Verum, quia hos codices nec vidi, nec examinavi, iudicium de eis ferre non poſſum. Deinde maximum dubium mihi oritur, an dicti codices, Nomen Gerſenis diſerte exprimere videantur? Certe noſter codex Lunælacenſis de Imit. Ch. ab Henrico Immertheüer, Profeſſo Lunælacenſi, anno 1438. exaratus, nullius auctoris nomen præfert. Idem forſitan de ſupra allegatis dicendum eſt?

Supereſt adhuc unica Mezleri pericopa illuſtratione omnino digna; eſt autem hæc: *Aliquanto cautius*, inquit, *Bolandus innuiſſet*,

 Auguſta

Auguſtæ ad Sanctæ crucis attineri volumen MSS. clare atteſtans, Thomam de Kempis hosce Tractatus anno ſalutis 1440. evigilaſſe: ut ita vel unicum exemplar Lovanienſi antiquius adſtrueretur, quod hactenus a Kempiſtarum nemine præſtitum lego.

Aſt Lovanienſi longe antiquius exemplar in lucem produxit, Kempiſtarum hodie facile princeps C. R. P. auctor Epiſtolæ criticæ, apud laudatum Schelhorn. p. 410. N. 1. Nempe *Codicem MS. Kirchemianum.* De quo David Ehingerus, Vir eruditus, litteris ad Heſerum datis, fide publica interpoſita, ſancte aſſeverat, I. hunc codicem adſcriptum habere annum 1425. II. Eundem ex ipſo Autographo Thomæo tranſumtum eſſe. III. Eundem præ ſe ferre nomen Auctoris, *Thomæ de Kempis Canonici Regularis in Traiecto.* Ita Heſerus in Hecatomp.

Poſtremo velim, præſtantiſſimum noſtrum Mezlerum aliquanto cautius ſcripſiſſe, cum de celeberrimo Bollando, quem vellicat; eo quod innuerit, codicis MS. ad S. Crucem Auguſtæ libros de Imit. Ch. Thomam Kempenſem anno ſalutis 1440. evigilaſſe: tum de ipſomet codice; de quo prodit: *Magnis auctoribus habeo, nec umbram ullius characteris numeralis* hunc librum oſtendere.

re. Atqui prius veritati conſentaneum eſſe, manifeſte adſtruit ſæpe laudatus emunctæ naris auctor Epiſtolæ criticæ; poſterius vero falſitatis arguit Codicis αὐτόπτης. Recito ipſius verba, quæ habet apud Schelhornium Tomo ſupra citato. §. III. N. II. p. 410. nam aliam eius epiſtolæ editionem non habeo.

Codex MSS. ad S. Crucem Auguſtæ, ait, *ſcriptus anno* 1440. *in quo ad finem additur eodem charactere :* Compilator huius opuſculi fuit quidam Fr. Thomas nomine de Conventu & Ordine Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini Montis S. Agnetis Trajectenſis. *Ipſemet hunc Codicem inſpexi, & ſic ſe habere deprehendi.*

T. Θ. Δ.

V.

Πεντὰς (a)

EPISTOLARUM

De re maxime

LITTERARIA,

Quas

Fr. Renatus Maſſuet, San-Germanenſis monachus & Presbyter Benedictinus Pariſiis, Vir eruditione & pietate longe clariſſimus (ἀλλὰ νυνὶ ὁ μακαρίτης)

Ad

Reverendum admodum, Religioſiſſimum ac Clariſſimum Dominum P. Bernardum Pez Benedictinum, & Bibliothecarium Mellicenſem exaravit.

I. Re.

(*a*) Hanc epigraphen epiſtolis, lectu ſane digniſſimis, præmiſit ipſe Vir doctiſſimus & humaniſſimus, qui eas mecum per manus amici conjunctiſſimi benevole communicavit.

I.

Reverende admodum Pater ac Religioſiſſime Domine!

CUm nihil æquius eſſe videatur, quam ut fratres ad eiusdem familiæ decus promovendum conſpirantes, mutuo ſeſe auxilio iuvent; is nedum urbanitatis, ſed & humanitatis expers ſit, qui laborum tuorum, ordinis noſtri gloriæ atque utilitati ceſſurorum, conſors eſſe, manum commodando, refugiat. Adiutores igitur, in partem operis vocati, venire non renuemus. Me præ cæteris ad ferendam opem, quamcunque potuerim, paratum inveniet Reverenda Paternitas veſtra. Sed moram, quæſo, aliis curis jam nimium diſtracto tantillam concedat, donec ſolutus, hiſtoriam ordinis noſtri iam cœptam perſequi valeam. Non Te fugit, Reverende admodum Pater, noſtrum Domnum Joannem Mabillonium, toto Orbe eruditionis laude celeberrimum, Annales Ordinis Benedictini latino ſermone conſcribere cœpiſſe. Quatuor jam operis volumina in folio, magno omnium eruditorum applauſu, prodierunt. Quintum, quo rerum hiſtoria usque ad Sancti Bernardi obitum per-

ducitur, prælo paratum habebat, cum mors nihil miſerans, ſenem ſeptuagenario maiorem è vivis ſuſtulit. Continuandum opus ſibi ſuſceperat diſcipulus eius Dominus Theodoricus Ruinart: Sed & ipſum, jam manum admovere meditantem, mors nondum exſatiata paucis abhinc menſibus abſumſit. Ne verò tam præclarum Opus imperfectum jaceret (quod timebant eruditi quique) mihi cœpta perſequendi provinciam demandarunt Superiores noſtræ Congregationis. Utinam alteri cuipiam peritiori demandaſſent, ingeniique ac eruditionis tenuitatem iure merito excuſantem audire voluiſſent.

Sed demum detrectatum onus ſubire compulſus, collum gemebundus ſubmiſi. Prius tamen quam operi me accingam, abſolvenda mihi eſt nova editio, quam ſuſcepi, Librorum Sancti Irenæi Epiſcopi Lugdunenſis & Martyris, adverſus hæreſes, quæ ſub prælo eſt, æſtate proxima, Deo favente, exitura. His curis ſolutus, totus in Annales incumbam, tumque Mabillonii ſcrinia omnia, commentarioſque è variis Monaſteriis vel jam miſſos, vel poſthac mittendos diligentius recenſens, inſpiciensque; ſi quid occurrit, quo Reveren-

rerendæ Paternitatis veſtræ conſilium juvari poſſe putem, id exſcribi, quantocius que mitti curabo.

Jam dudum vota tua, adhuc tamen ignota, anteveniente, encyclicas ad Gallicana Monaſteria litteras ſcripſimus, quibus, inter alia plura, de iisdem omnino ea percontamur, quæ Tu ſciſcitaris ex nobis. Easdem brevi iterabo, minusque feſtinantium tarditatem urgens, virorum illuſtrium hiſtoriæ, operum eorum Catalogo &c. acrius adhuc inſiſtam. Hoc enim utrique noſtrûm commune eſt argumentum, ut de Ordinis ſcriptoribus agamus; cum eo tantúm diſcrimine, quod id operis tui primarium ac præcipuum ſit caput, mei verò acceſſio quædam; quæque Tu fuſiori ac enucleatiori ſtylo perſequuturus es, eodem ego breviori complexurus ſum. Tantiſper igitur exſpectare ſi velis, donec à cæteris negotiis vacuus operi manum admoveam; quidquid ſub manum venerit, quod in rem tuam faciat, id ex animo communicabo. Nam alioqui turbulentis hiſce temporibus quidpiam ad vos tutò transmittere difficillimum eſſet. Interim, Reverende admodum Pater, Tibi omnino comparanda ſunt, nec ſegni manu evolvenda

priora quatuor Annalium Ordinis noſtri volumina à Mabillonio in lucem emiſſa. Neque Te laboris pœnitebit: plura enim in iis de ſcriptoribus noſtris dicta reperies, quæ ad rem tuam faciant quam maxime. Idem fere dixerim de Actis Sanctorum ordinis noſtri, ab eodem Mabillonio collectis, 9. vol. in fol. quorum ſingulis præmiſſæ ſunt Præfationes omni eruditionis genere refertæ: idem etiam de veteribus Ánalectis, 4. vol. in 8. & de veterum ſcriptorum Spicilegio, XIII. vol. in 4. quos quidem libros commemoro, quia licet jam dudum tum à Mabillonio, tum ab aliis é noſtris vulgati ſint, jamque in his ipſis regionibus rariſſimi; in veſtras remotiores nondum fortè penetrare potuerint. Si Gallice noſſet Reverenda Paternitas veſtra, conſulerem etiam ſibi emeret Gallice ſcriptum Librum, cui Titulus eſt, Bibliotheca Auctorum Eccleſiaſticorum, ab Elia Du Pin, Doctore Theologo Pariſienſi collecta, & in plures Tomos in 8. diſtributa: in qua Auctorum omnium Eccleſiaſticorum, librorumque ab iis conſcriptorum hiſtoria, Catalogus & argumentum à primis Eccleſiæ temporibus ad noſtra usque pertexitur, auctoresque etiamnum viventes recen-

cenſentur. Hîc nequicquam mentionem injicerem Guillelmi Cave Angli Hiſtoriæ Litterariæ Scriptorum Eccleſiaſticorũ à Chriſto nato ad annum usque 1517. duobus Tomis in fol. Cum enim Genevæ excuſa ſit an. 1693. haud dubium, quin ad vos usque pervenerit. Bibliothecæ Cluniacenſis, Ciſtercienſis, Floriacenſis, variæque Auberti Miræi lucubrationes, Libri notiſſimi ſunt. Hæc interim ad Reverendam Paternitatem veſtram reſcribo, donec alia, quæ exſpectationi ejus paulo magis reſpondeant, ſcribere poſſim. Sed ſi quid, pro votis, deinceps vobiscum communicare valeam, ſpero viciſſim ea à vobis, pro humanitate veſtra, ſubſidia non denegatum iri, quæ ad illuſtrandam tum Mellicenſis, tum vicinorum Monaſteriorum hiſtoriam conferre poſſe intellexeritis: qualia ſunt, fundationis Monaſteriorum origo & hiſtoria, Privilegia & immunitates; Fundatorum ac præcipuorum benefactorum nomina, dotes, &c. chartæ donationum; Abbatum ſeries, viri illuſtres, ac tum horum, tum illorum præcipua quæque Geſta, Scripta, dies obitus, &c. Quid memoria dignius in Monaſteriis acciderit; Antiqua, ſi quæ ſint, ſummorum Pontificum, Imperatorum, Regum

gum, aut aliarum nobilium perſonarum Diplomata; Vetera monumenta, ſepulcra, Epitaphia, Inſcriptiones, & alia id genus, quæ Annalibus inſeri pro jure ſuo debeant. Cuius quidem inveſtigationis curam nollem ſibi ipſi ſumeret Reverenda Paternitas veſtra; abſit enim, ut à melioribus ſtudiis eam interpellem: Sed forte benevolos quospiam è ſuis reperiet, qui hanc à me, immo à toto Ordine Benedictino, gratiam inire non dedignabuntur. Vtere Tu, Reverende admodum Pater, meam operam ut voles: Totum me Tibi, mandatisque Tuis addico. Hanc epiſtolam ad R. P. Mauritium Müllerum, S. Galli Bibliothecæ præfectum, mitto, ut Tibi perferendam curet. Neque enim alia ſcribendi ſuppetit via, donec tam diu optatam pacem Deus terris reddiderit. Vale, Reverende admodum & erudite Pater, ac Religioſiſſime Domine, cuius conſilia fortunet Deus, precor.

Reverendæ admodum Paternitatis, ac Religioſiſſimæ dominationis veſtræ

Devotiſſimus & obſequentiſſimus in Chriſto Servus ac Frater.

FR. RENATUS MASSUET M.B.

Pariſiis, in Monaſterio S. Germani à pratis die 7. Martii 1710.

II. Ad

II.

Admodum Reverendo, Religioſiſſimo, ac Clariſſimo Domino & Patri Bernardo Pez, Fr. Renatus Maſſuet, Amicus amico dilectiſſimo, multiplcique nomine Colendo

S. P. D.

ACcepi tandem, non jam faſciculum, ſed juſtæ magnitudinis ſarcinam librorum & chartarum, diutius exſpectatam, ardentius concupitam, quam ad me pro ſingulari tua humanitate mittere dignatus es. Si tardius quam ſperaveramus, huc advecta fuerit, (à triduo enim duntaxat accepi) in cauſa fuit longior abſentia R. P. Mauritii Müller, ad quem directa erat. Vbi vero rediit, auctam duplici exemplari hiſtoriæ Wiblingenſis miſit. Cætera omnia quæ in ſarcina occurrerunt, apprime quadrant ad Indicem, quem ſubjunxiſti, unis exceptis Rebus Lambacenſibus, quæ prorſus deſunt. Forte ſubtrahendo vitas Adalberonis, Altmanni, & Gebehardi, quas jam penes me eſſe noveras, ſubtraxiſti etiam incogitans hiſtoriam MS. Ut ut eſt, plurimas quidem .Tibi gratias agere poſſum,

Ber-

Bernarde mi cariſſime ; at nullas pro meritis in me tuis, quidquid agam, referre valebo. Id unum ſpondere poſſum, eorum memoriam numquam apud me morituram, quam ſi meis qualibuscumque officiis teſtificari queam, faciam certe pro virili mea parte. Paulo ante Paſcha miſi Tibi per Sanctum Gallum unum exemplar Irenæi mei, cum Mabillonii animadverſionibus in vindicias Kempenſes, quas expetierat R. P, Anſelmus Schramb. Sarcinam commendavi R. P. Mauritio Müller, qui miſſam & à vobis acceptam non ita pridem nuntiavit. At donec ipſi nuntietis, non nihil ſollicitus ero. Longiorem ſimul epiſtolam ſcripſi, Tibique directe miſi. Eidem inſerui Catalogum librorum Tibi neceſſariorum & a Te evolvendorum : ut à te diſcens, qui penes te ſint, tutius & minori labore exſcribere tibi poſſim, quæ in ſcriniis Mabillonianis ad inſtitutum tuum conducentia occurrent. Satis enim erit, ſi libros habeas, loca tibi indicare ; reſponſum exſpecto. Quintum Annalium noſtrorum Tomum ſub prælo eſſe, jam, nî fallor, nuntiavi. Lentiori gradu procedit impreſſio, Typographis noſtris ex vini copia, quam Deus indulſit hoc anno, ad potandum

quam

quam ad laborandum promptioribus factis. Interim Mabillonii vitam latine ſcribo, operi præmittendam; ſed fere litterariam, qualem nimirum exoptant eruditi, omiſſis videlicet aut preſſiori ſtilo narratis pluribus, quæ fuſius in Gallica vita ediſſeruit Ruinartus noſter. Vbi è prælo exierit opus, confeſtim tibi mittetur; in foliis, an more noſtro compactum? quid magis placuerit, nuntiabis. Id ex te ſciſcitor, veritus, ne quintus Tomus quatuor prioribus, qui jam penes vos ſunt, compingendi modo nimium abſimilis ſit. Eadem occaſione remittam Lambertinæ Abbatiæ hiſtoriam, quam tam benigne mihi commodari curaſti: ſed meliori ac cultiori veſte prius indui curabo, ut aliquid ſaltem é Gallico itinere ſecum reportet. In quinto Annalium Tomo plurima reperies, quæ nec injucunda, nec inutilia, pro ſcopo tuo, erunt. Quæcunque etiam tunc tibi exſcribi potuerint, tum à me, tum à ſocio meo, quem in laboris partem vocabo, tibi ſimul mittentur. Dudum miſſa fuiſſent, niſi Irenæi editionem citius, quam ſperabam, excepiſſet quinti Annalium Tomi impreſſio. Ne proinde incuriæ adſcribas velim, quod improbi ac pene continui hactenus laboris, qui me

alio

alio avocavit, effectus eſt. Quamquam vix tibi, ut par eſt, vacare poſſum, donec priori Epiſtolæ reſponderis. Abſoluta Mabillonii vita, quod brevi fiet, totum me tibi mancipabo. Vide Tu, amice cariſſime, ſi quid aliud ſit, quod tibi gratificari poſſim. Vbi novero, perſuaſum habeas, nullum non lapidem à me motum iri, ut tibi ſatis fiat. Dudum ſcripſi ad Reverendiſſimum & Optimum Abbatem Herbipolenſem Sancti Stephani, qui & ipſe reſcribere dignatus eſt. Iterum brevi ſcribam, repetitas pro miſſa hiſtoria gratias acturus, ſimulque reſponſurus ad aliqua, quæ à me quæſiit. Certe vir bonus eſt, bonorumque omnium veneratione, obſequio & amore dignus. Plurimam ſalutem, quam reverenter poſſum, per te dico, Reverendiſſimo & Ampliſſimo Abbati Mellicenſi, eique quam maximas ago gratias pro *Germania Auſtriaca*, *Aquila Polono-Benedictina*, *& hiſtoria Cellenſi*, quibus, ipſo permittente, me donatis. Multum etiam ſalvere jubeo R. P. Jacobum Mayr, cujus beneficiis *Germaniam Auſtriacam* acceptam gratiſſimus refero. Nec obliviſcaris, quæſo, R. P. Clementis Schramb, Anſelmi noſtri germani, cui multam ſalutem pariter impertior

pertior. Quid jam tibi, Bernarde mi cariſſime? Nihil prorſus quod votis reſpondeat, amoremque in te meum, gratum animum, ac reverentiam ſatis exprimere poſſit. Vale, meque, ut facis, amare perge. Dabam in Monaſterio S. Germani a pratis Pariſienſi Kal. Decembr. MDCCXI.

III.

Admodum Reverendo, Religioſiſſimo ac Clariſſimo Domino & Patri Bernardo Pez, amico dulciſſimo, Fr. Renatus Maſſuet San-Germanenſis monachus.

S. P. D.

QUod nuper Tibi ſcripſerim, quam maximas poſſem gratias acturus pro accepta librorum & MSS. a Te miſſorum ſarcina, cito pœnituit; non quod gratias egerim: ecquas enim tantæ humanitati pares agere umquam poſſem? ſed quod nulla poſtremæ epiſtolæ Tuæ, quam nondum acceperam, mentione facta, Tibi forte curas addiderim. Quas ergo imprudens injicere potui, jam tandem abigi iubeo, monens, octo circiter poſt acceptam ſarci-

nam diebus, redditam mihi fuiſſe & Epiſtolam, datam licet V. Kal. Novemb. Quid vero de ipſa tandem? Totum dixerim, ſi totam Bernardum meum, pectoris mei delicias, fidiſſimum illum amicum, dulciſſimum ac certiſſimum ſpirare dixerim. Ut tamen fatear, quod res eſt, candidiusque loquar, ex quatuor omnino paginis, quibus conſtat, una eſt quam ſpongia deleri velim, ea videlicet, in qua mutato ſtylo te totum in *Irenæi* mei laudes effundis. Hem! Bernarde mi, quam diſertus orator! Te quidem hactenus hiſtoricum, ad conſcribendam hiſtoriam egregie à natura comparatum, Virum Græce & Latine doctum, in bonorum auctorum lectione ſubactum, nitore ſermonis nulli ſecundum noveram: at Rhetorem nondum. Id forſitan laudi tuæ deeſſe apud me putabas: ſed defuiſſet; nihil de ea, qua apud me vales, exiſtimatione deceſſiſſet. Scis, amice, quid de Rhetorica ſentiam? Artem bene eſſe dicendi, jam puer in ſcholis didici. Sed, meo quidem iudicio, nemo bene dicit, niſi qui vere. Ad eam regulam expende laudes tuas, & vide cui conveniant. Non certe mihi, ad quem nullum fere orationis tuæ bene longæ membrum quadrat. Sane præſtitiſſet, obducta

fronte

fronte, virga cenſoria notaſſes quæcumque mihi vel incauto vel imperito excidere potuerunt. Haud anguſtus Tibi dicendi campus fuiſſet. Ut ut eſt, cum Tibi fucum fecerit amicitia, qua me colis; id unum ex oratione tua colligere licebit, opus meum qualecumque Tibi non diſplicuiſſe, nec ingratum fuiſſe munus meum. In hoc gaudeo. Si quid amplius ſit, DEO Patri luminum ſint laudes, à quo deſcendit omne datum optimum. Sed de his ſatis, jam ad res noſtras.

Id ſemper ſuſpicatus ſum, Te in extremis orbis eruditi partibus commorantem, longe maiorem in Opere tuo condendo difficultatem experturum ex librorum penuria, quam ex re ipſa. Vix ullum Tibi, ob locorum diſtantiam, cum Anglia commercium eſſe poteſt; Et ſi bene ex epiſtola tua conjiciam, Anglorum auctorum inopia laboras. Atqui tamen præcipui Rerum Anglicarum Scriptores Benedictini fuerunt, quorum opera diverſis temporibus & voluminibus collecta & edita, Tibi ſaltem delibanda eſſent, ut iudicium de iis ferre tutius poſſes. Idem fere de Normannicis rebus dixerim, quamdiu ſaltem regibus Anglorum, à Willelmo conquæſtore

paruit Normannia noſtra: quarum Scriptores in unum volumen congeſſit Andreas du Chesne. Sed eæ omnes collectiones, licet in Bibliothecis Pariſienſibus frequentes, cum tamen jam vel omnino ſenuerint, vel in ſenium declinare incipiant, difficile venales occurrunt, fruſtraque vel in Belgio, vel in Anglia ipſa requirerentur. Piſeum tamen, Waræum, & Maihew quoquo pretio Tibi reperire conabor: jamque Bibliopolarum officinas, easque varia, nec ſpernenda librorum omnigenorum ſuppellectile refertas luſtravi; Sed fruſtra. Iterum plus ſemel adibo, ſcrutabor, verſabo, nullosque Libros non movebo, ut Te tandem voti tui compotem faciam. Ecquid non tentarem, ut amico tam benefico & officioſo gratificarer?

De Bibliotheca auctorum eccleſiaſticorum Labbei, & Apparatu Poſſevini recte cenſes. Melior Eliæ du Pin Bibliotheca; ſed nec ipſa accurata, & ſatis limata; & Natalis Alexandri hiſtoria, farrago potius quam hiſtoria dicenda eſt. At certe flores prodigis, cum plenis manibus effundis in Placcium, Struvium, Gothofredum Olearium, & ſi quos alios recentiores Bibliographos ſeptentrionales. Unum excipio Fabrici-

bricium, haud contemnendum auctorem; ſed qui nihil ad rem tuam faciat. Alii offenſatores ſunt, offendiculum incautis præbere nati, duces infidi, a quibus proinde caveas. Eos tamen omnes auctores percurras neceſſe eſt, ſed cauto ſemper pede: hæcque Tibi præ oculis Regula ſemper eſſe debet, ut quotiescumque ſoli quidpiam proferunt, toties, ſi non falſum, ſaltem valde dubium Tibi videri debeat, nec proinde à Te umquam in eorum fide aſſeri. Multo minus eos auctores, nullius certe in republica litteraria auctoritatis, aſſertionis Tuæ vades citare umquam debes, acriori quippe iudicio polles, quam ut perverſum Septentrionalium tuorum morem imiteris, qui multum ſe feciſſe putant, cum librorum ſuorum margines oppleverint infinitis auctorum nullius nominis citationibus: quæ quisquis naſutior legit, miratur quidem vaſtiſſimam ſcriptoris lectionem, ſed temporis jacturam dolet, iudiciumque deſiderat. Sed vix ab ira tempero, cum Bailium a Te laudibus efferri audio. Virum noſti, amice? Homo fuit nullius religionis, nullius fidei, nullius judicii, qui obvia quæque, vera an falſa, prout ſub manum veniunt, temere arripit, permiſcet, confun-

dit, fucumque Lectoribus incredibili dicendi audacia, etiam ubi turpius fallit aut fallitur, facit; qui denique vanos rumores, aniles fabulas, ac miſellorum auctorum teſtimonia plerumque captat ſequiturque. Paulo quidem accuratior ſecunda Dictionarii eius editio, quam prima, quam probus nemo ſine rubore legiſſet: Sed illa mendis adhuc & erroribus ſcatens. Sic igitur legas, ut quam maxime diffidas, nec quidquam eius auctoritate nixus umquam afferas.

Æqui bonique conſules, puto, ſi liberius ac candidius Tecum loquar, ſententiamque meam, immo & eruditorum omnium, Tibi pandam. Quamvis enim in omnibus Tibi facile concedam, Teque magiſtrum lubens audirem: in eorum tamen librorum, qui Tibi minus noti ſunt, lectione paulo magis verſatus, amicum monere debeo, quo loco auctores numerare debeat, ne duces parum tutos ſecutus, cum iis offendat, maleque apud eruditos audiat. Quod ergo Bibliographos, quoscunque potes, Tibi comparas, bene facis: audiendi ſiquidem omnes, ſed paucis adhibenda fides; iis nimirum ſolis, in quibus mens in bonorum auctorum lectione ſubacta, acre

iudicium,

iudicium, diligens & accurata rerum inquiſitio, aliæque eiusmodi dotes eluceant. Hæc Te facile docebit uſus, facilius doceret aſſiduum cum viris eruditis & exquiſiti judicii colloquium. Sed vereor ut pluribus abundet ea Germaniæ pars, in qua degis, quippe quæ nec litteras nec libros admodum colat.

O utinam, Bernarde mi, Tibi liceret per annos aliquot hic mecum Pariſiis verſari, ubi Muſæ in honore ſunt, frequentes eruditi, Bibliothecæ libris omnigenis inſtructæ, aptiſſima denique omnia ad iudicium informandum. Si quid certe apud Reverendiſſimum Abbatem tuum valerem, id ab eo precibus extorquerem, ut Te huc per biennium ſaltem nobiscum victurum in hoc San-Germanenſi Cœnobio mitteret: nec ipſum, nec Te itineris & expenſarum pœniteret. Quidni á vobis fieri poſſet, quod à tot aliis abbatibus Germanis, Belgis, & Italis factitatum non raro vidimus. Ii nempe juniores optimæ ſpei monachos ad nos miſerunt, Gallicis moribus, lingua, litteris & ſtudiis informandos. Etiam nunc duos e noſtris Italos habemus in hoc monaſterio hoſpites, alterum a decennio, Raguſinum è Congregatione Benedictina Meletenſi; alterum

terum Venetum e Congregatione Sanctæ Juſtinæ, a ſex circiter menſibus. Prior in patriam mox reverſurus, egregia hic ingenii ſui monumenta relinquit, duo ſcilicet nova Volumina in folio, *de antiquitatibus Conſtantinopolitanis*, quæ e prælo exeunt. Hi Pariſinæ commorationis fructus. Nec minores de poſteriori ſperamus. Fatetur uterque, fatentur & exteri omnes, quotquot ex omni orbe huc confluunt, nullam urbem litteris opportuniorem eſſe, atque Lutetiam Pariſiorum. Veni & experire quid rei ſit. Interim jam paulo liberior, quam hactenus fuerim, rebus tuis deinceps naviter vacabo, eaque omnia, quæ tum in Mabillonii ſcriniis, tum alibi ad ſcopum tuum conducentia occurrent, ſedulo colligam, mittamque, tardius ſaltem cum quinto Annalium Tomo: Si prius parata ſint, mittam cum aliis libris, quos a me exſpectas, ſi tandem comparare poſſim. Iterum dicam, quod jam dixi: *Patientiam habe in me, & omnia reddam Tibi.* Quod abbatem Sanctæ Crucis in Polonia in mei gratiam convenire dignatus ſis, gratias ago. Scripſi ad Procuratorem noſtrum generalem in Curia Romana, ut eum adeat, ejusque commentaria commodato accipiat, ex

iis

ris excerpturus quæ, utilia mihi fore noverit.

Plurimam ſalutem, quæſo, meo nomine dicas chariſſimo Socio tuo R. P. Hieronymo Pez, quem ambabus ulnis complector. Multum etiam te ſalvere jubet Tibi devotiſſimus Socius meus Petrus Sabbatier. Vale, amicorum optime, hæcque Bocchi apud Saluſtium verba Tibi dicta puta: *Fuerit mihi pretium eguiſſe aliquando tua amicitia, qua apud animum meum nihil carius habeo; id adeo experiri licet; quidquid animo lubet, ſume, utere: & quoad vives, nunquam Tibi redditam gratiam putaveris, ſemper apud me integra erit: denique nihil me ſciente fruſtra voles.*

Pariſiis XIII. Kal. Februar. M. DCCXII.

IV.

Admodum Reverendo Patri ac Domino Bernardo Pez, amico ſingulari, Fr. Renatus Maſſuet

S. P. D.

Ecce litteras tuas accepi, ut ſinapi poſt prandium; Sic fert tritum apud noſtrates proverbium. Jam enim & ſarcinam biduo ante Argentinam miſeram, &

litteras ſcripſeram, non ad te, quem vivatem neſciebam, aut tota Germania vagatem ſuſpicabar, ſed ad germanum fratrem R. P. Hieronymum. Siccine tempeſtiva numquam dabis, meque immeritum indiligentiæ tuæ pœnas luere coges? ut tamen longiſſimas a me litteras exſpectas; immo quam breviſſimas habebis, ut te vel hæc pœna, levior utique pro culpa, diligentiorem deinceps faciat: feci tamen quod voluiſti, (& quid tibi vel ab irato negari poſſet?) Scripſi ſtatim ad D. Bartenſteinium patrem, ut ſarcinam tuam Vlmam primo mittat, pro votis tuis. Quid ea complectatur, ex epiſtola R. P. Hieronymi diſces. Prævolui, quod ipſe voluiſti, immo quod voluit Dominus Gentilotus: ad eum quippe miſi Bibliothecam Coislinianam Montefalconis noſtri, cum novis Petri noſtri Couſtant vindiciis codicum MSS. adverſus novas Germonii Jeſuitæ ineptias. Curabis profecto, ut tum ſarcina eidem Cl. Viro inſcripta, tum epiſtola mea tute perferantur. Haud ſcio, an ita placitura ſint, quæ tibi mitto. Admodum placent, quæ tu miſiſti, Et gratias ago quam maximas poſſum.

Sed vehementer diſplicet, quod dicis, te præ verecundia & pudore auſum non fuiſſe

a me

a me petere quintum Annalium Tomum. Sic tu mecum agis, amicus cum amico? Me beneficiis cumulas ac muneribus, totique Germaniæ mei cauſa ſtimulos addis: & tamen librum a me petere pudor eſt? At tu non petebas; Sed rogabam ipſe, an haberes, incertus an tempore belli tibi comparaſſes nec ne: Si enim mittendi facultas fuiſſet; ut voluiſſem, non rogaſſem, ſed ilico miſiſſem. Pone, quæſo, timidum nimium ac præpoſterum pudorem, & ſi me amicum habere vis, eadem libertate mecum utere, qua tecum utor. Pete, ſic volo, ſic iubeo, quodcumque penes me eſſe noveris, certus te confeſtim habiturum. Sed vereor ne paullo inconſultius quintum hunc Tomum miſerim, non ſatis inſpectis foliis, ne quid forte deficiat. Præter cæteras icones æri inciſas & propriis locis affixas, duæ aliæ ineſſe debent exemtiles: altera Mabillonii, nova & initio præfigenda; altera eccleſiæ Cluniacenſis circa medium; quæ utrum inſint, haud ſatis memini: ineſſe tamen puto. Si forte deeſſent, quam cito moneas; interimque librum ad uſum tuum conſui, non certe compingi iubeas, donec per curſorem aliquem regium miſerim quod defuerit. Sed doleo, quod plu-

res

res Mabillonii icones, nec diſſimiliter, nec ineleganter effictas, tibi, amicisque tuis & meis non miſerim. Excidit penitus é memoria, ſed alia occaſione fiet. Quos libros memoras, mihi comparabo vel per Bibliopolas noſtros, vel per D. Bartenſtenium. Si quos tu ex iis, quos nuper misisti, emeris, dic, quæſo, ut ſumptus refundam. Opera quippe tua libenter utar, at non pecunia. Haud dubium, quin plura tibi cum in Archivis, tum in Bibliothecis occurrant mihi apprime neceſſaria: quibus tamen carere malim, quam a te mihique tanto cum labore & temporis jactura exſcribi. Sed ſi mercenarium quempiam exterum conducere poſſes, qui quæcumque deſcribere tibi operæ pretium eſſe videretur, noſtris ſumptibus exſcriberet; quamcumque pecuniam ſolviſſes, omnem ad obolum usque, ut par eſt, tibi vel per Baſileenſes, vel per Argentoratenſes rependerem, nec ſine multiplici gratiarum fœnore. Vide, mi Bernarde, quid fieri poſſit deceatve: rem totam tibi prudentiæque tuæ & committo & permitto. Is ſum, qui malim omnibus carere, quam cuiquam mortalium oneri eſſe, multo minus amicis. Satis ſcio, nihil me boni e Germania habere poſſe, niſi

niſi per te: id tamen nolim cum tuo, vel leviſſimo quovis, incommodo. Cogitavi ipſe plus ſemel Germaniam adire, ut quondam fecerat Mabillonius, nec repugnarent Superiores noſtri: at deterrent innatæ Germanis in Gallos ſuſpiciones. Vni Germano patere poſſunt monaſteriorum Archiva, Gallo cuivis impervia. Vellet tamen, ô quam vellet! amicus quiſpiam tuus in aliquo Germaniæ angulo iis præſertim temporibus deliteſcere, ubi procul turbis Vni Deo & ſtudiis vacare liceret. Quod hortanti te Epiſcopo morem gerere renuiſti, prudenter omnino feciſti. Sed alii ſunt, qui ad incitas redacti, ſcriptorumque grandine obruti, non hortantur modo, ſed cogunt, & quisquis renuit, non ſine libertatis periculo facit. Calamum inſontem ac purum ſervare ſibi amicus ille conſtituit, nec fœdabit umquam. An impune? Deus ſcit. Quid ſi eum aliquando genibus tuis provolutum videres, fruſtulum panis emendicantem, vel potius locum ſeceſſui aptum rogantem? operam laboranti non denegares. At Auſtriam nollet ille, quia maior illic quorundam auctoritas. Vrbem liberam, puta Auguſtam Vindelicorum, vel tutum quempiam locum mallet, in quo nulli

nulli gravis, omnibus commodus viveret. Fuga ſibi quandoque conſulere, docemur Chriſto, licet, ubi ſalutis æternæ diſcrimen imminet, modo ne fuga vitæ licentioris occaſio ſit, quod abſit. Si quid infauſti evenerit, quod Deus avertat! Tu de amico illo tuo cogita, & vide, prudentiſſime tamen, quid fieri poſſit? Sed cave nomen umquam prodas, quod æternis tenebris mancipari vult; tibique ſoli ſcripta ſint iſta, nec a quoquam alio legantur. Nulla tamen te conficiat ægritudo. Dei nutu reguntur omnia, nec tentari nos umquam ſinet ſupra id quod poſſumus. Noſtrum eſt avitam fidem etiam cum vitæ diſcrimine ſervare, cætera ad omnipotentis arbitrium permittere. Si prius aliquo in loco non liceat, quærendus alter, ubi id liceat, nec de incommodis ſatagendum, ut ſaluti conſulatur. Quid refert hic vel illic ſimus, modo Dei ſimus, cuius eſt terra & plenitudo eius. Satis intelligis, quo loco res ſint: plura alia ne referam vetat prudentia, præcluditque verba dolor. Tu cum de iis reſcripſeris, obſcurius facias. Vale, amiciſſime mi Bernarde, Deum nobis iratum aſſiduis tuis tuorumque precibus placare ſtudeas. Plurimam ſalutem verbis meis

dicas

dicas digniſſimo germano tuo R. P. Hieronymo, cuius percupidus ſum. E Cœnobio Pariſienſi S. Germani a pratis Non. Jul. MDCCXV.

V.

Reverendo admodum, Religioſiſſimo ac Clariſſimo Domino Patri Bernardo Pez, amico dulciſſimo, Fr. R. M. quidquid amicus amico.

REverſus ex itinere, quod in Nortmanniæ partes ſuſcepi, litteras tuas ſuaviſſimas reperi; & quidem eo ſuaviores, quo utiliores. Nec enim officioſa verba duntaxat, ſed & res continent, quibus gratiſſimus utar. Sed quid de adjuncta ſchedula? Pauciſſimis quidem verbis, ſed iis efficaciſſimis tuum in me amorem prodit, cui quidem ego amori utinam cæteris rebus poſſem! amore certe reſpondebo. O Bernarde mi, adjutor in opportunitatibus, in tribulatione! Tanta hæc erat, cum nuperas ad te litteras ſcribebam, ut pæne ſuccumberem. Foris pugnæ, intus timores, undique tonitrua & fulgura & voces:

pro-

procera quæque capita fulmen attingebat, conterebatque. Meum quidem & vile & humile, at multas ob cauſas fulmini obnoxium, quia & læſæ *Societatis* reus dicor, & Evangelicæ veritatis ſtudioſus exiſtimor. Ad hæc Eminentiſſimo Archiepiſcopo noſtro fidem ſervavi, nuperæque Conſtitutioni Pontificiæ, quæ Chriſtianam fidem ab imis fundamentis ſuccuſſit, adverſatus, ei propugnandæ calamum meum conſecrare nolui: immo non detrectavi modo, ſed & ad ipſa verba exhorrui. Hoc meum crimen, quod & proborum quorumque fuit, quos idcirco Molinianorum furor vel in teterrimos carceres detruſit, vel ſolum vertere coëgit. Plura quidem de rebus noſtris audiſtis, ſed nunquam tanta, quanta revera erant. Fumum eminus conſpiciebatis, nos ignem late graſſantem, ac tecta noſtra miſere depaſcentem, ſibi quisque timens ſarcinas colligebat: colligebam & ipſe, paratus primo ſigno dato in ſinum tuum convolare, extrema quæque perpeti malens, quam avitam fidem prodere. Sed tandem qui mari terminos figit, ſævienti heu! nimium procellæ dixit, *huc usque*. Et certe in tempore opportuno. Ad extrema quippe ventum erat, nec quidquam deinceps

deinceps niſi teterrimum ac funeſtiſſimum exſpectandumerat. Vix credent poſteri. At ex quo regni habenas, vix quinquenni rege, ſibi ſumſit Sereniſſimus Dux Aurelianenſis, ſapientiſſimus moderator, in camo & freno perſecutorum maxillas conſtrinxit, carceres aperuit, exſules revocavit; adeo ut liberiori jam cœlo uti, & aliquantulum reſpirare liceat. Qui prius exultabant in rebus peſſimis, jam dolent, non de patratis malis, ſed de iis, quas patrare non licuit. Ignoſcat illis Deus, Eccleſiamque noſtram tot tantisque procellis dudum jactatam ac pæne quaſſatam componat. Magna quidem ſpes; Sorbona diutius oppreſſa caput effert: Supereſt ut Bulla pontificia, per vim obtruſa, procul finibus noſtris pellatur. Admittant, ſi lubet, *Infallibiliſtæ* veſtri: nos, qui infallibilitatem non ex vanis præiudiciis, ſed ex rei veritate expendimus, infallibilem negabimus eum, quem tam turpiter falſum fuiſſe, certis ac invictis argumentis demonſtrare poſſumus. Sed de his ſatis. Nondum eatenus tanta, tamque libere, quia tutum non erat. Nunc & ſcribere & loqui tutius: tutiſſimum certe, immo æquiſſimum, immortales tibi gratias agere pro

tua in me caritate. Vtinam tandem a-
quando referre liceat! At quamdiu vixero,
aſylum mihi tam amice oblatum numquam
obliviſcar.

Doleo, quod Mabillonii effigies quinto
Annalium Tomo tibi miſſo deſit. Iactu-
ra reſarcietur. Hæreditarius Princeps Wir-
tenbergicus Pariſiis nunc degit: Iuven-
tis eius moderator Chriſtophorus Pfaffius,
mihi dudum notus, in comitatu eius eſt.
Huic credidi faſciculum ſex icones tibi
amicisque tuis deſtinatas continentem, &
ſeptimam tenuioris chartæ, initio Tomi,
obverſa ad titulum facie, præmittendam.
Promiſit, ſe brevi miſſurum, vel Vlma, vel
Vienna, prout occaſio, quæ non deerit,
ſe offeret. Tantiſper igitur ſuſtine: le-
vior quippe faſciculus eſt, quàm ut re-
ctoribus publicis mitti poſſit. Regiis qui-
dem curſoribus uti ſi licuiſſet, brevius &
expeditius fuiſſet: Sed Rege noſtro mor-
tuo, totaque aulæ facie immutata, qui jam
curſores ſint, non novi. Opus R. P. Hie-
ronymi, germani tui, de Rerum Auſtria-
carum Scriptoribus, avidus exſpecto. Hor-
tare, urge, ſtimulos adde, ut cito prodeat.
Quantum enim utilitatis ex eo percipere
poſ-

poſſim, probe noſti. Tu interim quod moliris, amice mi? Vereor, ne ſuſceptum à te Opus de Scriptoribus noſtri ordinis refrigeſcat. Nollem tamen: id quippe vehementer cupiunt multi; & niſi tu adgreſſus fuiſſes, adgreſſi fuiſſent alii, quos dehortatus ſum. Superior noſter Generalis, vir quidem bonus & litterarum fautor, ſed operum haud ſatis rectus æſtimator, quoſcunque poteſt, hortatur ad id ingrediendum; Et quidquid dixerim, altius animo defixum amovere non potui. Nuper adoleſcentes duos ad S. Dionyſium acceerſivit, ut in id incumbant, & intra biennium conficiant. Papæ! tantum opus intra biennium? At emunctæ naris iuvenes ſic deterrui, ut ſegnes manus, ne palam repugnare videantur, operi adferentes, ad alia utiliora animum intendant. Nihil proinde eſt, quod ab iis timeas. Si enim impoſitis ſibi mandatis parere cogerentur, infeliciter omnino iis cederet. Vt tamen vel eorum, vel aliorum quorumvis prurientes digitos coërceas, auctor tibi ſum, ut operis tui Prodromum quamprimum conficias, & in publicam lucem emittas, quo conſilium tuum exponas, horteris eruditos omnes, cum domeſticos, tum ex-

teros, ut tibi opem ferant, opus jam pene maturum denunties, ac intra pauciſſimos annos, puta biennium, prælo committendum, &c. Id fac, ſi me audis, & quam cito. Cave, Prodromus Epiſtolæ limites excedat, ut facile ad exteras gentes per curſores publicos mitti poſſit. Exemplaria quædam ad me mittes, quibus noſtrorum & aliorum, quoscumque novero, præproperos impetus coërceam. Volo quippe, ut Operis iſtius gloria tibi uni ſervetur.

Pæne oblivifcebar, quod tibi ingratum non fore certo ſcio, Eminentiſſimum Cardinalem de Noalliis, Archiepiſcopum noſtrum, virum utique veneratione digniſſimum, quem Jeſuitarum furore pæne abjectum vidimus & e ſede ſua pulſum, tanta apud D. Regni Adminiſtratorem cæterosque optimates valere, ut ab omnibus conſiliis & arcanis ſit. Conſilio rerum Eccleſiaſticarum præfectus eſt, adjunctis Procuratore Generali Senatus Pariſienſis, & alio ejusdem Senatus Senatore Eccleſiaſtico, viris utique & probiſſimis & peritiſſimis & legum noſtrarum tenaciſſimis, quas proinde Romanis violare deinceps impune

non

non licebit. Excluſi ab hoc conſilio & ab omnibus aliis Jeſuitæ, de beneficiis Eccleſiaſticis pro arbitrio in poſterum non diſponent, nec ſic vilibus mancipiis ſuis ea ratione gratificari poterunt. Quanta rerum converſio! Tu ſi quid novi noveris, quod ad Conſtitutionem Pontificiam ſpectet, nuntiare ne dubites. Eam nullo e ſuggeſtu publico veſtris in regionibus promulgatam fuiſſe, jam ſcripſiſti; idque te affirmante pro certo teneo. Plurimum valuit hic teſtimonium tuum (ſuppreſſo tamen, ut par erat, nomine tuo) ad refellendos eos, qui contrarium palam & præfracte jactitabant, & in vulgus ſpargebant. Vale, amicorum optime & ſuaviſſime, meque, ut facis, amare perge.

Plurimam ſalutem verbis meis dicas velim germano tuo R. P. Hieronymo, cui addictiſſimus & devotiſſimus & ſum & ero. Sabbaterius meus ſtudiorum noſtrorum pertæſus, me derelicto, ad S. Dionyſium ſeceſſit, ut ſibi ſoli ſtuderet. Alios duos in eius locum mihi adjunxi: alter, cui nomen D. Franciſco le Texier, ex Sacræ Theologiæ Profeſſore, vir haud vulgaris meriti & eruditionis, ultimum

Actorum Sanctorum Tomum abſolvendum & edendum ſibi ſuſcepit. Alter D. Petrus Vallée, junior eſt, ſed & ipſe magnæ ſpei. Vterque plurimam ſalutem tibi dicit. Iterum vale. IV. Non. Octob. MDCCXV.

τέλος.

VI.
DE
STRATONIS LAMPSACENI ATHEISMO
Diſſertatio Epiſtolaris

Ad

Virum Clariſſimum

JACOBVM ZIMMERMANNVM TIGVRINVM,

Auctore

JACOBO BRVCKERO.

INter eos, de quorum impietate erga DEUM mentionem in Tuis feciſti, Clariſſime Zimmermanne, Strato quoque eſt, a patria Lampſacenus, a ſtudiorum genere & excellentia Phyſicus dictus. Huic non heri demum vel nudius tertius Atheiſmi

notam fuiſſe inuſtam, vel ſolo terſo CI-CERONIS teſtimonio conſtat, qui *Acad. Qq. l. II. vel l. IV.* potius *p. m. 48. T. III Opp. edit.* Dion. Godofr. de Stratone: *is* ait, *negat opera Deorum ſe uti ad fabricandum mundum, quæcunque ſint, docet omnia effecta natura - - - Sic ille & Deum magno opere liberat, & me timore. Quis enim potest, cum exiſtimet a Deo ſe curari, non & dies & noctes divinum numen horrere? & ſi quid adverſi acciderit, quod cui non accidit? extimeſcere, ne id jure evenerit?* Quibus verbis vir in veterum philoſophorum ſententiis pernoſcendis feliciſſimus Stratoneo potiſſimum ariete providentiam divinam infringi, & ſine aſſertione operantis in naturalibus Deitatis totum tamen philoſophiæ ſyſtema conſiſtere poſſe infert. Ex recentioribus inter peſtilentiſſimum hominum genus Stratonem retulerunt non gregarii in exercitu literario milites, ſed præſtantiſſimi anteſignani & æternitati inſcripta nomina, LEIBNIZIVS, CUDWORTHVS, BAYLIVS, BVDDEVS, at quanti viri! & quam digni in his rebus arbitri! Aſt diverſo id quoque a ſingulis factum modo diverſoque reſpectu. Illuſtris enim LEIBNIZIVS Stratonem Spinozæ & Hobbeſio

quoque

quoque jungit, qui rebus neceſſitatem quandam cœcam adſcribunt, quod docuerit, res omnes exiſtere ſine intelligentia & eligendi libertate, adeoque ſine Deo, quo opus minime ſit, quia, neceſſitate rerum ita cogente, omnia ex propria exiſtunt natura & eſſentia, ut neceſſario duo & tria quinque faciunt, *reflex. ſur le livre de Mr. Hobbes*, *Theodic. pag. m.* 428. edit. Gall. recentiſſ. CVDWORTHO vero eo potiſſimum nomine Strato vapulat, quod materiæ animam licet brutam adſcribendo atheiſmum hylozoicum invexerit, *Syſtem. intell. pag.* 107. cujus epitomen dedit Cel. CLERICVS *Bibl. choiſie T. II. art. I. §.* 7. *p.* 29. non diſſentiente ipſo hoc viro doctiſſimo. PETRVS vero BAYLIVS *Dict. hiſt. crit. T. III. art. Spinoſa* ideo inter atheos Stratonem refert, vel eos ſaltim, qui Spinozæ impietati præluſerunt, quod non alium Deum, quam ipſam naturam, ſive hoc univerſum agnoſcat, quem quoque ſequitur Vir ſummus, & nunquam nobis ſine honore nominandus JO. FR. BVDDEVS in diſſ. *de Spinoziſmo ante Spinozam §.* 6. *Analect. Hiſt. philoſ. p.* 316. *ſeqq.* & *theſ. de Atheiſmo c. I. §.* 16. qui tamen poſt Baylium more ſuo egregie monet, differre

ejus ſententiam a Spinozæ, quod cum Epicuro materias in plurimas particulas diſcerpat, cum Spinoza contra unam hujus univerſi ſubſtantiam agnoſcat: præterea Strato initium mundo huic dederit, ex temerario fortunæ impetu illud cum Epicuro accerſens, cum Spinoza contra vi ſuæ hypotheſeos non poſſit non æternum perpetuumque mundum aſſerere. Has quis non graviſſimas accuſationes eſſe vel auctorum teſtiumque auctoritate magnum præ ſe pondus ferentes concesserit?

Verum non auctoritate ſolum graviſſimorum virorum, ſed rationibus quoque magnam ſpeciem præ ſe ferentibus Strato premitur, quas paucis delibabimus. Primum enim, quod ſupra monuimus, & ex adducto quoque Ciceronis loco ſatis patet, providentiam divinam ex rerum natura ſuſtulit. Deum vero tollere videtur, qui providentiam negat; vid. Viri magni JO. FR. BVDDEVS *theſ. de Atheiſmo cap. III.* §. 1. & JO. ALB. FABRICIVS *Syllog. ſcr. de V. R. C. c. XVII. p.* 409. & quos hic fuſe laudat. Sed ſecundo quoque ipſam divinam mentem ex rerum natura proſcribit, qui *dat*, monente CICERONE l. c. *Deo immunitatem magni quidem muneris; negat*

at ſe Deorum opera uti ad fabricandum ndum, quæcunque ſint, omnia effecta eſſe tura; nec ut ille, qui aſperis & lævibus & matis uncinatisque corporibus concreta hæc e dicat, interjecto inani; ſomnia hæc cenſet e Democriti non docentis ſed optantis; ipſe item ſingulas mundi partes perſequens, quicvid aut ſit, aut fiat, naturalibus fieri aut actum eſſe ponderibus & motibus. Immo tero, quod majus atque pejus, teſte eodem CICERONE *de nat. Deor. l. I. p. m.* 278. *mnem vim divinam in natura ſitam eſſe cenet, quæ cauſas gignendi, augendi, minuendive habeat, ſed careat omni ſenſu & figura.* Quibus verbis non aliam divinitatem admittere videtur, quam naturam rebus ipſis impreſſam, quam cum plaſticam, omniaque formantem faciat, non incommode hylozoiſmi auctor vel aſſertor cenſeri poteſt. Quibus ſuccinit AVGVSTINVS *de Civ. Dei l. VI. c.* 10. ubi eum *Deum facere ſine animo*, id eſt rebus corporeis vel materiæ ſaltem divinitatem adſcribere ſenſu & ratione carentem obſervat. Quibus quarto id adjungi quoque poſſe putamus, ſi res omnes per ſe ſolæ ex natura ſua ſe ipſam formante oriantur & fiant, & ex ſe ſuaque eſſentia exiſtant, quod Stratoni adſcribit

Cicero,

Cicero, inde ſua ſponte conſequi, om per abſolutam quandam fieri neceſſitat quod non poteſt non peſſimis Atheiſmi dicibus annumerari. Quam neceſſitat quoque per definitionem τοῦ ὄντος, q ſit διαμονὴ τῶν ὄντων, *permanentia vel ſu ſtentia entium inſinuaſſe* videtur apud PR CLVM *l. IV. in Timæum p.* 242. 243. Salva nim iſta hypotheſi non poſſunt non entia in entitatem, ut barbare loquar, habere, qu perpetuo & neceſſario maneant & ſub ſtant, cum aliam ſubſtantiam non admi ſe videatur, quam formas, accidentia πάθη, qualitates, vel, ut recentiorum vo utar, modos, materiæ congregata invice ex particulis & conflata, & ex ſe ſuaque na tura combinata ſuum exiſtendi modum operantia & formantia. His omnibus PLVTARCHI tandem accedit quoque au ctoritas, qui *adv. Colot. T. II. pag. m.* 418. Stratonem refert *mundum animal eſſe nega re, velleque naturam ſequi temerarios fortu næ impetus; initium enim rebus dare ſpontaneam quandam naturæ vim, & ſic deinceps à eadem natura phyſicis motibus imponi finem.*

Capita hæc ſumma ſunt accuſationis contra Stratonem, quibus magna eum ſu ſpicione Atheismi premi, quis non ultro fa teatur?

teatur? Nondum tamen ita mihi comparatum cum iis eſſe videtur, ut nihil contra ea excipi & ad defendendam Stratonis cauſam afferri queat. Nam quod primo loco dictum eſt, providentiam Dei ex mundo eum ſuſtuliſſe, id recte intelligendum eſt. Non tollebat enim Strato omnem divinitatis providentiam, ſed in moralibus eam admittebat, quod non abſurde ex eo colligas, quod apud DIOG. LAERT. *l. V. ſ.* 58. *ſeq.* ejus libri *de juſtitia*, *de bono*, *de felicitate*, *de divina afflatione*, *de injuſto* enumerentur, quorum argumenta ſine providentia concipi non commode poſſunt; unde caute & non niſi relative intelligenda, quæ CICERO *de finibus l. V.* innuit, *perpauca de moribus eum dixiſſe.* Quod vero ad phyſica attinet, duplici modo tolli vel removeri potius poteſt providentia; vel ut omnia caſu fortuito concurſuque atomorum ſine provida mentis directione orta dicantur, quæ ſententia Democrito & Epicuro placuit; vel ut mens quidem divina rebus omnibus, vel particulis potius, vim, capacitatem, naturam ſe ipſam formandi, quæ divinitas Stratonis in poſteriori Ciceronis loco eſt, dederit, eamque providentiſſime ad fines ſuos diſpoſuerit, poſtea eas

vero

vero ſuis legibus conformiter agere p
mittat, & ita de rebus amplius natural
providentia & influxu ſpeciali non diſp
quæ ſententia Durando olim & Aur
Cardinali placuit, quem priorem vide *l.*
Sent. diſt. 1. *q.* 5. *diſt.* 37. *q.* 1. immo P
lagianos huic ſententiæ præluſiſſe poſt H
ronymum pluribus probat PAVL. S
VOGT. *diſſert. acad. p.* 361. *ſeqq.* qui
ex recentioribus quoque hujus ſent
patronos addit Illuſtris LEIBNIZIVS L
dovicum Pererium & Bernierium, *Theo*
P. I. §. 27. *pag. m.* 89. quibus nos mo
adjicimus NIC. TAVRELLVM *de mu*
ætern. pag. 2. & V. C. JO. CLERICVM
Pneumatol. Sect. III. c. 6. §. 10. *ſeqq. p.*
123. *ſeqq. & Logic. P. I. c.* 10. qui co
munem in eo Arminianorum ſententia
ſequitur: Conferendaque ſunt, quæ inter
Viros ſummos Neutonum, Clarkium &
Leibnizium diſputata ſunt, vid. *Recueil de*
diverſes pieçes de la philoſophie &c. T. I. p.
2. *ſeqq.* Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ, quæ eo tan-
tum fini attulimus, ut conſtaret, iſtam ſen-
tentiam arriſiſſe viris, quos inter atheos nu-
meraverit nemo. Poſteriori vero tantum
ſenſu Stratonem providentiam & concur-
ſum ſive influxum Dei ſuſtuliſſe, allatus Ci-

ceronis

ceronis locus ipſe ſuadere videtur admodum, quia non tantum in ejus hypotheſi particulæ a Democriti confuſo & fortuito ortu removentur, ſed Deus non obſcure quoque ſupponitur, quem non negaſſe Stratonem, ſed magno tantum opere (perpetui influxus, concurſus & directionis, contra quod in antecedentibus Vellejus diſputat) liberaſſe, eique operis immunitatem dediſſe Cicero affirmat. Et ex his facile, quid ad ſecundum quoque & tertium accuſationis caput reſponderi queat, colligitur; ſcilicet, permiſiſſe quidem naturæ ſuæ plaſticæ materiæ particulas Stratonem, ſine interventu mentis divinæ, ita tamen, ut a Deo iſtam divinitatem, iſtam agendi ſecundum pondera & motus proprios facultatem acceperint, ſemelque primitus motæ a prima cauſa ſe ipſas porro moverint, rationalique modo, licet ſine ſenſu & intelligentia, coaluerint, & ita aſpectabilis orbis facies enituerit. Hæc enim haud abſimili quoque modo BVRNETIO, quique eum ſecuti ſunt, theoriæ telluris conditoribus placuere, quos tamen nemo ideo inter atheos retulerit, etſi de eorum quoque opinione fatendum ſit, quod de Democriti Strato dixit, ſomnia hæc eſſe non docentis,

tis,

ſq. & poſt eum a TH. STANLEIO. *Hiſt. philoſ. T. I. P. V. p.* 498. & partem quoque a IO. IONSIO *de Script. Hiſt. Phil. l. II. c. 2. p.* 121. *ſeq.* & alibi enumerantur, imprimis quos *de Diis*, *de Spiritu*, *de cælo &c.* conſcripſit, ſupereſſent, facile forte de ejus mente nobis conſtaret. Sed periere iſti omnes injuria temporis, nec Stratonis quisquam foetus ſupereſt; librum enim περὶ χρωμάτων, qui inter Ariſtotelis opera comparet, Stratonis eſſe, quod HERM. CONRING. in *Ep. ad Rachelium*, & FR. PATRICIO *diſcuſſ. peripatet. p.* 44 viſum eſt, leviſſima tantum conjectura nititur, qua eadem probabilitate Theophraſto cum MERCVRIALI *Var. Lect. l. III. c.* 13. adſcribi poteſt, monente Viro Summo IO. ALB. FABRICIO *Bibl. Gr. l. III. c.* 6. §. 20. *p.* 136. Non alii itaque nobis fontes ſuppetunt, nec propiores Stratoni teſtes Cicerone & Plutarcho, qui tamen & ab ejus ætate ſatis ſunt remoti, & obſcuri atque ambigui in ſua relatione. Penſitatis itaque utriusque partis argumentis, recte nobis feciſſe videtur Vir S. Rev. IAC. FRID. REIMMANNVS *in Hiſt. univ. Atheiſmi c. XXVII. §. 3. p.* 186. *ſeqq.* quod ſententiam

ntiam ſuſpenderit ; & de tota hac, de
aa hucusque diſceptavimus, quæſtione hoc
on injuſte damus judicium :

NON LIQVET.


AMOENITATES LITERARIÆ,

Quibus

VARIÆ OBSERVATIONES,

Scripta item quædam anecdota & rariora Opuſcula exhibentur.

TOMUS DECIMUS QUARTUS ET ULTIMUS.



FRANCOFURTI & LIPSIÆ,
Apud DANIEL. BARTHOLOMÆI & FILIUM.
MDCCXXXI.

Viro
Generoſiſſimo atque Conſultiſſimo
Domino Domino
EITHALIO FRIDERICO LUPINO
J. V. Lic.
Et
Memmingenſis Tabularii Publici
Directori Ampliſſimo
Magni deque Patria Noſtra Meritiſſimi
Parentis Filio Digniſſimo,
Patronorum ſuorum
haud poſtremo,
Poſtremam hanc Opellæ ſuæ
literariæ particulam in publicum
inſignis obſervantiæ ſuæ
teſtimonium
ſacram devotamque cupit,

 Atque

Atque ut porro

Laudabili beati Anteceſſoris ſui exemplo & ipſa egregiæ indolis ſuæ bonitate incitatus facilem ſibi aditum ad Chartophylacium civicum benevole concedat,

magno ſtudio

petit,

cum ſincero voto,

Ut conjugium, quod proxime bono cum Deo auſpicaturus eſt,

Primum licet, Ipſi vere ſecundum, lætiſſimum, atque omni ex parte beatum ſit!

Ampliſſimi Ejus Nominis

Cultor addictiſſimus

Jo. Georgius Schelhornius.

I. Ora-

I.

Oratio Panegyrica (†) DE COELII SECVNDI CVRIONIS Vita atque Obitu,

Habita Baſileæ Anno 1570. in magna Procerum & Juventutis Academiæ Baſileenſis Panegyri,

à

JOHAN. NICOLAO STVPANO Med. Doctore & Profeſſore.

(†) Hæc oratio quum rerum apprime memorabilium copia refertiſſima ſit, in ſpem venio pene certam, non minori eam animi oblectatione, quam me, Lectores meos perluſtraturos eſſe. Multum igitur debere me profiteor humanitati Viri non Virtute minus ac Eruditione, quàm genere Nobilitati mihique amiciſſimi, qui illam mecum adjectis egregiis Obſervationibus communicavit.

SI rectè ac ſapienter jam olim à majoribus factum eſſe cenſemus, Magn. Dom. Rector, Clariſſ. Doctiſſimique Viri, Juvenes ac Studioſi ornatiſſimi, quòd iis, qui virtute præ cæteris mortalibus in hac vita excelluiſſent, Statuas poſt obitum atque Columnas decreverint, ex quibus perpetua eorum virtutis memoria conſervaretur: eos quoque laudare debemus, qui, ceu vivæ Statuæ hujusmodi præſtantium Virorum, res geſtas atque vitam oratione ſcriptisque illuſtrant.

Eſt enim idem utrisque finis propoſitus, eorum virtutis memoriam ad poſteros propagare, & exempla iis ad imitandum proponere: quod ſicuti virtus majorum tantam vim apud poſteros, qui ex eadem Familia nati ſunt, obtinet, ut nec eorum benè facta, nec malè facta in occulto patiatur: ita quoque eorum ſplendoris recordatio, qui in Rep. adminiſtranda, & literarum ſtudiis promovendis excellentes fuerunt, permagnum pondus ſolet obtinere apud eos, qui poſtea cùm in Republ. tùm ſcholis ſuccedunt, magnâque efficaciâ ad inſiſtendum eorum veſtigiis incitare. Atque id, cùm in aliis quidem Academiis pro more ſæpius, & in hac quoque noſtra ali-

quando

quando fieri conſueverit: expectavi ego ſanè hactenus, ut ex Senioribus aliquis prodiret; qui majori authoritate idem præſtare poſſet, COELIO SECVNDO CVRIONI, Viro ob inſignem eruditionem & ſingularem pietatem maximo, meo ac multorum veſtrûm etiam, qui in hac doctiſſimorum Hominum corona ſedetis, Præceptori. *Sed* cùm hucusque neminem prodire viderem, fortè quod ſeniores ad juvenes, & hi viciſſim ad illos pertinere iſtud putarent: ego certè, quamvis ob tenuem dicendi facultatem ſcirem, me huic muneri parem non eſſe; quoniam tamen mihi à Mag. Dom. Rectore, procerum Academiæ nomine, demandata eſſet provincia continuandi ipſius defuncti Lectiones, donec proſpiciatur de aliquo, qui tanto Viro ſuccedere queat; operæ pretium me facturum ſperavi, ſi antequam ad opus ipſum accederem, Præfationis loco, de tanti Viri vita atque obitu memorabili, pauca quædam dicerem. Id autem in eum finem potiſſimùm, ut poſtquam revocaveritis in memoriam damnum, quod Academia ex tam eruditi, pii, ſapientisque Viri jactura accepit, vos quidem proceres cogitetis, quo pacto compenſari iſtud damnum oporteat: Juvenes autem ſcirent, tam dili-

gentem operam ſibi deinceps ſtudiis eſſe navandum, ut quod Præceptoris jacturâ illis deceſſit, id ſtudio & labore compenſent.

*videtur legendum *eo*

†forte deeſt *in*

Atque iſtud quidem ut facerem, * *non* facilius mihi ipſi perſuaſi, quòd ſcirem, me unum ex iis eſſe, qui optimè ſcire poſſent, quæcumque illi in vita ſua memorabilia acciderunt. Nam & cùm ante aliquot annos domi illius habitarem, multa ex ejus ore audivi, multaque etiam poſtea ſum ſciſcitatus, cùm ſæpius eum viſitarem, mecumque ille familiariſſime colloqueretur. Itaque jam opus aggrediar, & quæ huic Viro ſcio digna memoriâ accidiſſe, non equidem omnia commemorabo, quod uti, non abuti patientiâ veſtrâ oporteat, ſed illa tantummodo, quæ pro loci ac temporis ratione, mihi dicenda videbuntur, ex quibus ſingularem hominis pietatem, † ſubeundis periculis fortitudinem, in tolerandis conſtantiam, in docendo dexteritatem, eruditionem in ſcribendo, atque in cæteris actionibus miram prudentiam ſapientiamque intelligatis. Quarum rerum indicia non ſemel aut aliquoties in vita exhibuit: ſed ſtatim ab incunabulis in Italia, Gallia atque Germania, uſque ad extremum vitæ ſpiritum perpetuo demonſtravit.

Nam

Natus eſt COELIVS SECVNDVS CVRIO Anno ſalutis humanæ M. D. III. Calendis Maji Cyriaci Taurinorum, (quæ Regio hodie Pedemontana appellatur,) oppido non ignobili: habuitque Patrem JACOBVM TROTERIVM CVRIONEM, Virum nobilem, & nobilium affinitatibus clariſſimum, qui ex Carlotta uxore, Fœmina itidem nobiliſſima, vicenos ternoſque liberos ſuſcepit, ex quibus Cœlius noſter ultimus natu fuit. Is cum majorem fortunarum ſuarum partem Montecalerii haberet, (quæ eſt ejuſdem Regionis urbs ſatis celebris,) & illic honoribus fungeretur, eò quoque Cœlium infantem deduxit, & usque ad ſuum obitum educavit. Jamque cum major reliquorum pars obiiſſet, (binæ enim tantum filiæ ac tres mares è tanto filiorum numero ſupererant,) ipſeque natu minimus eſſet, vel imprimis à parentibus amabatur, quod animadverterent nimirum in eo, neſcio quid auguſtius, quàm in reliquis fratribus, jamque ſperarent, hunc paternam domum aucturum. Itaque ceu iſtud præſagientes, præter eam bonorum partem, quæ illi ex communi diviſione deberetur, domum paternam, quam illic habebant, cum quibuſdam prædiis ſuburbanis,

banis, ſacraque Biblia auro atque coloribus interſtincta, inque nobiliſſima membrana deſcripta; teſtamento legârunt.

Mortuis parentibus annum agebat ferè nonum, & à domeſtico pædagogo primum inſtitutus, moxque ad publicos Grammaticos deductus, mirifice proficiebat. Sed neque his Magiſtris paulo poſt contentus, TAVRINVM ceu alteras Athenas ſe contulit, ubi per aliquot annos apud Magdalenam proavam ſuam agens, audivit Georgium Cararam, Dominicum Machaneum, & Joannem Bremium, Oratores, Poëtas atque Hiſtoricos præſtantiſſimos. Mox etiam Jus Civile attigit, interpretantibus id inter cæteros Sphondrato Mediolanenſi, qui poſtea in Cardinalium numerum eſt cooptatus. Hîc vero cernere eſt, Clariſſimi Viri, quantum fuerit in adoleſcente ſtudium veritatis. Nam etſi ita fere à Natura comparatum ſit, ut in quibus ſumus enutriti, illa tueri atque defendere ſemper enitamur, & quæ hiſce contraria ſunt, facile damnemus: ille tamen nondum agens annum viceſimum, cum varii rumores per Italiam de Lutheri atque Zvinglii doctrina falſa ſparſi eſſent, ſtatim cogitavit, non eſſe ſibi damnandos hoſce, priusquam illorum libros legiſſet,

giſſet, quòd rumores ſemper diverſum quippiam falſumque rebus immiſcere ſolerent. In id ergo incubuit tum ſtatim, ut libros eorum, qui tunc circumferebantur, conſequeretur. Cumque operâ Hieronymi Nigri Foſſanei, & quorundam aliorum, qui tunc in Familia Auguſtiniana Taurini florebant, Lutheri libros de Indulgentiis, de Captivitate Babylonica, itemque Zvinglii de falſa & vera Religione, cum aliis quibusdam Philippi Melanchthonis operibus aſſecutus eſſet, legiſſetque, ita eſt illa admiratus, ut ſtatim decreverit in Germaniam tranſire, cum ob purioris Theologiæ, tum reliquarum politiorum literarum ſtudia, quod hæc, Melanchthone & Eraſmo in id ſuadentibus, admodum florere intelligeret. Itaque inito conſilio cum binis coætaneis Jacobo Cornello, & Franciſco Guarino, qui poſtea ambo inſignes Divini Verbi miniſtri facti ſunt, inſtitutum iter per Salaſſorum Regionem ingreditur, ſed ecce, ut in cæteris * *ſolent* dubii rerum humanarum eventus, ita quoque hîc accidit. Nam cum juvenes in itinere minus caute de rebus ad Religionem pertinentibus diſputarent, delata res fuit ad Bonifacium Eporediæ Epiſcopum & Cardi-

(*forte legendum, *ſunt*)

 nalem.

nalem. Quare obſervato illorum itinere, cum eſſent vallem Prætoriam ingreſſuri, à Cardinalis ſatellitibus capiuntur, & alii in alias, ipſe verò in arcem quandam, Caprianam nomine, ducitur. Hîc cum per duos circiter menſes fuiſſet detentus, intercedentibus amicis, quos in ea regione ex prima Nobilitate habebat, Cardinalis nihil in eum gravius decernit, ſed increpat tantum, & ne quicquam tale deinceps committat, ſevere cohortatur. Cùm autem inſignem juvenis eruditionem videret, ſumtus illi ad continuanda hæc ſtudia pollicetur, ſuisque litteris Commendatitiis ad proximum S. Benigni Coenobium, cujus adminiſtrationem à Leone X. iisdem fere diebus acceperat, dimittit. Hîc verò, Clariſſimi Viri, vidiſſetis hominem in maximis tentationibus periculisque fortem atque conſtantem. Nam cum illuc ad adorandas quasdam Reliquias, calvariam & alia quædam oſſa; quæ Divi Agapeti atque Tyburti Martyris eſſe ferebantur, magnus eſſet mortalium concurſus, ipſeque nonniſi ſuperſtitionem eſſe cognoſceret, non modo illis nullo pacto aſſentiebatur, ſed privatim etiam multos contraria hisce docebat, & in vera fide erudiebat. Verum enim vero Sathan, ut eſt

hoſtis

hoſtis veritatis, hîc illum impedire conabatur. Cùm enim inter cæteros docuiſſet etiam quendam Martinum Salierium, juvenem alioquin eruditum atque pium, & legendos illi ſuaſiſſet Philippi Melanchthonis Locos Communes: ille peregre profectus, & librum hunc in ſinu geſtans, mox ante portam, quà flumen præterlabitur, in beſtiam quandam veluti draconem, flammas evomentem, incidit, à qua cùm non quidem admodum læſus eſſet, ſed vehementiſſime perterrefactus, ad vicinum monaſterium Franciſcanorum confugit, & omnem rem uti ſucceſſerat, illis explicat & confitetur, cumque Franciſcani in librum atque religionem cauſam rejeciſſent, librum illis comburendum tradit, & de priori ſententia plane diſcedit. Quare cum ob periculum, quod jam immineret, tum ob mirabilem caſum, etſi ſollicitus eſſet COELIVS noſter, tamen quod putaret, haſce Sathanæ eſſe illuſiones, non modo conſtans in ſententia permanſit, verum etiam de tollendis plane reliquiis illis cogitavit. Itaque obſervato clavium loco, capſam aperit, in qua ſupra quodam Altari Reliquiæ continebantur, iisque denuo in ſuum locum repoſitis, quodam die, cùm cæteri aliis rebus

intenti eſſent, omnes illas Reliquias aufert & diſſipat, earumque loco Sacra Biblia ex Coenobii Bibliotheca deſumta reponit, inſcriptis hisce verbis: *Hæc eſt Arca Fœderis, ex qua vera ſciſcitari oracula liceat, & in qua vera ſunt Sanctorum Reliquiæ.* Atque hoc quidem facinus tam caute prudenterque patravit, ut nemo, toto * *ex* tempore, claves fuiſſe loco motas, ſuſpicaretur. Verum cum poſt tempus aliquod, die ſolenni, cum Reliquiarum ferculis, pompa ducenda eſſet, tum vero re plane nulli communicatâ, Mediolanum verſus aufugit: hincque ad urbem Romam & alias Italiæ urbes perluſtrandas profectus eſt. Hoc confecto itinere, Mediolanum iterum reverſus eſt, ibique diſcendo docendoque aliquot annos tranſegit, ob inſignem eruditionem docendique dexteritatem à præcipuis ejus urbis vicinorumque locorum familiis amabatur, & colebatur, & in cæteris vitæ actionibus, ita ſeſe illic gerebat, ut omnibus eſſet admirationi. Cùm enim eo tempore Mediolanenſes, & eorum vicini, ob bellicos tumultus Hiſpanorum, & Johannis Jacobi Medicei, (qui Muſſii ſedem ſuam habebat, & Rhetis quoque noſtris olim negotium faceſ-

(* forſan legendum, *eo*)

ſucceſſit,) ingenti fame premerentur, & ex ea poſtea tam ingens peſtilentia ſequeretur, quantam vix putant, iis locis poſt hominum memoriam fuiſſe : ipſe certe non modo pauperibus diſtribuebat, quæcunque multorum nobilium liberalitate haberet, verum etiam quibusdam locis extra urbem, quo ſeceſſerat, cum ISACIORVM Familia nobiliſſima, efficiebat apud Sacerdotes, ut, cùm nihil aliud ſupereſſet, pauperibus ex iis diſtribuerent, quæ in templis ſervabantur. Cumque omnes alii pro more Italorum, qui à peſte, ceu morbo contagioſiſſimo vehementer abhorrent, diffugerent, propinquosque ſuos relinquerent, ipſe omnibus aderat, conſolabatur, atque etiam mortuos ipſos, cum quodam ſuo ſocio, ſepeliebat. Itaque cùm tantam juvenis virtutem ISACII primarii ejus regionis nobiles vidiſſent, poſtquam deſiiſſet ea calamitas, ei uxorem dederunt, MARGARETAM BLANCAM, Puellam elegantiſſimam, ex nobiliſſima Iſaciæ gentis ſuæ Familia prognatam. Eſt autem Iſacia gens ex Mediolanenſi urbe oriunda, ſed nunc in plures Familias diſtributa, ſedes in variis Briantii montis locis obtinet.

Hâc

Hâc ductâ uxore (quam proinde & nunc quadrageſimo poſt nuptiás celebratas Anno, cùm uno ex denis ternisque liberis, filio Leone Viro egregio, unicaque filia Margareta, quæ in Italia remanſit, viduam reliquit,) viſum eſt in aliquem pacatum Italiæ locum eſſe proficiſcendum, ne perpetuis Hiſpanorum rapinis obnoxii eſſent. Itaque cùm ſcirent Caſale S. Evaſii Montisferrati Caput, unam eſſe ex pacatiſſimis Italiæ urbibus, multisque nobilibus & ipſius etiam Comitis Montisferrati Joannis Georgii aulâ celebratam, eò à Principe invitatus profectus eſt. Ibi cum pacate per aliquot annos vixiſſet, ſollicitabatur ab amicis, ut in patriam rediret; obiiſſe enim omnes fratres, & ampliſſima bona ſupereſſe, quæ illi hæreditario jure deberentur; jamque à Sorore Maria, quæ unica ſupererat, omnia teneri. Itaque profectus eſt in patriam, & à ſorore ejusque marito humaniſſime exceptus fuit: quod tantum inviſendorum amicorum cauſa veniſſe, nec quidquam deinceps poſtularum exiſtimarent. Sed cùm de inſtruenda domo cogitare eum viderent, & de hæreditate ſciſcitari, non modo nullam exhibuêre deinceps humanitatem, ſed in cauſa propemodum ipſi fuerunt, quod poſt captus fue-

fuerit, & cum omnibus fortunis vitam quoque fere amiſerit.

Quoniam autem valde memorabilis fuit illa Cœlii noſtri captivitas, Viri ampliſſimi, cauſaque extitit, ut ei in Italia deinceps nunquam amplius quiete vivere licuerit: isque in eo ſubeundo periculo magnam animi fortitudinem, & in ſe ſe ab eodem liberando ſummum ingenium, maximamque dexteritatem declarârit; velim, ut de ea pauca quædam attentius audiatis. Soror hæc, fingens imminere fratri Religionis causâ periculum, ut deterreret videlicet, ne quid amplius paternorum bonorum poſtularet, effecerat, ut Montecalerio (in qua urbe educatum fuiſſe, & habuiſſe paternam domum, ſupra diximus,) in vicinum oppidum, Ramoniſium nomine, cui Claudius quidam de Sabaudia imperabat, ſecederet: ratus, ſe illic res ſuas ſine periculo poſſe componere, & temporis ſucceſſu obliteratos iri rumores de ſe ſparſos, & poſſe denuo in patriam redire. Jamque ne otioſus eſſet, quosdam è prima nobilitate juvenes inſtituendos ſuſceperat, & cum ob eruditionem, tum dexteritatem docendi, atque humanitatem ſuam, omnium fere nobilium, qui in locis vicinis habitarent,

rent, amicitiam ſibi conciliaverat, & ab iis quaſi in oculis ferebatur. Itaque cum ſemel eſſet invitatus in vicinum locum, Caſtellerioleonem nomine, una cum multis aliis amicis, Viris nobiliſſimis, Dominicanum quendam Monachum, qui Taurino eo forte venerat, concionantem audit. Hic bonus Monachus, amplioris quæſtus gratiâ, in Lutheranos pro concione graviſſimè invehitur: aſſeritque, Lutherum propterea Germanis placere, quòd ſub libertate Chriſtiana omnis generis libidines concederet, doceretque inſuper, Chriſtum neque Deum eſſe, neque ex Virgine natum. Quæ cum vehementer totâ ferè concione urſiſſet, petit Cœlius, eâ finitâ, à Præfecto, ut ſibi quædam dicere liceret. Cumque & veniam & ſilentium facile impetrâſſet: *Grandia quædam*, inquit, *Lutheranis objeciſti, Domine Pater: ſed ubi hoc Lutherus aſſerit; potéſne locum aut librum indicare, ubi hoc doceat?* Ille è contrario non ſe equidem nunc poſſe, ſed ſi Taurinum ſecum veniat, cum hæc, tum alia, his deteriora demonſtraturum. Hîc Cœlius, Ego vero, inquit, jam & librum & locum tibi demonſtrabo, ubi contrario modo plane docet, atque tu nunc dixeris. Mox Commentaria Lutheri aperiens,

riens, quæ in Epiſtolam ad Galatas ſcripſit: multa populo recitavit, quæ cum Monachi dictis ex diametro quaſi pugnabant. Itaque nobiles, qui aderant, & populus univerſus, cùm tam impudenter mentitum fuiſſe Monachum viderent, in eum impetum faciunt, cæduntque, ut vix, intercedente Præfecto, vivus Taurinum redire potuerit: quare ſtatim rem Inquiſitori defert, atque ille, ubi eo perveniſſet, iterum ad Episcopum. Is erat Aventinus Crica Peruſius, humili loco natus, ſed qui Gibonis Cardinalis operâ, * & ad Taurinenſem Epiſcopatum adminiſtrandum cum Davide Cibonis fratre miſſus. Quamobrem hoc audito nuncio ſtatim cum Satellitibus eò proficiſcitur, & domum quidem illius diripit, Coelium verò Taurinum in vincula trahit. Hîc examinatur, quæſtiones adhibentur: ablatæ Reliquiæ ex Cœnobio S. Benigni urgentur, revocatur in memoriam vetus in † *Italiam* inſtituta profectio: omnia ignem flammasque minantur, nec ulla ſalutis ſpes amplius ſupereſſe videtur. Jam vero, Clariſſimi Viri, in homine tantis in anguſtiis conſtituto, magnum animi robur cernere licuiſſet. Nam etiamſi mortem omnia minitarentur:

* forte deeſt quid.

(† forte *Germaniam.*)

rentur: ille tamen nequaquam animum abjicit. Quare audite, quæſo, quo pacto ex tantis periculis evaſerit. Aventinus ille quoniam ſciebat, primarios ejus civitatis Viros Cœlio plurimum favere, devitandi illorum odii causâ Romam proficiſcitur, ut quod de eo ſumturus eſſet ſupplicium, Pontificis juſſu coactus facere videretur. Interea Cœlii cuſtodiam Davidi relinquit, qui ut tutius conſervaretur, nec quisquam ſciret, ubi eſſet, eum ex prioribus carceribus in aliam domum noctu deducit, & in conclavi quodam fortiſſimis parietibus munito, adhibitis utrique pedi compedibus, binisque ante oſtium cuſtodibus, aſſervari curat. Cœlius ſequenti die divinâ quâdam providentiâ animadvertit, ſe puerum olim in ea domo eoque conclavi fuiſſe: revocatque in memoriam ſingularum domus partium ſitum. Ac cum jam pedes ambo ex compedibus magnopere intumeſcerent, (ex quo proinde factum eſt, ut deinceps eos ſemper habuerit debiliores,) rogat, ut alterum pedem ei liberum relinquant, ut eo curato poſſet cum altero permutare. Hoc ubi impetraſſet, forte venit in mentem poſt aliquot dies, tentandum eſſe, an fictum pedem pro vero poſſet in compedes ſubjicere. Quare

extra-

extrahit caligam pedis liberi, eamqe lineis quibusdam pannis infarcit, & calceum ei decenter induit: forteque etiam arundinis fruſtum ſub ſcamno conſpicit, quo in fictam tibiam inſerto, poterat illam ita movere, ac ſi naturâ moveretur: adjuvabat inſtitutum veſtis Hiſpanica villoſa, & uſque ad talos longa, quâ hoc artificium tegebatur. Itaque rogat jam, ut liceat iterum pedes permutare, hunc enim aliquantulum convaluiſſe, & alterum vehementer dolere. Impetrat facile, cuſtodes adſunt, compedes aperiunt: eximitur pes verus, fictus immittitur, jamque utroque pede liber eſt. Nocte igitur intempeſtâ, cùm cuſtodes gravi ſomno ſepulti eſſent, aperit oſtium conclavis, in quo detinebatur. Quoniam enim compedibus vinctus putabatur, non opus fuerat cuſtodibus id firmius munire: præſertim quod ipſi foris in coenaculo ante oſtium præſto eſſent. Per gradus deſcendit, & cùm infimam portam ſerâ munitam deprehendiſſet, ex feneſtra mox ſeſe demittit, elabitur. Cuſtodes verò mane, cùm evaſiſſe eum viderent, cernerentque compedes integras & obſeratas, ecquid cogitâſſe ac dixiſſe putabis? illum videlicet nonniſi artibus magicis evadere potuiſſe: qui rumor cùm de illo

ſpargeretur, ne Chriſtiano nomini malarum artium nota inureretur, ſtatim emiſſo dialogo feſtiviſſimo, quem *Probum* inſcripſit, rem totam patefecit, Deoque pro tanto beneficio gratias egit.

Videtis jam, Clariſſimi Viri, quæ fuerit in ſubeundo periculo fortitudo? quæ in ferendo patientia atque animi magnitudo? quæ denique in ſeſe liberando dexteritas & ingenium? Atque hâc quidem ratione ex mortis faucibus evaſit: ſed de recuperandis bonis non erat amplius cogitandum, quod hâc re patefactâ, vix poſſet in Italiæ vaſtitate latere; ex qua tamen, ceu chariſſima patria, non equidem libenter migrabat, dummodo alicubi latere licuiſſet.

Itaque cùm iſtud animo verſaret, Sale cum uxore & liberis proficiſcitur, quod eſt Ducatus Mediolanenſis oppidum, à peregrinantium aulicorumque conſuetudine paulo remotius. Sed cum illic quoque ſtatim agnitus eſſet à quibusdam Mediolanenſis & Papienſis Reip. Principibus; qui in ſuas villas vicinas ex urbe æſtatis tempore migraverant, vi quaſi ab illis in Papienſem Academiam tractus fuit, & in ea publicus Profeſſor creatus. Quo loco admiratione dignum eſt ſane, quantæ authoritatis & exiſti-

matio-

ıationis fuerit. Nam etiamſi ſtatim fuiſſet atefactus, ejusque capiendi mandatum Inuiſitores haberent; tamen ita ſibi primaiorum civium & ſtudioſorum,) qui magnâ opiâ ex variis Nationibus in eam Academiam confluere ſolent,) animos conciliaerat, ut Satellites Inquiſitorum toto trienio eum capere nequiverint. Nam magna udioſorum caterva eum è ſua domo, uæ illi cum primario quodam ejus Reip. ive communis erat, in auditorium deducebat, & ex eo iterum domum comitaatur. Sed tandem cum Pontifex Senatui ab fulminis ſui pœna, mandaret, ut hominem caperent; illinc Venetias proficiscitur. Cumque ne hîc quidem tutus eſſet, 'errariam contendit, ut de ſuis rebus cum Renata Ludovici XII. Galliæ Regis Filia,)ucis Ferrarienſis uxore, conſilium caperet, cujus benevolentiâ cum propter eruditionem, tum ob puriorem religionem jam liu fovebatur. Hæc illum ad Lucenſes in Ietruriam mittit, rata, poſſe hominem illic atere: ac fuit certe ab illis humaniſſime xceptus, & in publicum illius Academiæ 'röfeſſorem electus. Sed cùm nondum anıum illic egiſſet, ecce Pontificis ad Senatum itteræ adſunt, cum mandatis, ut caperetur,

Romamque traheretur. Senatus pro ſua humanitate decernit, nequaquam eſſe capiendum, ſed etiam illi ſignificandum, ut fugâ ſibi conſuleret.

Quamobrem cùm videret, non poſſe ſe amplius in Italia eſſe tutum, ſtatuit in Germaniam tranſire, & cum Renatæ Ducis commendatitiis litteris ad Tigurinos Bernateſque profectus, ab illis in Loſannenſis Scholæ moderatorem ſuſceptus eſt, cui, antequam Baſileam veniret, quatuor integros annos, magna cum laude magnoque Studioſorum emolumento præfuit.

Cæterum cum in aliis ſuis erroribus, tum in hac præcipuè in Germaniam profectione, dum in ſummis anguſtiis conſtitutus eſſet, divinam opem præſentemque DEVM ſibi adeſſe ſenſit. Quod eo libentius commemoro, Clariſſ. Viri, ut nos omnes, in ſimilibus anguſtiis conſtituti, Deo omnia noſtra committere diſcamus. Ecce enim, cùm ex Germania, ubi ſedem jam conſtituerat, in Italiam abducendæ uxoris & liberorum causâ rediret, nec tamen in Lucenſem urbem, ubi illos reliquerat, auderet ingredi, ſed in vicino oppido, cui Peſſa nomen eſt, ſubſiſtens, expectaret, innoteſcit iterum. Cumque inermis nec quicquam tale expe-

ctans,

ctans, prandium ſumeret, adeſt ex improviſo Præfectus Inquiſitorum, quem *Bariſellum* Itali nuncupant, cum lictoribus: quibus ante portam diſpoſitis, ipſe cœnaculum, in quo ſolus prandebat, ingreſſus; *Dabis*, inquit, *te captivum*, *ſummi Pontificis nomine*, *in meam poteſtatem*. Cœlius cùm & ipſum coram videret, & lictores reliquos juxta gradus portam obſervare cerneret, nec ſupereſſe ullam evadendi rationem, ſurgit è menſa, & ſe in ejus poteſtatem daturus, obviam procedit; cultellum tamen, quo cibum ſecando præparabat, forte manu retinet. Hîc Bariſellus ſubito, cum & grandi corpore virum ſibi obviam procedere videret, eundemque cultrum manu tenere, ſtatim metu concidit. Cœlius exit è cœnaculo, deſcendit, per medios lictores tranſit, ſalutat, non agnoſcitur, ingreditur ſtabulum, equum conſcendit, aufugit. Cumque ipſi poſtea, agnito eo, quod factum eſſet, canibus equisque velocibus inſequerentur: ecce adeſt ſubito de cœlo tempeſtas quædam tam vehemens, ut ab inſtituto diſcedere cogerentur.

Hâc igitur ratione iterum è mortis faucibus evaſit: non equidem humanâ aliquâ ope, ſed præſentiſſimi Divini Numinis gra-

tiâ. Etenim ſi Apoſtolorum cæterorumque divorum, Hiſtorias conſideremus, deprehendimus certè, illos ſæpe ex ſummis periculis mirabili quodam modo planeque divinitus fuiſſe liberatos: quod etiamſi ita ſit, tamen nunquam tam illuſtres fuerunt eorum liberationes, quin hæc quoque inter illas locum habere, & cum illis aliquo modo conferri queat.

Loſannâ deinde Baſileam venit; Anno Salutis M. D. XLVII. quo tempore *Sebaſtianus Monſterus* Academiæ gubernacula tenebat; eratque ulterius profecturus, niſi quidam ex Academia atque clariſſimis hujus urbis Typographis, nempe *D. Martinus Borrhaus Theologus*, *Hieronymus Frobenius*, *Nicolaus Episcopius*, *& Michael Iſingrinus*, quibus Viri eruditio nota erat, ut hîc ſubſiſteret, rogâſſent. Cùm autem & urbem amoeniſſimam, & ſummam hominum literatorum humanitatem cerneret, libenter ſubſtitit: eodemque anno in hac Academia politiores literas profiteri coepit, & quoniam Leges non ſinunt quenquam publicè docere, qui gradum aliquem non habeat, Magiſterii inſignia eodem tempore, cùm D. Henricus Pantaleon Facultatis artium Decanus eſſet, unà cum Thoma Grynæo, &

Joan-

Joanne Acronio Friſio ſuſcepit, ſed ſedendo, eodem plane modo, quo Bucerus in Anglia, ultimo vitæ ſuæ anno, Cantabrigiæ promotus eſt: quod proinde iis ſolum conceditur, qui ætate & eruditione inſigniter excellunt.

Hîc vero, Clariſſimi Viri, longa mihi eſſet habenda narratio, ſi vellem demonſtrare, quâ cum laude ab eo tempore uſque ad illum diem, quâ vitam cum morte ſanctiſſimè commutavit, annos propemodum viginti tres docendo ſcribendoque tranſegerit. Sed quoniam meam dicendi tenuitatem tantam eſſe ſcio, ut obſcurare illud citius, quàm illuſtrare poſſim, nec abuti etiam patientiâ veſtrâ oporteat; pauca quædam de hominis morte, de ſcriptis docendique ratione, &, quam ex hisce omnibus ſibi comparavit, authoritate, exiſtimatione, æternaque memoria memorabo. Quæ certè omnia tanta fuerunt, ut non modo doctiſſimi quique & præſtantiſſimi in hac urbe Viri cuperent ſuos liberos ab eo potiſſimum erudiri, ſicuti ſcimus omnes, & exemplum nobis eſſe potuit *Bonifacius Amerbachius*, omnium Germaniæ Juriſconſultorum prudentiſſimus, qui *Baſilium* filium, nunc itidem clariſſimum JCtum, ab eo ſolo primum inſtitui voluit:

 verum

verum etiam exteræ gentes, & ab hac urbe remotiſſimæ, illius potiſſimum causâ, hucuſque ſuos miſerint. Neque verò opus mihi fuerit, argumentis longè petitis id comprobare: Vos, Vos, inquam, omnes, qui in hoc ampliſſimo theatro conſidetis, teſtes mihi hujus rei locupletiſſimi eſſe poteſtis. Et ſi exemplum aliquod audire lubeat: quid ſuperioribus annis Magnificum Dominum *Johannem Kisckam, Palatini Vitebſcenſis Illuſtriſſimi Principis filium*, ex ultimis Lituaniæ terris, cum magna nobilium caterva, ad nos uſque proficiſci compulit, quam Cœlii potiſſimum videndi audiendique deſiderium? Neque iſti tantum Nobiles ac Principes ab eo erudiri docerique voluerunt, verum etiam ſummi Orbis Chriſtiani Principes ac Monarchæ tantum illius eruditioni tribuerunt, ut maximis propoſitis ſtipendiis, illum ad ſeſe pertrahere, Scholiſque ſuis præficere conati ſint.

Primum enim Summus Pontifex Romanus, cum eò, quod extra fines Italiæ eſſet, cogere non poſſet, & cuperet tamen illius in ſcribendo operâ uti, mandavit Epiſcopo Taracino, cui erat hâc cum Cardinali Caraffa tranſeundum, ut cum Cœlio noſtro de reditu in Italiam ad ſuam Sanctitatem

pacis-

paciſceretur: proponeret ipſi, dummodo de Religione non diſputaret, impunitatem, maximum ſtipendium, & filiabus ſuis dotes ampliſſimas. Quod cùm Sabaudiæ Dux audiîſſet, ipſe quoque ei non minora, quàm Pontifex, propoſuit, ſi modo in Taurinenſem Academiam rediret: cujus rei conficiendæ eo majorem ſpem habebat, quod exiſtimaret, illum in Patriam facile reverſurum.

Nec mihi prætereundus hoc loco MAXIMILIANVS, Summus Romanus Imperator: nam cum Filii ejus D. *Horatii Curionis* operâ jam ante uteretur, parentem quoque ante annos quinque ad ſe pertrahere, & Viennenſi Academiæ præficere voluit.

Quid de Vaivoda Tranſylvaniæ Rege dicam? annon is quoque cum ante tres annos in Alba Julia urbe Scholam inſtituere vellet, Patri quidem præter cætera beneficia, quæ eſſet collaturus, ſi eo proficiſci vellet, ſexcentos, & AVGVSTINO Filio trecentos Thaleros in ſingulos annos offerebat? Ille verò, Clariſſimi Viri, hisce omnibus atque aliis pluribus, quæ brevitatis cauſâ prætereo, hujus urbis amœnitatem, quietemque prœpoſuit: gratus videlicet ob hoſpitium, quo benigne in Helvetia tunc fuerat exceptus, cùm nullibi tuto quieſcere liceret. Quare ſapien-

tiſſime quoque fecit Sanctiſſimus hujus Urbis Ampliſſimusque Senatus, qui dum hominis tantam gratitudinem videret, eum totamque Familiam, ante biennium circiter, civitate donavit, quo fruerentur non aliter, ac ſi ab avis abavisque ſuis hîc eſſent generati. Tantam laudem atque gloriam ſcriptis docendique dexteritate ſibi comparavit: quamobrem requireret ordo nunc, ut de utroque diceremus. Sed quoniam Scripta tot tantaque ſunt, ut ne breviter quidem de iis ſine longa oratione diſputari queat, recenſebo vobis tantum nomina & titulos ſuarum lucubrationum, non equidem omnium, ſed earum, quæ nobis jam veniunt in mentem, eodemque etiam ordine, quo illæ nobis ſuccurrent. Ac primum quidem ſe nobis offert

Nucis Encomium, quod Juvenis admodum ſcripſit.

Probus, Dialogus, cujus ſupra mentio facta eſt.

Araneus, de Providentia Dei.

De Animarum Immortalitate.

De pie educandis liberis.

Paraphraſis in principium Evangelii Johannis.

Paradoxa Chriſtiana.

Horta-

Hortatio ad Religionem.
Oratio de bonis artibus.
Encomium Scribarum.
Encomium ejus, qui pro patria occubuit.
Orationes funebres.
Oratio in Antonium Florebellum.
De antiqua Eccleſiæ Chriſti authoritate.
Chriſtianæ Religionis Inſtitutio.
De Doctrina puerili ac literis libri quinque.
Grammatica Latina.
Liber de perfecto Grammatico.
De ratione Grammaticæ docendæ.
Summa totius Artificii diſſerendi atque tractandi.
Dialectica.
Dialectica ex Perionio Compendium.
Commentaria in Perionium.
Hiſtoria Belli Melitenſis.
Pasquillus extaticus.
De Ponderibus Romanorum.
Sabellici Hiſtoriæ continuatio.
Diogenis orationes è Græco converſæ.
Hermogenis Rhetorica.
Sermones aliquot Bernhardi Ochini, item *Franciſci Guicciardini omnes Hiſtoriarum libri, ex Italico in Latinum converſi.*

Titus

Titus Livius, Ariſtoteles, Plautus, Iſ-
rus correcti.
Ciceronis Orationes omnes emendatæ, e-
rumque artificium indicatum.
In Philippicas multasque alias orationes
item in partitiones oratorias, in
librum de claris Oratoribus atque To-
pica Commentaria.
Nizolius locupletatus.
Theſaurus Latinæ Linguæ caſtigatus &
auctus.

Multa præterea exaravit, quæ nunc in memoriam certe non veniunt. Quare iis omnibus præteritis, tantùm pauca quædam docebimus de ratione, quam obſervandam in docenda Regina rerum Eloquentia dicens, ſicque ad illius obitum & finem orationis accedemus.

Cum Eloquentia rerum & verborum cognitione, amborumque artificiosâ tractatione contineatur; & res atque artificium quidem ex Hiſtoriis, Artibus & Scientiis petantur; verborumque vis ex bonorum auctorum obſervatione cognoſcatur: ad tria generalia præcepta omnem docendæ Eloquentiæ rationem revocandam eſſe dicebat. *Primum* enim in Authore, qui Eloquentiæ causâ ſuſcipitur explicandus, ſenſum verbo-

rum

am eſſe declarandum, atque ad hanc rem arias Hiſtorias, varioſque ex diverſis Scritoribus locos, qui facerent ad inſtitutum, dducendos. *Deinde* artificium oratorium, uod in iis lateret, analyticè demonſtrandum. *Tertiò* ad ſingula verba accedendum, t veluti illa ad aurificis ſtateram librando, uænam ſingulorum vis eſſet, explicandum. Quæ proinde diu multumque obſervantes, ion poſſe non eloquentes fieri & facere.

Hoc modo totum vitæ ſuæ curſum docendo, ſcribendo, peregrinando, varios caſus, variamque fortunam experiendo, confecit. Quibus omnibus in rebus laboribusque ſuis, ſicuti ſemper Divini Numinis gratiam ſenſit: ita vel inprimis præſentiſſimum Deum ſibi adeſſe cognovit, cum jam ætatis ſuæ anno ſexageſimo ſeptimo, Servatoris autem M. D. LXIX. corporis vinculis ſolvi, & ad cœleſtem Patriam, è qua primam originem omnes habemus, evolare deberet.

Primum enim nequaquam ex improviſo inopinaque morte præventus eſt, ſed ipſe ei, eo loco ac tempore, quo bene diu eam exſpectavit, & concupivit, obviam proceſſit. Nam ex quo ei filiæ tres Virgines lectiſſimæ, in graviſſima hujus urbis peſtilentia, ante an-

nos

nos fere quinque occubuiſſent, & de Horatii filii obitu etiam intellexiſſet, ſemper cogitavit de ratione feliciter ex hac vita migrandi. Superiori anno, cùm Auguſtinus quoque filius obiiſſet fatalem diem, ipſeque ei oculos clauderet: *Oculos*, inquit, *tibi claudo, Fili, quos tu mihì parvo poſt tempore claudere debuiſti.* Sciebat enim Vir divino quodam inſtinctu, ſibi mox hoc iter eſſe ingrediendum. Itaque ſtatim poſtea res ſuas ordinare, Familiæ proſpicere, ſacris Literis operam navare, & itineri ſe ſe præparare cœpit. Atque ejus præcognitionis majus adhuc argumentum illud ſuppeditat, quod paucos menſes, antequam in morbum incideret, ſe atque uxorem ad vivum depingi curavit: cujus rei cum cauſam ſemel quidam ſciſcitaretur; *quoniam*, inquit, *mox hinc diſceſſurus, cupio, ut mea Familia hanc meam effigiem conſpiciens, recordetur mei, & præceptorum, quæ vivus illi de pie inſtituenda hujus vitæ ratione præſcripſi.* Sicque deinceps diſceſſum hunc quotidie meditari nunquam deſinebat. Decimo octavo die Novembris, quo ultimam lectionem habuit, mihi horâ ſecundâ ante Collegium obviam factus, ſtatim, poſtquam me inſpexiſſet; nos tamen, inquit, miſeri homines ſumus. Ego vero quod putarem, de

iis

iis dicere illum; qui literas & ſtudia ſectantur: imo, inquam, ſumus aliis beatiores. Ille; non hoc volo, inquit, ſed dico univerſum genus humanum plurimis miſeriis eſſe obnoxium: quamobrem gaudeo ſane, quòd mox ſim ex illis omnibus liberandus. Nonne enim audis, quod de Daniele Oſiandro dicitur? cumque me id plane ignorare ſignificarem: narrat ille mihi totum id, quod de eo tunc ferebatur, voce ſatis lugubri: qua de re cum loqueremur, mox adeſt Huldricus Hugobaldus finitâ ſuâ lectione, cum ego domum verſus, ille ad legendum ultimâ vice perrexit. Poſtridie ordinem pro more ejus muneris, quod tunc Decanus ſuſtinebat, convocavit, ut de emendanda Collegiorum diſciplina cogitarent. Quamobrem cùm in eam ſententiam omnes deſcendiſſent, ut ipſe Collegiorum Statuta Legesque ad ſe reciperet, & pro ſuo arbitrio emendaret: ille contra rogat univerſos per Chriſtum, ne ſibi jam jam ex hac vita migraturo id onus imponant: oportere enim ſe nunc aliis rebus eſſe intentum, ſchedas, ſarcinamque colligere, & quæ huic itineri eſſent neceſſaria, præparare. Tam divina ſcilicet eſt humana mens, ut etiam res futuras certò præcognoſcat.

Sequen-

Sequenti die Dominicâ cœpêre mox eum vexare ſub veſperam graviſſimi quidam catharri ad ventriculum & inteſtina decumbentes, quos pectoris anguſtia, vomitus vehementes, & pituitoſæ dejectiones ſequebantur, quæ proinde illi per eam noctem totamque fere ſequentem diem moleſta fuerunt: tertiâ die cùm natura imbecillior non poſſet ſe exonerare, oriebantur ex pituitoſa materia flatus, hypochondria & ventriculum excruciantes. Quibus etiamſi ex clariſſimorum hujus urbis Medicorum conſilio, qui ſimul quatuor aderant, fomentis aliiſque rebus, quæ ex uſu eſſe videbantur, proſpiceretur; tamen natura admodum debili exiſtente, parum proficiebatur. Itaque cùm quarto die catharrus ad pulmones converteretur, vix dimidiam noctem attingens, ob ſpiritus difficultatem animam efflavit.

Quemadmodum autem in cæteris vitæ actionibus, ita & in hoc morbo acutiſſimo inſignem pietatem, ſummamque in fide conſtantiam, verbis factiſque declaravit. Nam & Cœnæ Dominicæ uſum ſibi adminiſtrari poſtulaverat, & eâ fide rectâ ad Dominum JESVM commigrare ſe velle aſſerebat, quam in hisce Germaniæ Eccleſiis diu jam prædicari docerique audiiſſet. Tertio

Tertio poſt die, qui erat ſextus Calend. Decembr. in ſummum Templum, ſimul magnâ Doctiſſimorum Virorum, Studioſorum, & honeſtorum Civium comitante catervâ, delatus, & eo loco, quo Rhenus Cæmeterium alluit, apud Filium Auguſtinum, & tres Filias conditus eſt. SIMON SVLCERVS autem, Summus Eccleſiæ Baſilienſis Antiſtes, Funebrem Orationem habuit, in qua, ſicuti res ipſa poſtulabat, de ejus Viri ingenio, eruditione ac pietate multa præclarè dixit.

Talem, Clariſſimi Viri, tantumque Virum, quantum jam audiviſtis deſcribi, aut forte, longe majorem amiſimus. Itaque cogitandum fuerit, vobis quidem ornatiſſimi Studioſi, ut quantum ex tanti Viri jactura veſtris ſtudiis decedit, tantum ſtudio & diligentiâ ſuppleatis. Vobis verò etiam, Viri ornatiſſimi, & Almæ hujus Academiæ Proceres, opera danda eſt, ut Juvenes diligenter inſtituendos curetis etiam deinceps, ne forte vobis aliquando deeſſe queant, quos in defunctorum locum ſubſtituatis. Atque id eo magis faciendum exiſtimo, quod dum memoriâ repeto hujus Academiæ veſtræ ſtatum, qui decem plus minus annis fuit, (tantum enim fere temporis eſt; ex quo primum illius membrum factus, & aliquam

harum rerum notitiam habere cœpi,) tantum profectò Doctiſſimorum Virorum numerum interea occubuiſſe deprehendo, ut non huic, ſed Germaniæ prope univerſæ Academiis ſufficerent. Quantus enim Theologus fuit Martinus Borrhaus? Quantus Juriſconſultus Bonifacius Amerbachius? Quis erat ejus gener Huldrichus Iſelius? Qui Marcus Hopperus? Johannes Huperus Archiater Baſilienſis, & alii? Ex Medicis autem quanti fuerunt Oswaldus Berus ille ſenex, & tanquam alter Hippocrates, itemque Philippus Bechius, Guillelmus Gratarolus, Jacobus Huggelius, Joannes Acronius Friſius? Linguarum politiorumque literarum cognitione quantopere excelluêre Sebaſtianus Caſtalio, Auguſtinus, Cœlii hujus noſtri Filius, & Johannes Oporinus Typographus? Nec prætereundi ſunt Theologi illi, itidem interea temporis defuncti, qui, etiamſi Doctoris nomine caruerunt, reipsâ tamen veri fuerunt Eccleſiæ Doctores, & Viri omnibus modis eruditiſſimi: Joannes Junius, Marcus Bertſchius, Thomas Gyrfalkius, Severinus Erzbergerus, Conradus Lycoſthenes, Albertus Sulcerus, Jacobus Hertelius, Erardus Balmannus, Joannes Mederus: Annon magna fuit iſthæc

nec Doctiſſimorum Virorum copia, qui omnes brevi temporis ſpatio vitam cum morte in hac noſtra Academia commutâ. runt. poſſem plura hujus generis præterea afferre, quæ cùm Coelii hujus, tum aliorum Clariſſimorum Virorum causâ, vel lacrymas vobis poſſent movere: ſed quoniam temporis & veſtræ quoque patientiæ ratio habenda eſt, omnia nunc lubens, volensque prætereo, & Finem dicendi facio.

FINIS.

Epitaphium Cœlianum.

CVM SIBI EX HAC VITA MORTALI BREVI

diſcedendum eſſe, Vir ille ex divino quodam inſtinctu cognoſceret, ipſe ſibi tale paravit Epitaphium, eoque voluit poſt obitum, ſuum inſigniri Monumentum.

HOSPES HAVE ET DISCE
NON COELIVS HEIC
SED COELII CΩMA IMMO CHMA
SPIRITVM CHRISTVS HABET

CETERA NOMEN
VERÆ PIETATIS
HVMANITATIS
INSIGNISQ. CONSTANTIÆ
QVOM CΩMA IN שמים* *Coelum*
TVNC VERE ERIT
COELIVS SECVNDVS
CVRIO
HOSPES SI DIDICISTI
VALE
RELIQVIT AET. SV. AN. LXVII.
SAL. CIↃ. IↃ. LXIX.
AD VIII. KL. DCB.

M. PAVLVS CHERLERVS
COELII SEC. CVRIONIS
Amicæ Memoriæ poſuit:

Arte potens, pietate gravis, ſermone politus
COELIVS, hîc lenes in molli funere ſomnos,
Juxta chara ſibi quondam, ſua pignora, carpit.
Cumque his exurget, priſcis revidendis amicis,

Luce

Luce ſub extrema: cum tu, fortiſſime JESV,
Viva Dei ſoboles, ſonitu præeunte tubarum,
Advenies Judex liquidis in nubibus acer;
Judicioque premes orbem, & nova præmia reddes;
Præmia grata probis; reprobis ingrata, ſed æqua,
Et Fidei vacuis ipſorum debita factis.

CONTINVATIO FAMILIÆ COELIANÆ.

COELIVS SECVNDVS CVRIO, ex viginti tribus ſui parentis liberis, unicus filius ſuperſtes, ex MARGARETHA BLANCA ISACIA, uxore ſuaviſſima, ſuſtulit liberos tredecim, ex quibus ad maturam ætatem pervenêre *Filiæ quatuor*, Violanthis, Angela, Celia, Felix, & *Filii tres*, Horatius, Auguſtinus, Leo.

VIOLANTHIS nata Cevæ in Italia, 8. Novembr. Anno Chr. 1532. à parentibus religionis veræ causâ in exilium euntibus, Lauſannam A. C. M. D. XLII. abducta, ibi per

annos quatuor ad pietatem & omnem hone-ſtatem ſyncere educata fuit. Poſtea Anno M.D.XLVII. unà cum parentibus Baſileam transmigravit, ubi tandem omni virtutum genere exculta, HIERONYMO ZANCHIO Theologo Clariſſimo, Anno M.D.LIII. nupſit. Zanchius Argentinam docendi causâ concedens, ſuaviſſimum illic cum ea conjugium, ſed brevi annorum ſpatio, expertus eſt. Tertio enim puerperio, eoque infauſto, Anno M.D.LVI. ad Chriſtum Jeſum, quem ſyncerâ coluit religione, cupidiſſima conceſſit, cum quo vivit beata, illum expectans diem, quo ſuo corpori reddita, integrâ immortalitate fruetur. In ejus buſtum tunc ſequens amici cujusdam factum fuit Epicedium;

Non cineres, non oſſa putes hoc condita buſto,
Sed Violas, flores, grato & odore roſas.
Nam quæ in vernanti requieſcit molliter herba,
Chara Viro Conjunx, hæc VIOLANTHIS erat.
Cujus in æthereis lætatur ſpiritus oris,
Donec ſumma dies corpora viva dabit.
Sume igitur vivo de ceſpite, ſume Viator,
Pallentes Violas, grato & odore Roſas.

D.Q.

D. O. M. S.

VIOLANTHI CVRIONIÆ C. S. C. F.
CONJVGI SANCTISS. ET CARISS.
OB INSIGNEM PROBITATEM, INDVST.
CANDOREM FIDEM AMOREM
CONSTANT. PATIENT.
IN LONGISS. ET GRAVISS. MORBO
ADMIRABILEM
PIETATEM INCOMPARABILI
HIERONYMVS ZANCHIVS ITALVS
OPTVME MERENTI
MOESTISS.
F.

ANGELA nata Lauſannæ, An. M.D.XLIII. die XV. Menſis Septembris. Fuit hæc Angela ingenio perſpicaci, memoriâ fideliſſimâ, animo liberali & candido, laudis ac decori, elegantiæ ac munditiei avida: quo fiebat, ut aliquid ſemper diſcendi, ex quo laudem conſequeretur, cupiditate flagraret. Nam ſubinde illum Hetruſci Poëtæ rhythmum in ore habere ſolita: *Altro diletto che imparar non trovo*, id eſt, *unica diſcendi mî ſemper cura, voluptas.* Linguas quatuor intelligebat, & commode ſatis loquendo ſcribendoque exprimebat, *Germanicam, Itali-*

cam, *Gallicam*, *Latinam*: quas omnes uſu potius atque ingenii bonitate quam præceptis didicerat. Parenti ſæpe magno ad collatione Codicum corrigendos Authores Latinos, erat auxilio, & ſi quando moleſtum eſſet legere, ipſa anagnoſtæ vicem ſupplebat. Hujus etiam inter alias hæ extant Epiſtolæ Latinæ.

ANGELA C.

PATRI OPT. SVO S.D.

Inepta ſum, mi Pater, quæ ad te Latine, rudis puella ſcribere audeo, ſed inepta non ſum, quia tu juſſiſti; inepta eſſem, ſi non pariter, quemadmodum & in eo, quod mihi libertatem dediſti, à te, ſi quid opus haberem, petendi. Faciam igitur, ut cum tibi omnia debeam, plura etiam velim debere. Oro te, mi Pater, ut ad maxima tua, atque innumerabilia beneficia erga me, hoc etiam addere ne graveris, ut mihi eam veſtem facias, quâ ab humeris ad cingulum totæ veſtimur, cujus ego nomen Latinum neſcio. Qua ex re, & quo ornatu, nihil dico: id enim totum benevolentiæ tuæ permitto; quæ ſciam te omnis

elegantiæ amantiſſimum eſſe. Quod ſi etiam ſororibus meis cariſſimis, Cœliæ ac Felicillæ feceris, erit id mihi multo gratius. Mi Pater vale. Baſileæ ædibus noſtris M. D. LXII.

ANGELA CVRIONIA AVGVSTINO FRATRI S. D.

Literæ tuæ, amiciſſime Frater, tanto intervallo ſcriptæ, nos omnes recrearunt: timebamus enim, ne ut annis proximis, in morbum incidiſſes. Sed cùm intelligam te ſanum eſſe, & conditionem honeſtiſſimam habere, gaudeo, quantum debeo. Quod autem me, & per me Sorores minores natu mones, & ad virtutem, maximè verò ad pietatem hortaris, promittisque, ſi tuæ ac parentum noſtrorum exſpectationi reſpondero, te multa bona mihi facturum, ago tibi maximas gratias, ac promitto, me cum Dei auxilio daturam operam, ut talis ſim, qualem eſſe puellam decet hoc genere natam, atque in tam honeſta & Chriſtiana domo educatam. Id quod etiam de meis chariſſimis Sororibus Cœlia & Felicilla, videor poſſe promittere. Tibi verò, mi Frater, Deum oro, ut quæ cœpiſti ad optatum exi-

exitum perducere concedat, quo & nos tecum ex tua virtute fructum aliquem capiamus, & tu meritam laudem conſequaris. Te videre, mi Frater, atque amplecti omnes vehementer deſideramus. Vale. Mater noſtra chariſſima & Sorores te amantiſſimè ſalutant: nam Pater tibi ſcribit. Baſileæ, die XII. Sept. M.D.LVIII.

NOBILISSIMÆ PVELLÆ SOPHIÆ SBASIÆ POLONÆ,

Angela Curionia S. D. P.

Si mihi eſſet ea facultas, Generoſa Sophia, quâ tibi pro magnifico & præſtantiſſimo dono ad me miſſo, gratiam poſſem referre, id multo facerem libentius, quàm nudis verbis ac rudi meo & impolito ſermone. Verum cum meæ præſentes rationes id non ferant, hujus mei grati animi ſignificationem qualemcunque, ne tuam iſtam eximiam erga me, ſine ullo meo merito, benignitatem, ſilentio prætercam, eâdem generoſitate, quâ munus dediſti, accipias oro. Famulus veſter Stanislaus mihi tuo nomine auream catenam, tum pondere

tum

tum artificio præſtantem, donavit. Regale ſanè munus, & tuâ iſtâ animi generoſi altitudine dignum: pro quo hactenus tibi non egi gratias, propterea quod cum is in Italiam ad Fratrem tuum tranſiret, eum hâc viâ in patriam rediturum ſperabam. Nunc autem cùm intelligam eos aliâ viâ domum rediîſſe, tibi eorum optatiſſimum adventum gratulor, & pro immortali dono, gratias, ſi poſſum, ago immortales, agamque dum vivam, ſpondeoque me, ſi aliâ ratione referre non potero, memoriâ perpetuâque obſervantiâ culturam. Pater meus & mater mihi mandarunt, ut te ipſorum nomine, amanter atque officiosè ſalutarem. Idem fecerunt meæ Sorores Cœlia ac Felicilla. Vale Sophia nobiliſſima. Baſileæ die 1. Novemb. M.D.LXIII.

Tandem Anno M.D.LXIV. in univerſali iſta lue peſtifera, die penultima Julii peſte tentata & triduo conſumpta, ſecunda die Auguſti ad Chriſtum Jeſum mirâ alacritate migravit, ætatis ſuæ anno XXI.

In hanc Auguſtinus Curio Frater:

Hîc jacet immiti conſumta, heu, peſte puella,
ANGELA, Virginei lausque decusque chori.

Oſſa

Oſſa quidē parvo conduntur marmore, veru
Cum Chriſto liber ſpiritus aſtra tenet.

Epitaphium ejusdem.

ANGELÆ CVRIONIÆ
NOBILI ET GENEROSÆ PVELLÆ
CVJVS
DIVINO INGEN. ATQVE INDVSTRIÆ
NIHIL DIFFIC. VNQVAM EST VISVM
QVOD INGENVAM PVDICAMQ.
PVELLAM DECERET
QVÆ
ITALICE GERMAN. GALLICE
VENVSTE LOQVEBATVR
LATINE NON IGNARA
OMNIS ELEGANTIÆ DECORISQ.
STVDIOSA
CANDORE ANIMI VIRGINALI VEREC.
RELIGIONE IN DEVM
PIETATE IN PARENTES
CARITAT. IN FRATR. SORORESQ.
COMITATE IN OMNES INSIGNI
FVIT
COELIVS SECVND. CVRIO PATER ET
MARGARITA ISACA MATER
IN BEATÆ REPAR. SPEM
FILIÆ DVLCISSIMÆ AC
PRÆSTANTISSIMÆ.
F.

COELIA & FELIX natæ Lauſannæ, illa in principio anni M.D.XLV. hæc menſe Junio An. M.D.XLVI. Et hæ moribus probatiſſimis fuêre, virtutibus & artificioſâ puellarum induſtriâ nulli ſecundæ. Coelia autem ejusdem menſis Auguſti die XI. FELIX die XIII. in eundem morbum inciderunt. Illa ad viceſimum primum diem ſuſtinuit, hæc quarta à decubitu die migravit. Harum trium Sororum lapidi ſepulchrali ſequens inſcriptum mnemoſynon.

PIET. VIRT. HONORI D.
ANGELÆ COELIÆ FELICI
PVELLIS NOBILISS.
QVAR. INGENIVM CANDOR INDVST.
PIET. PVDOR, MORVM ELEG. ET
SANCTI. GRATA DEO,
MVLTIS NOTA,
PROBATA BONIS
PARENTIB. JVCVNDA
FVERVNT
COELIVS SECVND. CVRIO PATER ET
MARGARITA ISACIA MATER
TRIBVS ANIMVL. PRÆST.
DVLCISS.
UT EAR. QVOD MORTALE FVIT
IN BEATÆ REPARAT. SPEM
CONDERETVR
HOC MONVMENTVM
P. C.

HORA-

HORATIVS Curio natus eſt Caſale, cognomento S. Evaſii, quæ urbs Montisferrati Caput eſt, An. M. D. XXXIV. Hic animo magno, ingenio ſublimi, judicio acerrimo præditus, ad ſtudia liberalis doctrinæ à primis annis fuit educatus. In iis, talis ſucceſſus, ut anno ætatis ſuæ XX. Philoſophicâ & Medicâ Laureâ Piſis fuerit donatus. Tunc ex Italia in Germaniam rediens, in multorum Principum notitiam paucis annis devenit. Tandem etiam ob excelſas animi dotes & prudentiam admirabilem in Imperatoris Ferd. aulam vocatus, ad conſilia adhibitus fuit. Ejus memoriale hoc ſequens poſteritati relictum:

DEO IMMOR. ET V. S.
HIC SITVS EST HORATIVS CVRIO
C. S. C. F.
PHIL. ET MEDICA LAVREA
AN. ÆTAT. SVÆ XX. PISIS DONATVS
CVJVS
INGENIVM PRVDENT. ET FIDEM
ADMIRATI REGES
EIVS OPERA IN MAX. NEGOTIIS
SVNT VSI ET
FERDINANDO EIVSQ. F. MAXIMIL.
AVGVSTIS COGNITVS
AD INTIMA CONSIL. ADHIBITVS EST

GRA-

GRAVISSIMISQ. DE REB. PRO
CHRIST. REG.
BIZANTIVM MISSVS
IN IPSO MVNERE EXCESSIT E VITA
MAGNO SVI DESIDERIO
NON PARENT. MODO MOESTISS.
PROPINQ. ET AMICIS
SED ET IPSI CÆSARI ALIISQ.
QVIBVS FVIT NOTVS
RELICTO
Anno Ætatis ſuæ XXX. die XV. Febr. humanæ Salutis M.D.LIV. Maximiliani
juſſu amici
F. C.

COELII PATRIS in HORATII F.
Obitum, Luctus ex Virgil.
concinnatus.

Hîc Juvenem mœſti ſublatum in littore ponunt,
Qualem virgineo demeſſum pollice florem,
Seu mollis violæ ſeu languentis hyacinthi:
Cum neque fulgor adhuc necdum ſua forma receſſit:
Nec* tam mater alit tellus vireſque miniſtrat.

* Legendum ſine dubio jam.

Et

Et jam fama volans tanti prænuncia luctus
Tecta ſubit miſeri tot paſſi funera Patris.
Hîc, ubi vix tandem vox eſt laxata dolore,
Tene, inquit, miſerande puer cum læta veniret,
Invidit fortuna mihi, ne regna videres
Noſtra, neque ad ſedes victor veherere paternas?
Non hæc, heu, miſero de te promiſſa parenti
Diſcedens dederas, cum me complexus abires,
Cautius ut velles ſævæ te credere genti,
Gnate mihi, longâ jucundior unice vitâ:
Quem nunc tam longe non inter nota ſepulcra
Detinet inviſa & cœlo & mihi barbara tellus.
Quis mihi te caſus, quæ vel tam fervida virtus
Eripuit mihi te? miſerum, cui languida nondum
Lumina ſunt gnati carâ ſatiata figurâ,
Non ego te gaudens lætanti pectore miſi,

Haud ignarus eram, quantum nova gloria, quantum
Et prædulce decus juvenili in pectore poſſet.
Primitiæ juvenis miſeræ, tantique laboris
Dura rudimenta, & nulli exaudita piorum
Vota precesque meæ: vos, ô méa gaudia, natæ
Felices, ô tanti expertes uſque doloris.
Contra ego vivendo vici mea fata, ſuperſtes
Reſtarem ut genitor.
Infelix: non nate mihi ſors iſta, ſenectæ
Debita erat noſtræ: ſalve mihi maxime nate
Æternumque vale. Nec plura effatus ibidem
Concidit exanimis.

AVGVSTINVS CVRIO C. S. F. Salis Inſubriæ oppido natus. Anno Salut. M. D. XXXVIII. Et hic ſtudiis literarum conſecratus, fratri Horatio nihil quicquam cedere voluit. Tales enim in Italia progreſſus fecit, ut in ipſo juvenilis ætatis flore inclareſcere cœperit. Mortuis ſororibus, ac horrendâ iſtâ peſte expirante, à patre do-

mum revocatus, mox ad profeſſionem publicam Academiæ Baſilienſis fuit promotus, ſed & hic fato divino, brevi annorum ſpatio ſuarum laudum circulum concludens, ultra biennium publico docendi muneri non præfuit, & Anno Salut. M. D. LXVII. in cœleſtem Academiam migravit.

COELII P. in COELIVM AVGVSTIN. F. Lacrymæ.

O longe ante omnes mihi quæ me carior ipſo eſt
Lux mea, quâ vivâ vivere dulce fuit.
Tu mea, tu Fili, ſuſpiria pectore ab imo
Ducta cape, & fuſam cum lacrymis animam.
Tu mihi, tu matri fato præreptus acerbo,
Liquiſti tenebras omnibus & lacrymas.
Ut mea tu moriens fregiſti commoda Fili!
Tecum una noſtra eſt pene ſepulta domus.
Omnia tecum una perierunt gaudia noſtra,
Quæ tuus in vita dulcis alebat amor.
Cujus ego interitu tota de mente fugavi
Hæc ſtudia atque omnes delicias animi.

Heu

Heu mihi, jucundum miſero nunc lumen ademtum eſt,
Lumen tum vitâ dulcius atque animâ.
Occidit exemplum Juvenis memorabile morum,
Doctrinâ inſignis, dulcis & eloquio.
Vix dum vicenos octonos egerat annos:
Tot bona tam parvo clauſit in orbe dies.
Parte tamen meliore ſui ſuper aſtra locatus,
Cum Chriſto vivit perfruiturque Deo.
Vivit & in terris; nam ſolers plurima ſcripſit:
Liquit & ingenii pignora docta ſui.
His Auguſtini clareſcet nomen ubique:
Ingeniumque probum fama loquetur anus.

VIVIT.

Epitaphium ejusdem.

JANVA VITÆ
DEO SER. SO. SAP. S.
COELIVS SECVNDVS CVRIO
AVGVSTINO F. DVLCISS. SANCTISSQ.
POLYHISTORI
AC FACVNDO BASIL. SCHOLÆ
RHETORI

CVJVS CORPVS HIC CVM III.
SORORIB. LECTISS. JACET
SPIRITVS CVM CHRISTO
NOMEN IMMORTAL. SCRIPTIS
VIVIT IN TERRIS
SOCIO ET HÆREDE STVDIORVM
ORBATVS
DVM REVIVISCIT
P.

Vixit Annos XXIIX., obiit An. Dom.
M.D.LXVII. die XXIV.
Octobris.

HVJVS AD EXEMPLVM JVVENES FLO-
RENTIB. ANNIS
VIVERE RITE DEO, DISCITE, RITE
MORI.

Aliud à Theodoro Zwingero *poſ.*

CHRISTO S.
AVGVSTINO CVRIONI
BASIL. SCHOLÆ RHETORI
QVI HONESTISS. PIETATIS ET
ERVD. CERTAMINE
SVSCEPTO
IN IPSO ÆTATIS FLORE
MORTE VINCI
QVAM * PATRIAM VINCERE
MALVIT

VERI-

* Omnino legendum eſt PATREM.

VERITATIS ET VIRTVTIS
CVLTORI MAX.
SARACENICΩN SCRIPTORI
HIEROGLYPHICΩN AVCTORI
* *AMERICÆ* SCRIPTORI
ITALIÆ INTERPRETI
THEOD. ZVINGERVS OB STVD.
MORVMQ. ELEG.
COLLEGÆ ET AMICO
PIIS CVM LACR.
P.
M. D. LXVII.
AVGVSTINVS ERAS IN TERRIS EXVL
OBERRANS,
NVNC AVGVSTVS ERIS COELO RE-
CEPTVS AVITO.

* Videtur ſubſtituendum AFRICÆ: neque enim de Americæ regionibus quidquam edidiſſe Auguſtinum noſtrum conſtat; at verò Maroccanum Regnum calamo luſtravit.

LEO CVRIO natus eſt Salis Inſubriæ oppido, die XIII. menſis Jan. Anno Salut. M.D.XXXVI. Et hic in Germaniam deportatus, ſtudia literarum perſecutus eſt. Poſtea cum Auguſtino Fratre in Italiam ablegatus, ibidem plenius ea excolere perrexit. Sed quod ingenium haberet πολιτικώτερον, citius à ſtudiis abreptus fuit. Peragratâ Italiâ cum Magnifico Domino Johanne Kiscka, Pala-

tini Viteblienſis Filio, (cujus in oratio panegyrica mentio facta eſt) juvenis in Lituaniam diſceſſit, & per aliquot annos ibidem manſit. Interea etiam Illuſtri & Generoſo Comiti Tainſchinio innotuit, cum quo in Poloniam profectus, complures annos ibi tranſegit. Hîc bello contra Suecum aliquoties interfuit: captivitates ſuſtinuit, magna pericula navalia ſubivit, ex quibus omnibus potenti DEI dexterâ liberatus fuit. Ad legationes & peregrinationes adhibitus, Sueciam, Daniam, Angliam, Galliam, Italiam, Hiſpaniam peragravit. Inde etiam complures Linguas, Latinam, Germanicam, Gallicam, Italicam & Polonicam dexterrime locutus eſt. Tandem mortuo Fratre Horatio & omnibus Sororibus, (exceptâ Dorothea Peregrina, quæ in Orat. panegyrica Margaretha nominata, in Italia apud Iſaciam Familiam manſit, nec unquam educi potuit) & Auguſtino Fratre valetudinario, ex Polonia à Cœlio Patre Baſileam revocatus fuit. Ægerrime ex Polonia dimiſſus, Baſileam mirifico parentum gaudio, ſalvus & incolumis rediit, anno M. D. LVII. de conjugio mox conſilium initum, ut in hac unica ſtirpe Familia honeſtiſſima conſervaretur. Uxorem duxit Flaminiam Muraltam, Martini

Mural-

Muralti Juriſconſulti Locarnenſis & Luciæ Orellæ filiam, menſe Decembri anno eodem. Utraque autem iſta proſapia inter alias nobiles Locarnenſium Familias, tunc Religionis causâ Tiguri exulabat, & ibidem adhuc Dei benedictione in plures ſtirpes propagata conſervatur. Durante hoc conjugio, horrendas captivitates in Gallia à Guiſianis perpeſſus eſt, in quibus admiranda ejus eluxit conſtantia, animi magnitudo & prudentia incredibilis: Dei tamen protectione inter iſtas conſervatus, ejusdem propitiâ curâ tandem liberatus fuit, & uxori ac liberis, magnâ bonorum ſuorum jacturâ, reſtitutus. Ejus memoriæ tale apud patrem Cœlium & Fratrem Auguſtinum, in ambitu Cathedralis Eccleſiæ Baſileenſis, monumentum extructum eſt:

LEONI
CVRIONI C. S. C. F.
RELIGIONIS PVRIORIS CAVSA
CVM PARENTIBVS EXVLI
NOBILI INTEGRO
SYNCERO
PEREGRINATIONIBVS
CAPTIVITATIB. LABORIBVS
ATTRITO

AN. CH. M.D.C. I. DIE OCTOB. VI.
ÆTAT. SVÆ LXV.
EXTINCTO
CONJVNX ET LIBERI
AMORIS ET PIETATIS
ERGO
M. P.

Lapis ejus Sepulchralis ſequentes inſcriptiones continet:

ALHIE LIGT BEGRABEN DER EDEL VND EHRENVEST LEO CVRIO, SAMPT DER EDLEN FRAVWEN MARGRET ISACIA VON MEILAND SEINER MVTTER. STARB ER DEN VI. OCTOB. AN. M.DCI. SEINES ALTERS VBER DAS LXV. SIE ABER DEN XII. MAJ. AN. M.D.LXXXVII. IHRES ALTERS IM LXXVIII.

In Meditullio Lapidis.

Hie ruht mein Leib, der in ſeim Leb'n
Groſſer Unruh ſtets war ergeb'n,
Und vil Arbeit hat ausgeſtanden,
Füraus in weit und frembden Landen:
Damit ich meim Gott diente recht,
Verlieſs ich jung mein Land und G'ſchlecht:
Und daſs ich diente männiglich,
Europam *faſt durchreiſet ich,*

Mit

Mit groſſer G'fahr, war offt g'fangen,
Für treue Dienſt den Lohn empfangen.
Lieſs mich fromm, treu, uffrecht ſtets finden,
Den Ruhm verlaſs ich meinen Kindern.

Reliquit Filios quatuor, Filias tres. Ex iis Nicolaus Leo An. Chr. 1609. æt. XIX. ranccœalii obiit; Auguſtinus M.DC.XIII. utetiæ in Gallia, quo militem Capitaneus uxerat, extinctus eſt: Hieronymus, MAVRITIO Haſſiæ Landgravio à Conſiliis intimis, & Galliarum Regis deſignatus itidem Capitaneus, Baſileæ anno M.DC. XIV. vitam finiit; Cœlius familiam porro propagavit. Filiarum duæ priores, Lucia atque Eſthera, in graviſſima urbis peſte an. 1610. mortuæ; tertia Margaretha Johanni Buxtorfio, Weſtphalo, Ling. Sæ. in Acad. Baſil. Profeſſori nupſit.

* * * * * *

HÆc ab Exemplari typis expreſſo ſic ſatis fideliter deſcripta ſunt: unum verò alterumve locum, in mendo mihi cubare viſum, adjectâ è regione notulâ ſanitati reſtituere allaboravi. Cæterum prodiit ſermo ille panegyricus eâdem paginarum ſerie co-

hærens cum oratione funebri vernacula: *Ein Chriſtliche Troſt Predigt von der Sorg Gottes für uns Chriſten; welche zu Baſel im Münſter den* 7. *Mertz im Jahr* 1614. *bey der Beſtattung des Edlen, Ehren- und Not-Veſten Herrn* Hieronymi Curionis, *König. May. in Franckreich und Navarren beſtellten Haubtmanns, durch* Joh. Jacobum Grynæum *Dienern Gottes am* Evangelio *daſelbſt, gehalten, und von* Samuele Grynæo Juniore *excipirt worden, Baſel* 1614. formâ quartâ; curante Johanne Buxtorfio, qui & Familiæ Cœlianæ continuationem compoſuit, atque omnia Illuſtriſſimo Principi Mauritio, Haſſiæ Landgravio, brevi inſcriptione dicavit. Neque enim à Stupano condita fuiſſe monumenta genealogica & biographica reliqua, id evidenter demonſtrat, quod non eodem utrobique nomine, quæ in Italia remanſit Cœlii Filia, appellatur. Nec ſi quis alius præter ipſummet Buxtorfium auctor extitisſet, cur ejus nomen non laudaſſet editor, ulla in promtu cauſa eſt.

Ex auctoribus, qui Cœlii S. Curionis ſive vitam, ſive ſcripta, ſive laudes exhibent, ad manus mihi ſunt Gesnerus in Biblioth. à Friſio aucta p. 128. Reusnerus in Iconibus 2dæ recognit. Jobinianis p. 321. Thuanus Hiſtor.

Hiſtor. L. XLVI. T. II. P. II. p. 453. edit. Pariſ. 1606. 8. & P. III. T. III. p. m. 326. edit. Pariſ. 1609. Toſſanus Dan. Oratione funebri in obitum Joh. Buxtorfii P. p. 9. Luc. Gernlerus Orat. ſecular. de Academiæ Baſilienſ. ortu & progr. p. m. 44. Königius Biblioth. p. 228. Hofmannus in Lexico Univerſ. T. I. p.m. 463. & 509. Teiſſier Elog. des homm. ſçav. mihi T. I. p. 334. Baſilienſes in Lexico Hiſtor. Univerſ. T. I. p. 1116. *Jocher* in Lexico Eruditor. p. 753. Fabricius Hiſtoria Biblioth. ſuæ P. III. p. 261. quem pag. 477. de hieroglyphicorum libris, utrum Cœlio Auguſtino F. an Cœlio Sec. P. tribuendi ſint, mirum eſt eam ob rationem hæſiſſe animo, quod filio quoque Cœlii prænomen fuiſſe dubium habuerit; cum quos priori loco allegaverat & Friſius & Königius id ei Cœlii nomen præfigant: licet Königius in eo falſus ſit, quod hiſtoriam Belli Melitenſis à Cœlio Sec. P. conſcriptam, Auguſtino F. adjudicet. Quæ verò Cl. Struvius in Collectan. MSCtorum Faſc. V. p. 75. ſeqq. exhibet ſingularia, à V. Cl. Beyſchlagio Bibl. Brem. Claſſ. VII. p. 580. itidem laudata, ex hoc noſtro panegyrico de verbo ad verbum tranſcripta eſſe, quivis ea inter ſe collaturus ſtatim deprehendet. Neque

etiam

etiam præfatio ſolum, quam ad Eliſabetham Angliæ Reginam Olympiæ F. Moratæ opuſculis præmiſit, ſed ipſa potiſſimum horumce piiſſimæ atque eruditiſſimæ Fœminæ libellorum collectio inque dias luminis auras editio Cœlii noſtri curæ atque honori aſſerenda venit: quem ultimis ſuis literis Olympia animam mox efflatura, id rogaverat. Illa quoque verba, quæ literatiſſimo huic politiſſimoque Viro l. c. p. 576. difficilia intellectu viſa ſunt, cum in Cœlii S. C. epiſtolis eodem plane modo conſtanter legantur, recte ſe habeant oportet, ac ſimpliciter ita capiantur, Julium III. P. R. (de eo enim ſcribere apparet Moratam) in perſcrutandis ac flammis ferroque extirpandis veritatis Evangelicæ cultoribus adeò furere, ut præ tragicis rabiei ſuæ exemplis, quæ is ediderit, vix in cenſum veniant, quæ ad aſſerendam papalis culminis tyrannidem Paulus III. anteceſſor molitus fuerat.

Pantaleonem, Proſopographiæ Auctorem, qui & Cœlium Patrem L. A. Magiſtrum, facultatis, ut vocant, tum Decanus renunciaverat, nec nullo officiorum cultu ab eo devinctus videri inde poſſit, quod & Horatii F. opuſculis Eduardo Angliæ R. conſecratis carmine præluſerit, nullum tamen eru-

dita

dita atque illuſtria inter πρόσωπα locum Curioni noſtro conceſſiſſe tantum non indigneris. Etenim in opere Latine abs ſe edito ejus ne verbulo quidem mentionem injicit: in verſione verò vernacula, acceſſionibus hinc inde ditata, eum quidem memorat, at ubi minime quæſieris, nec niſi ὡς ἐν παρόδῳ. Nimirum extremam in Sebaſt. Munſteri Elogio ducturus lineam, ſequentem in modum pergit P. III. p. m. 343. *Wie ich diſes Monſteri Leben am 25. Novemb. im 1569. Jahr verteutſchet, und in ſein Ordnung geſtellt, (durch welches mir der alte Kummer wider in etwas erneuert,) nimme wahr, ſo ſtirbt auch an diſem Tag* M. Cœlius Sec. Curio, *ein Italiener, welcher in die 23. Jahr* Lectionem oratoriam *bey uns verſehen, und durch ſeinen hohen Verſtand und mancherley Bücher allenthalben in der Chriſtenheit ſehr bekannt geweſen. Diſer ward erſtlich, als* Monſterus Rector, *und ich* Decanus artium *geweſen, unter die* Profeſſores artium *angenommen, hat ſich allezeit friedſam und wohl gehalten, und iſt gleich ſo lang wie* Monſterus *bey uns verharret, darzu in des Münſters Creuzgang ehrlich begraben worden; welches ich ihm zu Gedächtnus hie melden wollen.*

Hære-

Hæreſeos unitariorum dicam Cœlio noſtro impingi, manes ejus omnium utique invitiſſimi patientur. Nec eam culpationem ſatis abunde fulcit paraphraſis, quâ Evangelii D. Johannis initium velut commentariolo illuſtrare conatus eſt: modo quis eam animo paululum benigniori nec nimium ſuſpicaci meditetur. Plus quidem juſto ſibi indulſit Cœlius, quod in arduis divinæ manifeſtationis myſteriis frena luxurianti ingenio laxaturus, quomodo abſtruſiſſima ea, de quibus ὁ θεόπνευςος θεολογει, ſeſe habuerint, dilucidum ac planum facere ſibi ſumat. Tum ſi quid porro deliquit, in eo maxime peccatum, quod de ſacri ordinis rebus ſcripturus, à communibus & quaſi in Canonem receptis Eccleſiaſticorum Scholaſticorumque auctorum terminis tantum non ubique recedat: unde tamen animo quoque à noſtris alienum fuiſſe dogmatibus, non prono ſtatim alveo conſequitur. Neque verò innumerabilem illam hominum multitudinem, quotquot iisdem forte vocabulis, v. c. trium in unitate Eſſentiæ Divinæ perſonarum, parique totidem ſyllabarum tenore de eadem re utuntur, eandem pariter cognitionis ſenſûsque formam intus & in mente induiſſe, eâdemque proin ſanâ caſtâque

ſtâque fide teneri rectè quis contenderit. Primum enim nexus, qui notiones ideasque intellectûs inter, & earum ſive ore ſive ſcripto dari ſolita ſigna & ſymbola intercedit, nonniſi ex contingentibus eſt, nonniſi arbitrarius, atque adeo diverſæ ſuſceptionis diſcrimen tantum non infinitum ſubire paratus. Deinde innumeris plane modis non cerebri ſolum humani conſtitutio, ſed ipſarum quoque mentium indoles atque enatarum à prima ſtatim educatione percipiendi rationum ſpecies variant: ut quæ diſſimillimis omnino motibus ſive tubulos ſive Spiritus animales hinc inde afficiunt, eodem luminis ſenſusque interioris habitu apud animam ſiſti, iisdemque plane conceptibus apud omnes agitari ne poſſint quidem. Porro quam longe à ſe invicem disjectum eſt duplex illud cognoſcendi genus; vulgare unum, exotericum, tumultuarium, quo res vix per tranſennam nec niſi ſuperficietenus videntur: alterum veri nominis, ſapientibus proprium, accuratum, ſolidum, quo rerum ipſarum facies, quantum licet, intimius introſpicitur. Quam autem late ſeſe extendit illa præjudicatæ opinionis lues, ut qui vocabula quædam ac dicendi modos ab ineunte ætate millies uſu triverunt, conſue-

tam

tam illam familiarium formularum facili-
tem ipſius cognitionis atque intelligen-
loco habeant: qui proinde, fieri aliter no
poteſt, quin ab iis omnibus, quos abjecti
caſſæ dictionis putamine in rem præſentem
collectâ mente itare, nec meros dare ſo-
juvat, immani cogitationum intervallo re-
linquantur. Sed & paucisſimi exiſtunt, q
quæ puro tantum intellectu apprehende-
fas eſt, abſque corporei phantasmatis con-
tagio luſtrare apti nati, ſublimibus illis di-
viniſſimorum myſteriorum rationibus vel
à limine ſalutandis rite initientur: miræ au-
tem varietatis differentiam ac penitus ineffa-
bilem obtinere inter omnium ac ſingulo-
rum de talibus ſive errores ſive notitias ne-
ceſſe eſt, qualia ut aſſequantur, parum cum
eorum ingenio congruit. Quid? quod men-
tium noſtrarum ſibi relictarum nec cœlico
favore adjutarum vires prorſum ſuperat in
divinis acutum cernere, ut cum à recta ve-
ritatis inacceſſæ linea ſemel deviaverint,
multiplici fallacium imaginum ubertate ver-
ſus nullam utique non plagam incurveſcant:
cui malo omnium maximo quæ terminis, ut
vocant, ac formulis idem ſonantibus mede-
la quæri atque adhiberi aſſolet, bone Deus!
quam nihil averruncando conducit. Vice
tamen

men versâ ſæpenumero contingit, ut
ios vocibus & dictione quam à ſe invi-
em longiſſime abire audias, ſenſu mentis-
ue agnitione quam ad ſe mutuo proxime
ccedant; omnisque ita fax diſſidii, quam
hraſεως utrinque diſcrimen accendere uno
oco videbatur, unitâ placitorum amice in-
er ſe conſpirantium vi in fumum alibi ven-
osque abeat. Cujus rei documentum in-
nocentiæ Cœlianæ bono captaturus, ut
llum περι τȣ λογȣ καὶ της Οικονομιας ſobrie
enſiſſe conſtet, tres duntaxat particulas ex
eadem illa libellorum farragine excitabo,
in quam & Exordii Johannei paraphraſis, cum
dias luminis in aures prodibat, conjecta
fuit. Anteſtabor primo Araneum ſive de
Providentia Dei libellum oppido elegantem,
à quo omnis illa opuſculorum farrago no-
men obtinet. Ejus igitur ſub finem Cœlius,
poſtquam ſcitam nobis priſcorum de Arach-
ne & Minerva fabulam narrâſſet, in myſticæ
ſubito arcanæque Theologiæ Doctorem eva-
ſurus; magnumque ex mythico hoc invo-
lucro myſterium explicare aggreſſus; " Mi- "
nerva, inquit p. m. 81. quam veteres pro "
Dea ſapientiæ, hoc eſt pro ſapientia ipſa co- "
luère, Dei Filius Jeſus Chriſtus, æterna "
patris ſapientia eſt. Nam & Palladem illi è "

 " Jovis

„Jovis capite ortam dicebant; & ipſa D
„Sapientia apud ſapientem quendam pr
„clamat: Ego ex ore altiſſimi prodii. H
„igitur Sapientia hominem — ſimulac co
„ditus fuit, ſuis artibus inſtruxit. — ille a
„tem ſibi adeo placere coepit, ſe admirari &
„colere, ut magiſtram Sapientiam præ ſ
„contemneret. — & defeciſſent omnino,
„niſi eſſent divinâ voce & miſericordiâ ſubl
„vati. Facta namque tunc prima pollicitati
„fuit de victoria per mulieris ſemen, nemp
„Chriſtum, adverſus mortem, peccatu
„& legem obtinenda. Id quod poſtea vate
„Eſaias tanquam de re jam peracta — vatic
„natus eſt. — Deus nobis contra peccatum,
„mortem & inferorum potentiam, quæ
„lege condemnante in nos habebant impe-
„rium, dedit victoriam per Jeſum Chriſtum
„Dominum noſtrum. Is enim nos redemit
„ab execratione legis, dum pro nobis factus
„eſt hoſtia, peccatum & execratio ipſa.
Alterum teſtimonium dicat, quam Fulvio Peregr. Morato, Olympiæ Patri, de liberis pie educandis Cœlius inſcripſit, epiſtola. Ibi religionis docendæ rationem expoſiturus, „Deum, inquit p. 132. cuncta con-
„didiſſe verbo ſuo, (quem & Jeſum Chri-
„ſtum, Dei filium, divina oracula docent

appel-

appellandum,)— miſiſſe Jeſum Chriſtum" Filium ſuum, verum Deum, eundemque" verum Hominem, Spiritus Sancti ſatu," Mariæque conceptu — generatum, edi-" tum. — Deum ante tempora eodem ver-" bo Regnum ſibi ex omnibus conſtituiſſe ac" deſtinâſſe, — cujus rei ſignum eſt ipſa" fides, Spiritus Sancti opus, — horum" omnium duo nobis monumenta, quæ Sa-" cramenta appellant, (quaſi ſigna quædam," quibus Chriſtus Deus noſter, fœdus ſuum," quod nobiſcum æternum percuſſit, ob" ſignavit, —) eſſe relicta,, κ.τ.λ. Extremâ acie prodeat, quæ paraphraſin proxime excipit, breviſſima ad veram religionem adhortatio: in ea Cœlius, ,, quid, ait, eſſe" poteſt aut jucundius aut magis proprium" hominis Chriſtiani, quàm mens bene de" Deo & Chriſto ſentiens, atque omnem" cœleſtem doctrinam edocta? — de Deo" enim, ſemotâ Chriſti Filii Dei mentione," certaque perſuaſione, Judæi, Philoſophi," Maometes æque ſubtiliter, ſplendidè, graviterque facere verba poſſunt. Verum cum" Chriſtum non teneant, ſine fundamento" ædificant, (eſt enim Chriſtus Dei vera, unica & permanens imago, effigies & ſpecies);" idcirco quicquid vel dicunt vel cogitant,"

"collabi ac effluere neceſſe eſt.— Nos unum "Deum in Chriſto, & unum Dominum Je- "ſum Chriſtum in Deo amplectimur & coli- "mus." Hactenus ipſiſſima Curionis noſtri verba, quem cum Serveti furoribus aut aliorum, quos dicunt, unitariorum deliriis nihilominus feciſſe, ſi quis pugnare velit, nullus equidem intercedo, quin operâ — Mulgeat ille hircos, & vulpes jungat eâdem.

Nec in contrarium allegare ſatis eſt, quod arctam Cœlius cum Lælio pariter Socino ac Bernardino Ocello coluerit amicitiam. Lælium & Melanchthon & Bullingerus, quanta apud Orthodoxos, utriusque partis proteſtantes nomina! honorificè appellârunt. Ochini pietatem non Olympia ſolum Morata, caſtiſſimæ confeſſionis ſocia, eximium in modum ſuſpexit, ſed ipſe quoque Eduardus Rex puriora ſacra Anglis ſuis redditurus, ad ſe vocavit, ac inter primos iſtius divinæ fabricæ architectos habere voluit. Anne vero mirum eſt, Tranſalpinos hos, patriâ terrâ ob ſanctioris religionis cultum profugos, eâ inter ſe coaluiſſe animorum conglutinatione, quam, quum dulciſſimâ libertatis Evangelicæ Chriſtianæque charitatis conſuetudine colliqueſceret, ut rigidâ ſententia-

tentiarum ex aſſe omnium conſpiratione ferruminarent, non opus habere videbantur, ferreum, igneumque zelum, quò Ciſalpinos reſtitutæ fidei fratres paſſim exarſiſſe comperiebant, minime gentium imitaturi. Probet igitur, quantum volet, Clar. Alwœrdenius, inter Serveti ſui amicos numeratum quoque fuiſſe C. S. Curionem: Sectatoribus tamen ejus annumerandum fore, inde nondum patebit. Profecto nec miſer ille homo, ut ut phreneſi laboràſſe cenſendus ſit, manuumque potius medicarum quam carnificum indigus fuiſſe, ab omni adeo lepore, ab omni ita penitus arte deſtituebatur, ut niſi à paris inſaniæ reo laudari colique non potuerit. Seb. ſaltem Munſtero laudabilis viſa eſt opera, quam vel in Ptolemæum abs ſe editum Servetus contulerit. Ita enim præfat. in Ptol. Geogr. Baſil. 1552. excuſam, poſtquam Pirckeymheri induſtriam debitis ornâſſet elogiis, "multa tamen, "ſubjicit," fugerunt hunc bonum Virum, quæ poſt" eum deprehendit oculatiſſimus Michaël" Villanovanus, qui non pœnitendas vigilias" locavit in Ptolemæum, emendando cor-" rupta, explicando retruſa, & ſcholiis illu-" ſtrando obſcuriora, nos autem utrumque" ſecuti." Quis Munſterum, tam præclare de

ſet haberi, tolerari in eo facile poſſet: ve
enim utique ſimillimum eſt, id verna
culâ noſtrâ nominis inde Terræ Sanctæ ha
ſiſſe, quod, velut promiſſionis Terram
pollicitationum Divinarum patribus ſuis
ctarum gens Judæa occupaverit. Hîc veri
diffiteri nequeo, ingens mihi ex his verbis
ſubortum dubium, annon verum dixeri
Servetus, quando primâ ſtatim fronte non
ſe auctore nata hæc ſcholia reſponſabat.
Etenim vernaculæ ſuæ loco habuiſſe Germa-
norum Linguam Hiſpanum hominem,
omnemque ejus proprietatem, uſum, ho-
monymiam ad unguem calluiſſe, ut credam,
à me impetrare non poſſum. Germanum,
quisquis ille nequam fuerit, ea calamo ex-
cepiſſe, ſaltem ex vernacula tranſtuliſſe,
cuivis rem propius penſitanti ſic ſatis certum
apparebit. Quis autem non rideat novum
hunc ex Medentium Schola Atlantem, terra-
rum orbem ſuis inſcribi paſſum humeris, cum
peregrini eum ſuſtinerent? aut quis non ſtoli-
dam monſtroſi capitis indignetur pertina-
ciam, quâ alienas quoque calumnias in
criminum ſuorum rationes referri delectans
eſt, conviciorum ſcilicet eas & cachinnorum
halitu, modo Diis Genevenſibus placuiſſet,
facillime diſſlaturus?

'Εσγμ-

Cœterum nec Clar. Alwardenii nec Ptolemæi à Serveto curati meminiſſe poſſum, quin ſimul cogitatione deferar in locum de la Bibliotheque Raiſonnée, T. II. p. 120. ubi tam Viri illius Eruditiſſimi de Serveto Hiſtoria præclarè illuminatur, tum verba exhibentur, quæ miſerum hunc medicum deſperatæ in S. Scr. calumniæ damnarunt. Partem eorum ultimam Clariſſ. Bibliothecæ hujus Conditor, cum priora Gallice reddidiſſet, intactam reliquit, quod ſenſum aſſequi non valuerit. Nec ſane niſi Germanus aut Germanicæ ſaltem Linguæ callentiſſimus quis temere aſſequetur. Ita vero ſe habent: " quare promiſſam terram, pollicitam, & non vernacula Lingua laudantem " pronunciés. " Nimirum terram Canaan vulgari noſtro ſermone *das gelobte Land* inſigniri, res lippis & tonſoribus nota eſt. Cujus epitheti cum gemina omnino ſit notio, ut, ſi ab etymo ſimplicioris verbi *Loben*, (laudare) deducas, laudatam vel laudabilem, ſin ab altera paulum adauctiori, *geloben*, (polliceri) promiſſam, condictam ſignificet: nonniſi poſteriorem hîc, minime autem priorem illum, ſenſum obtinere aſſerit Scholiaſtes; qui ſi non calumniandi animo egiſſet, ſed etymi rationem unice voluiſ-

ſet haberi, tolerari in eo facile poſſet: veri enim utique ſimillimum eſt, id vernaculâ noſtrâ nominis inde Terræ Sanctæ hæſiſſe, quod, velut promiſſionis Terram vi pollicitationum Divinarum patribus ſuis factarum gens Judæa occupaverit. Hîc verò diffiteri nequeo, ingens mihi ex his verbis ſubortum dubium, annon verum dixerit Servetus, quando primâ ſtatim fronte non ſe auctore nata hæc ſcholia reſponſabat. Etenim vernaculæ ſuæ loco habuiſſe Germanorum Linguam Hiſpanum hominem, omnemque ejus proprietatem, uſum, homonymiam ad unguem calluiſſe, ut credam, à me impetrare non poſſum. Germanum, quisquis ille nequam fuerit, ea calamo concepiſſe, ſaltem ex vernacula tranſtuliſſe, cuivis rem propius penſitanti ſic ſatis certum apparebit. Quis autem non rideat novum hunc ex Medentium Schola Atlantem, terrarum orbem ſuis inſcribi paſſum humeris, cum peregrini eum ſuſtinerent? aut quis non ſtolidam monſtroſi capitis indignetur pertinaciam, quâ alienas quoque calumnias in criminum ſuorum rationes referri delectatus eſt, conviciorum ſcilicet eas & cachinnorum halitu, modo Diis Genevenſibus placuiſſet, facillime diſſlaturus?

'Επιμε-

ıter incurva: labium inferius non indecore ıminulum: coma denſa, ſatis longa, non-hil criſpa, colore ſubrufo: manus candidula, n ita longa. COELIA *paulo, quam Ange-, procerior: latioribus humeris & pectore, rpore delicatiore: facie non longa, ſed de-nter ex rotunditate porrecta: labiis coralli-is: crinibus longis, criſpis, ad auri colorem ergentibus.* FELICILLA *colore ſubfuſco, ed vivido & ſanguine perfuſo: facie longiuſcula, ronte lata, oculis nigris: capillo raro & ſub-ufo. Tales earum icones pictas ego & Guiliel-nus Canterus ὁ μακαρίτης vidimus 2. Decemb. A. 66. cum D. Cœlio & humaniſſimo ejus filio Auguſtino pranſi.*

Addo, quæ Cruſius ibidem de earum obitù ac ſepulcro commemorat: *Angela peſte laborare cœpit d.* 30. *Jul. A.* 64. *Poſtea linei panni detritam plagulam petens, eam, nixa pulvinis, in faſciolas aliquot, recto filo, laceravit: ſic etiam alias duas plagulas. Mox tria illarum capita ingenioſiſſimo modo in roſa modum copulavit: ſicque ſupra ſuum pectus poſuit. Deinde ad extremum ſe perveniſſe ſentiens, O Jeſu, inquit, me tibi commendo, ô mi Jeſu, amplectere me. Tandem ad preces adſtantium ſublatis oculis, manuque dextra in altum, tanquam ſi ſana eſſet, porrecta,*

O Jeſu,

O Jeſu, inquit, trahe. Mox bis terve [...]tiens expiravit d. 2. Auguſti. Pater [...] oculos ejus clauſit, brachiumque eius [...] erectum ſtans reduxit. Secuta eſt eum F[...] d. 16. & Cœlia d. 21. Aug. & ipſa fide in F[...] Dei nixa. Sepultæ ſunt, ſicut Angela petier[...] honeſto & virginali habitu in Templo pr[...]rio urbis, in quo conciones audire conſueverat. In monumenti angulis 4. inſignia 4. Ce[...] incidi voluit, ſua, uxoris, & ſuæ uxorisque [...]trum. In parte autem ſuperiore inter utr[...] parentum inſignia, tria Serta, decenter in[...]ſe implicata, ex roſtro integræ columbæ pen[...]tia: ad pedes inter reliqua duo inſignia, [...] accenſas lampades. Hoc à me ſic interpre[...]tur: (*) Tria ſerta, tres gratiæ, aut S. Tri[...]tas, ſerta victricibus imponens: ſerta, vir[...]ginitas victrix: inter ſe implicata, dilectio mutua: columbæ, ſimplicitas, ἀκακία: lampades accenſæ, obviam itio Sponſo Chriſto.

Extat quoque loc. cit. f. 284. ſeqq. ejuſdem Cruſii epicedion Græcum, Cœlio Auguſtino Curioni ſcriptum, & Latino etiam carmine redditum. In annotationibus f. 301. juvenem eruditiſſimum hoc elogio proſequitur

(*) Paſſive hac voce utitur Cruſius, qua ratione ea quoque alicubi uſurpavit Ammianus Marcellinus.

center incurva: labium inferius non indecore prominulum: coma denſa, ſatis longa, nonnihil criſpa, colore ſubrufo: manus candidula, non ita longa. COELIA *paulo, quam Angela, procerior: latioribus humeris & pectore, corpore delicatiore: facie non longa, ſed decenter ex rotunditate porrecta: labiis corallinis: crinibus longis, criſpis, ad auri colorem vergentibus.* FELICILLA *colore ſubfuſco, ſed vivido & ſanguine perfuſo: facie longiuſculâ, fronte lata, oculis nigris: capillo raro & ſubrufo. Tales earum icones pictas ego & Guilielmus Canterus ὁ μακαρίτης vidimus 2. Decemb. A. 66. cum D. Cœlio & humaniſſimo ejus filio Auguſtino pranſi.*

Addo, quæ Cruſius ibidem de earum obitu ac ſepulcro commemorat: *Angela peſte laborare cœpit d. 30. Jul. A. 64. Poſtea linei panni detritam plagulam petens, eam, nixa pulvinis, in faſciolas aliquot, recto filo, laceravit: ſic etiam alias duas plagulas. Mox tria illarum capita ingenioſiſſimo modo in roſæ modum copulavit: ſicque ſupra ſuum pectus poſuit. Deinde ad extremum ſe perveniſſe ſentiens, O Jeſu, inquit, me tibi commendo, ô mi Jeſu, amplectere me. Tandem ad preces adſtantium ſublatis oculis, manuque dextra in altum, tanquam ſi ſana eſſet, porrecta,*

O Jeſu,

cina Oporiniana An. 1568. in 8. prodi
Subjuncta eſt his operibus C. Secundi Cu
nis de bello Melitenſi â Turcis geſto hi
ria, cujus in auctorem hoc extat Guiliel
Canteri hexaſtichon:

Quanta ferox Criſpo fertur debere J
gurtha:
Debebit, Cœli, tanta Valetta tibi.
Quantum priſca ſuum venerantur ſe
Criſpum,
Tantum te noſtri, poſteritaſque col
Namque & credetur Valetta præſ
Jugurtha:
Nec tu Criſpo uſquam cedere v
eris.

II.

DE

Vita & Meritis
OANNIS HOMELII
Eximii quondam perinclutæ Academiæ Lipſienſis Mathematici.

§. I.

Nnata in patriam pietas poſtulat, ut, cum hactenus in opere hoc variorum vitas eſcriptas exhibuerim, nec civium meorum bliviſcar, qui virtute ſua atque eruditione, rata poſterorum recordatione dignos ſe eddiderunt. Enarrabo igitur hoc loco ma- oris doctrinæ quàm famæ Viri, JOANNIS HOMELII, ſæculi ſui Euclidis (a), vitam ac

(a) Sic ob inſignem Mathematicarum diſciplinarum peritiam in epicedio ipſi ſcripto vocatur ab Andrea Ellingero, qui præterea invidendo hoc eum decoravit elogio:

Præ-

ac res præclariſſime geſtas, qua potero, di-
gentia. Eo autem lubentius hoc offi-
inſigni Viro præſto, quod memoria ejus p
interciderit, & Biographorum nullus, q
ego quidem ſciam, mentionem illius
buerit (b). Intereſſe vero dilectiſſimæ p
triæ meæ arbitror, ut tam eximii civis n
men luci ſuæ, quantum pote, reſtitu

Præclarus Homilius, ille
Dilectus, Joachime, tibi gener omnibus ille
Et venerabilis & carus, quo tempore longo
Non majus meliusve habuit divina matheſis
Ingenium, ſapiente haud indignum Hellade quale
Doctaque Italia florente. Opera ardua mentis,
Quæque labor manuum effecit cœli æmula curſu
Aſtrorumque vagis obeuntum motibus orbes
Et lingua monumenta hujus perfecta in utraque
Poſteritas veniensque olim admirabitur &c.

(b) Solus, quod mihi conſtet, Kœnigius in Biblio-
theca Vet. & Nov. p. 417. ejus meminit. En vero ti-
integram, quam de ipſo ſuppeditat, notitiam: *HO-*
MELIUS (*Job.*) *Mathematicus*, *natus eſt An.* 15..
obiit An. 1582. Plura non habet Kœnigius; in his tamen
pauculis errorem commiſit in anno emortuali deſignan-
do, qui non A. 1582. ſed 1562. fuit. Quin ipſi eruditi
Lipſienſes, qui laudabili opera Lexicon Biographicum
Doctorum concinnarunt, intactum dimiſerunt Homi-
lium, fulgidum quondam Academiæ ſuæ ſidus. Licet
enim Part. I. pag. 1364. voci HUMMELIUS ad-
ſcripſerint: *ſiehe HOMMELIUS*, fruſtra tamen
in loco, ad quem Lectores remiſerunt, Hommelium
quæras, cujus ne verbulo quidem ibi ſit mentio.

ı ex ejus virtutibus multum gloriæ in n redundet. Vere enim Lucianus, (c) cavit: ὅσα σεμνὰ καὶ θεῖα νομίζουσιν ἄνθρωποι, ων πατρὶς αἰτία καὶ διδάσκαλος, γεννησαμένη ἐντρεψαμένη καὶ παιδευσαμένη. *Quæcunque ima, quæcunque veneratione digna homi- existimant, horum causa atque magistra patria, quæ nos genuit, aluit atque in- vit.*

§. 2.

In lucem hanc editus Memmingæ eſt)ANNES HOMELIVS A. R. S. DXVIII. (d) parentibus probis ac honeſtis, & pa-

(c) In encomio Patriæ.

(d) Colligo hoc è ſequenti Caſp. Walteri Annæ- rg. diſticho, quo tempus ætatis, annum, menſem diem mortis Homelii indigitavit:

LVſtra oCto aC binos bIs natVs HoMILIVs annos,
HIC obIIt IVLII LVX VbI qVarta fVIt.

ui ὁμόψηφος eſt Abrahamus Cæſius Flaminius in epice- io ipſi concinnato ſcribens:

Bis binos & viginti bis Homilius annos
Natus, heri durum mortis obivit iter.

;um ergo Vir præſtantiſſimus A. 1562. fato functus it, annos natus XLIV. inde facile colligi poteſt, lu- em hanc eum primum A. 1518. adſpexiſſe. Thema llius genethliacum exhibet Jo. Garcæus in Aſtrologiæ nethodo, ſive opere de judiciis geniturarum f. 158. ta tamen, ut & in prænomine ipſius & anno natali no- ando erraverit: Jacobum enim eum nuncupat, atque A. 1528. natum eſſe ſcribit.

& patre quidem, vel ob hoc de Rep. opti
merito, quod talem filium genuit, Xa
dochii noſtratis Arcario ſeu redituum ad
niſtratore Matthia Hummelio. Ita enim
parens & Noſter nomen ſuum primo e
preſſit, ſicuti quoque Philippus Melan
thon in literis ad Proceres Memminge
ſcriptis, quas ſuo loco inſeremus integr
nec non Joachimus Camerarius (c), n
quod ii in nomine ipſius efferendo uni
duntaxat M uſi ſint. Poſtea vero pum
vocali HOMELIUM ſe nuncupavit, bon
credo, ominis cauſa, ne ſcilicet fuco
Varroni fures dictos, mellaque ab apibu
confecta conſumere natos, quos vernacul
ſermone *Hummel* vocamus, imitari vide-
tur, cum apum potius φιλοπόνων, quibu
nullus otio perit dies, exemplum ſequi con-
tenderet Vir laboris amantiſſimus. Tandem
Camerarius eum HOMILII nomine *inſigni-*
vit, ad ſignificandam, uti exiſtimo, egre-
giam ipſius in converſatione comitatem
quam & alii in illo laudarunt, quæque eum
non æqualibus tantum & inferioribus, ſed
ſummis etiam Principibus charum reddidit
atque amabilem.

§. 3.

(c) Epiſtolar. Tom. I. Lib. I. p. 47. ſeqq.

um ex ejus virtutibus multum gloriæ in
llam redundet. Vere enim Lucianus, (c)
udicavit: ὅσα σεμνὰ καὶ θεῖα νομίζουσιν ἄνθρωποι,
τούτων πατρὶς αἰτία καὶ διδάσκαλος, γεννησαμένη
αὶ ἐντρεψαμένη καὶ παιδευσαμένη. *Quæcunque
divina, quæcunque veneratione digna homi-
nes exiſtimant, horum cauſa atque magiſtra
eſt patria, quæ nos genuit, aluit atque in-
ſtituit.*

§. 2.

In lucem hanc editus Memmingæ eſt
IOANNES HOMELIVS A. R. S.
MDXVIII. (d) parentibus probis ac honeſtis,
Dd &pa-

(c) In encomio Patriæ.

(d) Colligo hoc è ſequenti Caſp. Walteri Annæ-
erg. diſticho, quo tempus ætatis, annum, menſem
t diem mortis Homelii indigitavit:

LVſtra oCto aC bInos bIs natVs HoMILIVs annos,
hIC obIIt IVLII LVX VbI qVarta fVIt.

Cui ὁμόψηφος eſt Abrahamus Cæſius Flaminius in epice-
dio ipſi concinnato ſcribens:

Bis binos & viginti bis Homilius annos
Natus, heri durum mortis obivit iter.

Cum ergo Vir præſtantiſſimus A. 1562. fato functus
it, annos natus XLIV. inde facile colligi poteſt, lu-
cem hanc eum primum A. 1518. adſpexiſſe. Thema
llius genethliacum exhibet Jo. Garcæus in Aſtrologiæ
methodo, ſive opere de judiciis geniturarum f. 158.
ta tamen, ut & in prænomine ipſius & anno natali no-
ando erraverit: Jacobum enim eum nunçupat, atque
A. 1528. natum eſſe ſcribit.

nos exorientis diluculum duo fuere,
pubem noſtram literis imbuere labora
Joannes nempe Schudelinus & Paulus H
pen. Illius notitiam nobis conſervavit
ſtola ab Eraſmo Roterodamo, Muſa
ocello, ad eum exarata, quæ inter reliq
à ſummo hoc Viro ſcriptas hodienum p
ce extat (g), manifeſto argumento,
eum Virum laude dignum, utpote q
tantus heros amicitia ſua dignatus eſt. H
penium vero infelix vitæ exitus nobis co
tum fecit: juſſu enim Tribunorum fœd
Suevici in foro noſtro ſub finem trucid
ſeditionis, quam furibunda Coryb
caterva infauſto ſidere excitaverat, c
plexus fuit, inſimulatus nimirum ab iis
junda

inclyta Lipſienſi annis diverſis pronunciatæ, cum iis
pro antiquo more Rectores ex Bavarica (*quam vocat*
natione, *ſolenni conventu indicto*, *ſubditis commen*
rentur Viri Clariſſimi Joach. Camerarius Pap
Henricus Salmuth Suinfurt. Jo. Homilius Memming
Leonhardus Lycius Hippoiſtein. Victorinus St
Kaufbeierenſis, *Jo. Stromerus Aurbachius*, *Geor*
Maſbachius Suinfurt. collectæ & editæ à Jo. Sa
SS. Theol. Lic. Serveſtæ A. M.D. LXXXVIII. in
(g) In veteri editione, à Frobenio Baſileæ A. 15
in fol. curata f. 536. in nova autem, eaque
Baſileenſi p. 352. Confer, ſi lubet, quæ de hac epiſt
annotavi *in der kurtzen Reformations-Hiſtorie der St*
Memmingen, p. 34.

§. 3.

Incidit ejus pueritia in auſpicatum illud ævum, quo non ſacris tantum Dei beneficio in patria dulciſſima nativus ſuus flos ſuusque decor feliciter reſtitui, verum bonarum etiam literarum pretium augeri, eique ſcholaſticæ ritè conſtituendæ major cura haberi cœpit. Juvat hac occaſione quædam de primis ſcholæ noſtræ originibus inde arceſſendis adſpergere, cum hinc quodammodo eluceat, quid temporis illius ratio contulerit ad excolendum teneræ primo ſub flore juventæ egregium, quod à natura Homelius erat nactus, ingenium; in patria enim ipſum prima eruditionis ſuæ poſuiſſe rudimenta Henricus Salmuthus, Theologus quondam Lipſienſis, teſtatur (f). Scilicet ſub ipſum novi luminis apud

(f) In oratione, Homelii laudibus referta, quam habuit, cùm ille M. D. LX. d. IX. Maji Rectoris in Academia Lipſienſi ſpartam adiret. Ex hac, à Celeb. Kappio cum ipſo benevole meo rogatu communicata, nonnulla in meos uſus excerpſit, mihique ſuggeſſit Vir eruditiſſimus M. Jo. Georgius Lotterus, amicus meus incomparabilis. Extat autem ea declamatio in libello, hunc titulum gerente: *Orationes à Johanne Pfeffingero & Henrico Salmutho Theologis in Academia incly-*

rara in Deum fide ornatus, tantusque Ev-
gelicæ veritatis amator, ut jucundos po-
lares, dilectiſſimam thalami conſortem, ſ
viſſima caſti amoris pignora, & quic
charum ipſi erat, quam illam deſerere
luerit, cum Sphyngem illam Auguſtan
ſeu novam religionis formulam, ani
*interim*ere à Theologis purioribus dict
ſuo ſuffragio approbare, & adoleſcenti
fidei ſuæ creditorum, animis ceu ſuaveq
dam virus inſtillare, coram ipſo Auguſti
mo Cæſare intrepidus recuſaret, ab eo p
pterea urbe noſtra fugatus, & hoſpiti
peregrinis in oris quærere juſſus (h) hoc
mine, ſi non in Martyrum, in Confeſſo
tamen Chriſti album referendus. Hu
in docendo dexteritatis, ſi nullum aliud
taret teſtimonium, id tamen unicum ſuf-
ceret, quod ab Ambroſio Blaarero, Theo-
logo præſtantiſſimo atque perſpicaci & ido-
neo bonorum ingeniorum æſtimatore, no-
mine Celſiſſimi Wirtembergiæ Ducis Ul-
rici

(h) Rebus verò Proteſtantium deinde in meliorem ſtatum reſtitutis, & formula illa penes nos abrogata, revocatus à Magiſtratu noſtro eſt, ſed paulo poſt ob ſenectutem rude donatus, ſurrogato in ejus locum Martino Cruſio, Viro hodienum celeberrimo, cui Schola noſtra multum debet.

uſdam cum turbulentis illis homuncionibus colluſionis ; jurene an injuria, haud facile dixerim, cum monumenta fide digna nos hac in re deſtituant. Sed videntur hi non publicis auſpiciis docuiſſe, verum ſuo ipſorum arbitrio ludum aperuiſſe literarium. Scholam autem publicam, in certas claſſes diſtributam, tum demum Magiſtratus apud nos recte, ni indicia me fallunt, conſtituit, cum veritas divina altiores paulo in civium animis radices egiſſet. Nec dubito, B. Lutherum laudabile illud inſtitutum multum promoviſſe admonitione longe graviſſima, ad Conſules & Senatores omnium Germaniæ civitatum ſcripta & publicæ luci expoſita, in qua ſolidiſſimis rationibus eos ad ſcholas erigendas ac liberaliter fovendas exhortatus eſt. Et videtur quidem Lyceum noſtrum natales ſuos ab eo circiter tempore repetere, quo Auguſtana Confeſſio Carolo V. glorioſiſſimæ recordationis Imperatori exhibita fuit. Id primus, quod ſciam, moderatus eſt Joannes Cleberus, cumque ſociis à Magiſtratu ipſi datis juventutem ad piam eruditionem, ac eruditam pietatem, Deo gratiam largiente, fideliter manuducere contendit. Fuit is Vir non inſigni minus politiorum literarum peritia, quam

Benedictini, Monachus Ottoburanus, An-
no circiter M. CCCC. LXXXIII. patre Jo-
anne Udalrico, Medicinæ Doctore tum
haud incelebri, natus, qui primum paren-
tis exemplo ſedulam ſtudiis philoſophicis
medicis operam in Academia apud Monte-
peſſulanum impendit, deinde verò A. MD
monaſtico Ordini adſcriptus, Latinis litte-
Græcas & Hebraicas comjunxit, ſuaque pr-
cipuè cura, omni præconio digniſſi-
effecit, ut A. M.D.XLIII. in florentiſſi-
Monaſterio Ottoburano Gymnaſium tri-
gue (i) inſtitueretur. Quasdam egregii h-
jus Viri epiſtolas manuſcriptas inter re-
las meas adſervo (k), quæ ipſum in Aſtron-

(i) Teſte Mabillonio in itinere Germanico p. 41. De hujus Gymnaſii auſpiciis, Mæcenatibus ac pri- Profeſſoribus vid. P. Franciſci Petri Sueviam Eccle- ſiaſticam f. 841. In ſplendidiſſimo autem Monaſterio Ottoburano redivivum hodie nobis ſiſtit Ellenbogium Maxime Rever. atque Eruditiſſimus P. FELIX STANG DE KUNIZ, Capitularis ac Bibliotheca- rius Digniſſimus, Vir non tam generis nobilitate, quàm candore, humanitate, aliisque raris, quibus ſplendet virtutibus, maxime conſpicuus, quem hono- ris & amicitiæ cauſa nomino.

(k) Ex novem libris ejus epiſtolarum reſtare libros ſeptem in Bibliotheca Colbertina refert Joannes Ma- billonius, immortale Ordinis ſui ornamentum, in de- ſcriptio-

rici pro Athenæo, Tubingenſi avidiſſime expetitus fuerit, ſed abnuente noſtro Magiſtratu, & tantum non cum celebri illo Viro, quem alias faciebat maximi, expoſtulante, quod tam egregio juventutis formatore ſcholam ſuam orbare voluerit.

§. 4.

Ab hoc igitur potiſſimum Doctore Homeliùs & virtutum veræque pietatis præceptis, & bonis literis atque artibus imbutus, ea jecit, adſpirante divino Numine, in ſchola patria fundamenta, quibus deinde proſperrimo ſucceſſu altiora ſuperſtruere poterat ſtudia. Cumque naturæ quodam impulſu ad aſtrorum ſcientiam ac reliquas diſciplinas Mathematicas comprehendendas à teneris incitaretur, ad eas tamen flagrantiſſimo ardore conſectandas exemplis domeſticis, quorum magna vis eſt, ſummopere inflammatum eſſe illum exiſtimo. Florebant enim tunc temporis duo Memmingenſes, Matheſeos ac Aſtronomiæ præſertim ſtudioſiſſimi, quorum memoriam, oblivionis tenebris fere ſepultam, hic paucis, bona, ſpero, Lectorum meorum cum venia, reſuſcitare operæ pretium duxi. Unus erat Nicolaus Ellenbogius, Ordinis

jam cogniti orbis Terras, Maria, Fo-tes, Flumina, Montes, Gentes, Civi-tes atque Villas, ſecundum eorum longi-dines ac latitudines tam ab ipſo Ptolom-quam cœteris modernioribus luſtratas. Sa-cræ Scripturæ hyſtorias legentibus cœteri-que Hiſtoriographis ac Poëtis perutile, p-eximium Medicinæ Doctorem Jacob-Stoppel editum &c. Impreſſum Meming-per Albertum Kune, opera vero & impenſa ej-dem Doctoris ac Mathematici inſignis, anno ſ-lutis 1519. in fol. His igitur præclaror-civium ſuorum exemplis Homelio, ſua-natura ad id ſtudiorum genus ducto, ca-car admotum eſſe reor, ut eo fortius a-que alacrius ad ejusdem palmæ hono-curreret.

§. 5.

Is poſitis rite in ſchola patria literarum tyrociniis ad majora eruditionis incrementa capienda in Athenæum Argentoratenſe miſ-ſus eſt, magni tum nominis Doctoribus florentiſſimum, inter quos caput efferebat Wolfgangus Fabricius Capito, Caſpar He-dio, Martinus Bucerus, Nicolaus Gerbe-lius, Jacobus Bedrotus, Joannes Sturmius, Joannes Sapidus & Chriſtianus Herlinus,

nia haud mediocriter verſatum fuiſſe evincunt. Alter Jacobus Stoppelius, artis ſalutaris Doctor ac Poliater Memmingenſis, non felici tantum medendi peritia, verum inſigni etiam Matheſeos ſcientia magnum ſuo ævo nomen adeptus eſt. Laudat aliquod ejus inventum teſtis αὐτοπτης, D. Joannes Eccius in epiſtola ſua (l) de itinere Italico ſcribens: *Vidi eo tempore Memmingæ pileum Cosmographicum in planum ad nutum projicibilem, ab excellenti Archiatro Jacobo Stoppel mei amantiſſimo noviter & mirificè elaboratum.* De quibusdam phænomenis in coelo A. 1514. conſpectis eum ſcripto publicè edito egiſſe, memorat Martinus Cruſius (m). Præterea luci expoſuit Lexicon Geographicon, omnium forte à renatis literis primus. Integrum hujus operis titulum ex Bibliotheca Uffenbachiana univerſali (n) adſcribere viſum eſt. *Repertorium in formam Alphabeticam redactum, in ſe continens totius*

 jam

ſcriptione itineris ſui Germanici p.49. edit Hamb. Binæ etiam illius epiſtolæ ad Jo. Reuchlinum τοι χαιν exaratæ leguntur inter Reuchlinianas Tubingæ A. 1514. in 4. excuſas.

(l) Typis exſcripta eſt illa cum tribus Eccii orationibus Auguſt. Vind. A. 1515. in 4.

(m) Annal. Suevic. Part. III. Lib. X. Cap. IV. f. 550.

(n) Tom. II. Appendic. II. p. 107.

dandi nimirum Stipendiarios ſuos, divinioris ſcientiæ ſtudio conſecratos, atque in Academias abeuntes, cuidam ſpectatæ probitatis ac fidei magnique nominis Viro, cujus veluti ſub oculis vivere, & ſecundum ejus conſilia ſtudia ſua inſtituere tenentur, ne ſcilicet bona ingenia, quod proclive illis eſt, juvenili impetu in devia abripiantur, vel præpoſtera ratione ſumma imis miſcendo in omnibus aliquid, in toto nihil, uti vulgo dicitur, diſcant. Quem morem ſæpe dignis præconiis extuliſſe, utque frequentius quoque ab aliis obſervaretur, in votis habuiſſe memini Præceptores meos venerandos, Theologos conſummatiſſimos, D. Jo. Franciſcum Buddeum, τον νυν ἐν ἁγιοις, ac D. Guſtavum Georgium Zeltnerum, hodienum (& faxit Deus, adhuc quam diutiſſime!) de Chriſti Eccleſia atque orbe literato præclariſſime merentem. Sed ex hoc diverticulo in viam redeamus.

§. 6.

Comparatis igitur ſibi Argentorati indefeſſa aliquot annorum diligentia variæ doctrinæ opibus, ſuperiorum juſſu Witteber-

gam

gam ſe A. 1540. contulit, ibique non diſcentium modo ſubſellia impiger Doctorum ejus Academiæ celebratiſſimorum auditor occupavit, ſed & bonarum artium Magiſter merito ſuo creatus inſignes, quas inexplebili ſtudio congeſſerat, animi divitias aliis expoſuit, docendique dexteritate ingenuis adoleſcentibus multum profuit, tanti præſertim ob eximias, quibus eum ſupremum Numen largiter inſtruxerat, dotes, à Philippo Melanchthone, illo omnium elegantiarum promocondo, habitus, ut illum ægre è Wittebergenſi Academia dimitteret, utpote non ei ſolum, verum univerſæ etiam Germaniæ uſui olim atque ornamento futurum. Haud injucundum fore Lectoribus meis ſpero, ſi binas ſummi Viri literas ad Magiſtratum Memmingenſem datas, prolixi in Homelium affectus indices, hic ex ipſis autographis inſeruero.

A.

GOttes Gnad durch unſern Heiland Jheſum Chriſtum zuuor, Erbare, Fürneme, Weiſe, Günſtige Herren, nachdem der Wolgelart Magiſter Johannes Humelius, nu mehr bey zweien Jarn durch euch in der Uniuerſitet albie

albie gutwilliglich unterhalden, vnnd ehriezund widerumb beim erfordert, hab ich nit vnterlaſſen wollen, an E. W. zu ſchreiben, vnnd bitt ganz vleiſſig, E. W. wolle dieſes mein ſchreiben, das guter Meinung geſchihet, freintlich verſtehen, E. Weisheit, als die Verſtendigen wiſſen, was beſonder zu dieſer Zeit daran gelegen, das man gute Ingenia, vnnd die in Löblichen Künſten vnnd Chriſtlicher Lehr ein guten Verſtand haben, fürdere, vnnd zur Kirchen regierung vfziehe. Weill ich denn weiß, das bemelter Humelius ſeer guter Sitten, verſtendig, vnnd wolgelart iſt, bin ich erfrewet Ewr Kirchen vnnd Stadt halben, das durch Gottes gnad alda ein ſolche Perſon zu finden, vnnd bitt E. W. wolle Ihr bemelten Humelium günſtiglich laſſen beuohlen ſein, Ehr hat albie guten vleis gethan, vnnd nit allein ſelb ſtudirt, Sondern auch andern furt geholffen, Ihnen geleſen, vnnd ſie geübet, das viel ein beſonder gefallen an Ihm gehabt, Were auch one Zweifel vieler ſchuler nuz geweſen, ſo ehr lenger bey vns hette bleiben mögen. Ewr W. weiß auch, das im vergangen Jar die Zerung ſweer geweſen, dazu iſt Ihm etwas vf den Gradum vnnd vf die Reiſe vfgeloffen, darumb bitt ich vleiſſig, E. W. wolle ihm zu dem Stipendio, So Ihm gereicht, ein dreiſſig fl. zulegen,

legen, E. W. wolle hierInn ſeine Geſchick-lichheit bedencken, auch Ihn meiner Vorbitt genieſſen laſſen, der ich e. w. vnnd dieſen Chriſtlichen Stenden trewlich, vnnd wie E. W. weiß, nit mit geringer arbeit zu dienen pflege, der ich mich auch ſchuldig erkenne, Gott gebe gnad dazu. Bitt derwegen E. W. wolle ſich gutwillig gegen Humelio erzeigen, das will ich zu groſſem danck annemen, als ſo es mir gethan, vnnd euch zu dienen willig ſeyn, Godt bewar eüch alzeit. Datum Wittenberg. Montags nach Invocavit Anno XLII.

E. Weisheit

williger

Philippus MelanthoN.

B.

GOttes Gnad durch ſeinen Eingebornen Son Jheſum Chriſtum unſern Heiland zuuor, Erbare, weiſe, fürneme, günſtige Herren, Erſtlich bitt ich E. W. wolle an meinem ſchreiben nit ein vngünſtig misfallen haben, denn es von mir trewlich vnnd zu gut den Löblichen Studien gemeint wirt, vnnd iſt dieſes die ſach, darumb ich bedacht an E. W. zu ſchreiben,

E. W.

E. W. ſehen, das in dieſer vnrugigen Zeit wenig Leut grüntlich ſtudirn, So es doch in der Warheit alſo iſt, das die Chriſtenheit der Studien hoch bedarff, vnnd ſchreckliche Blintheit zu beſorgen, So durch untergang Lôblicher Künſten ein Barbarey volgen würde, wie bei den Türcken, welchs Gott gnadiglich verhüt, Weil denn Godt beſondere gnad Magiſtro Johanni Humelio, der in Ewr Stadt geborn iſt, geben hat, hab ich ihm allezeit geradten, das ehr bei den Vniuerſiteten, als da viel Ingenii beiſamen ſind, vnnd nit ein Kunſt allein, ſondern alle nüzliche Künſten gelert werden, lenger bleiben ſolt, dazu ſind ehr in Vniuerſiteten ſelb mehr Vrſach ſich zu vben, ſo ehr andre lehret, diſputirt &c. wie ehr damit ein gut lob bei vnß erlanget, darumb ehr ſich nu widerumb in die Vniuerſitet alhie begeben, doch ſofern ehr E. W. bewilligung vnnd Hülff haben mocht, Weil denn bemelter Magiſter Johannes Humelius ſolcher guter geſchicklicheit iſt, das ehr nu ein gut fundament hat in theologia, ſprachen, vnnd ganzer philoſophie, vnnd zu hoffen, ehr werde durch Gottes gnad der Chriſtenheit ſehr nüzlich dienen, vnnd nu nach dem fromen vnnd Hochgelarten Gryneo ganzer deutſcher Nation ein zier werden, bitt ich ganz vleiſſig E. W. wolle Ihr dieſen Magiſtrum Johannem

hannem Humelium günſtiglich laſſen beuoblen ſein, vnnd Ihm lenger In der Vniuerſitet zu bleiben, erlauben, auch zur Vnterhaltung das ſtipendium, wie zuuor, volgen laſſen, welches one zweifel wol bewant ſein wirt, denn wie ein Kriegsman bei dem Hauffen, vnnd zu feld lernen muß, alſo iſt es mit dem Studio auch, das ein einig Ingenium allein wenig ausricht, Sondern es müſſen viel leüt beyſamen ſein, da einer den andern hert, vnnd erjnnert &c. Ich bitt ganz vleiſſig E. W. wolle ſich gutwillig erzeigen, denn wirlich dieſer Johannes Humelius hatt durch Gottes gnad beſondere gaben, die zu erbauen nuzlich iſt, dazu iſt ehr züchtig vnnd ſittig, vnnd iſt den Regimenten nit wenig daran gelegen, das man ſolche leut zur Kirchen regierung vfziehe, die friedlich vnd ſanftmütig ſind, zu ſolchen ſitten auch dieſe ſchönen Künſten dienen, die ehr lernet. Darumb wolle E. W. Ihr dieſen man günſtiglich laſſen beuolen ſein, E. W. zu dienen bin ich allezeit willig, Godt bewar e. w. allezeit. Datum Witteberg. 3. Octobris. Anno XLII.

E. Weisheit
williger
Diener

Philippus MelanthoN.

Inſcriptio:

Den Erbaren, Weiſen, unnd Fürnemen Hern Burgermeiſtern und Stadt zu Memmingen, meinen gunſtigen Herrn.

§. 7.

Tanti igitur Viri precibus facile annuens Senatus patrius Homelio veniam diutius Wittembergæ permanendi ſtudioſæque juventuti doctrina ſua inſerviendi, additis etiam beneficiis, conceſſit. Anno autem MDXLIII. cum Ludovicus, Comes Kœnigſteinenſis, à Sereniſſimo Electore Saxoniæ ſincerum & eruditum verbi divini præconem deſideraret, idem Melanchthon Magiſtratum noſtrum epiſtola d. 1. Martii ſcripta impenſe rogavit, Illuſtriſſimo illi Comiti aliquandiu Homelium ſuum commodare ne gravaretur, eo tamen pacto, ut deinde ad Academiam rediret. Nullus ambigo, quin & hoc Viri maximi precibus datum ſit. Tandem vero in patriam revocatus eſt, ut miniſterio eccleſiaſtico in pago vicino *Bleſſ* fungeretur, cum forte nullus tum in urbe locus vacaret. Præſtitiſſe autem eum in ſa-

cro

cro hoc munere fideliter, quæ ſuarum erant partium, dubitare nos nequaquam ſinit pia Viri integerrimi eruditio ardensque purioris doctrinæ ſtudium, quo animatus A. MDXLVIII. propter obtruſam noſtræ etiam civitati interimiſticam, quam vocant, formulam ſtatione ſua abire, quam à recta conſcientia vel latum unguem diſcedere maluit.

§. 8.

Quum igitur pura non amplius evangelicæ religionis, cui addictiſſimus erat, dogmata gregi commiſſo inſtillare ipſi liceret, jam ſtudiis mathematicis orbi inſerviturus, nidulum aliquem in Academia quadam ſibi quærere animum induxit. Hac fini Auguſtam Vindelicorum delatus, inde ulterius profecturus, innotuit Auguſtiſſimo Cæſari Carolo, comitia eo tempore ibi celebranti, atque ſummam ipſius gratiam tam probatiſſimis moribus quàm excellenti mathematicarum diſciplinarum peritia ſibi feliciter conciliavit. Erat enim Carolus uti aliis virtutibus, tanto Imperatore dignis, ornatiſſimus, ita & ſummus literarum patronus, quem Muſæ ceu verum ſuum Apol-

linem venerari poterant. Conveniebat in ipſum maximo jure illud Juvenalis:

Et ſpes & ratio ſtudiorum in Cæſare tantum:
Solus enim triſtes hac tempeſtate Camœnas
Reſpexit.

Non autem impenſe ſolum Auguſtiſſimus Heros amavit doctos, ac beneficum & liberalem ſe iis præbuit, ſed ipſe etiam ingenuis artibus haud mediocriter inſtructus fuit. Quantopere hiſtoriarum cognitione delectatus ſit, admirabundi prædicant ſcriptores συγχρονοι (q). Coſmographiæ, cujus peritiſſimus (r) erat, beneficio gentes, regiones, vias, tranſitus, portus ita in animo ſuo deſcriptos habuit, ut aſſerere non dubitaverit, ſe haud facile ab aliquo his in rebus decipi poſſe, quod & de munimentorum extructione affirmavit Vir Architecturæ quoque

(q) Vid. Jo. Manlii Locorum communium Collectanea, p. 550.

(r) Adeo in illa verſatus fuit, ut Gemmam Friſium, Virum doctiſſimum, erroris admonuerit in mappa mundi, quam poſtea, errore ſublato, illi Gemma dedicavit. Vid. Melch. Adam. Vitas Medicorum Germanorum. p. 74.

que militaris ſcientiſſimus (s). Phyſicam artemque ſalutarem ita coluit atque intellexit, ut nec medicationibus uteretur, quas non ipſe prius conſideraſſet & examinaſſet (t). Siderum vero tam ſedulus ac perſpicax ſcrutator fuit, ut multos, huic ſtudio præcipue deditos, ſuperaverit. Inter graviſſimas occupationes,

media inter prælia ſemper
Stellarum cœliique plagis ſuperisque vacavit (u).

Memorabile oppido eſt, quod de ipſo hanc in rem Melchior Adami (x) ex Erhardi Cellii oratione funebri Philippo Apiano habita refert: *Cum Cæſar die* 26. *Aug.* (A. 1546.) *in bello Germanico caſtra ad Ingolſtadium poſuiſſet, Proteſtantes continuo triduo bellicis tormentis, quæ bombardas vocant, bis mille ſeptingentos ſexaginta octo globos in Cæſarianos emiſerunt. Hic cum C. Julii exemplo Carolus in*

 ipſis

(s) Teſte Bonajuto Lorito in Architectura Militari Lib. I. f. 25. verſionis German.

(t) Vid. Orationes poſtremas à Phil. Melanchth. ſcriptas ac Witteb. 1565. editas p. 106.

(u) Hæc verba de Julio Cæſare uſurpavit Lucanus.

(x) In Vitis Philoſophor. German. p. m. 349. Hanc rem jucunde etiam narrant eruditi auctores Parnaſſi Boici Vol. II. p. 131. ſq.

ipſis caſtris & medio belli ardore ſiderum doctrinam coleret, ac revolutionum cœleſtium leges & periodos conſideraret, Petrum Apianum in caſtra, vix dum poſita & urbi vicina evocavit, ut in machina à ſe facta, certis rotulis orbes circumducentibus, repræſentante planetarum motus proprios, Cæſari coram certius ſingula monſtraret. Illo ipſo die, prid. Cal. Sept. cum globi ex hoſtium caſtris emiſſi circumvolitare magno agmine cœpiſſent, ut unus quatuor librarum pondere per ipſum Cæſaris tentorium, omnibus tamen illæſis, abiret, trepidante Apiano, & caput ſubinde inclinante, Carolus, nulla prorſus timoris ſignificatione edita, pedem loco nuſquam movit. Quamplurima tum ſecum habuit inſtrumenta mathematica à Gerardo Mercatore artificioſiſſime parata, quæ in horreo quodam igne ab hoſtibus clam ſuccenſo liquefacta & conſumta fuerunt (y). Ejusdem belli tempore familiariſſime ſecum duxit Turrianum Cremonenſem, magni nominis mathematicum (z). Quin & ſedens in thermis, cum pedis curationi vacaret, otium

(y) Teſte eodem Melch. Adam l. c. p. 393. Novam deinde per eundem ſibi confici Imperatorem laudatiſſimum juſſiſſe, idem teſtatur.

(z) Vid. Mich. Piccarti Obſervat. hiſtorico-politic. Decad. I. Cap. V. p. 26.

otium interdum horologiis artificioſe deſcribendis feſellit (a) Imperator, omne præconium virtute ſua longiſſime ſupergreſſus.

§. 9.

Tanto igitur Principi, cui in deliciis erat,

Aerias tentare domos cœlique profundas
Remigio rationis opes luſtrare, ſuisque
Acclinare oculis diſtantia ſidera, & horum
Cenſura ingenii varios ſupponere motus.

tanto, inquam, Principi adeo acceptus erat Homelius, ſolertiſſimus orbium cœleſtium rimator, ut multa & jucunda conſuetudine eum dignaretur, horas, à publicis laboribus vacuas, cum ipſo ſuaviſſime tranſigeret, imo ejus inſtitutioni ſe traderet, inque illius ſocietate ſiderum meatus ſæpenumero dulci voluptatis ſenſu luſtraret. Quid quod maximum Cæſarem ita Noſtri converſatione delectatum fuiſſe è certis documentis cognovimus, ut eum etiam in conſiliis ſecretioribus ſecum interdum retineret, cumque legatos undique ad ſe miſſos audiret, ac illis reſponſa daret, nonnunquam eo mentis ſuæ interprete ad Germanos uteretur. Omnium rariſſimo, quo quidem ſtrenuis literarum

(a) Vid. Manlii Locor. Commun. Collectan. p. 554.

cultoribus gratius obtingere poteſt nullum, tum fruebatur Homelius ſpectaculo, præſens intuitus & admiratus tanti Imperatoris ſtupendum, quo cum alias ſcientias tum præcipue Aſtronomiam proſequebatur, ardorem, cunctis ſane ſæculis memorabilem. Ejus juſſu Auguſtæ jam fabricare cœpit Noſter horologium illud artificioſiſſimum, quod non horas tantum, ſed & Solis Lunæque ac Siderum vias meatusque mira ratione monſtrabat, ab Auguſtiſſimo Carolo omnibus aliis, quæ adſervabat ſatis multa, undique à præſtantiſſimis artificibus ei oblata, hujusmodi operibus antepoſitum. Quod tam eruditi inque his rebus verſatiſſimi Monarchæ judicium Homelium noſtrum, ſi nihil præterea aliud præſtitiſſet, immortali memoria dignum reddidit. Non auſim aſſerere, horologium hocce idem fuiſſe, quod Auguſtiſſimum Caroli Fratrem Ferdinandum Solymanno Turcarum Imperatori cum aliis muneribus per legatos ſuos obtuliſſe, Paulus Jovius (b) refert; ſimile tamen ei fuiſſe cum haud ab re videatur, quomodo

(b) Hiſtoriarum ſui temporis Tom. II. Lib. XL. p. 169. edit. Venet. 1566. in 4.

modo ille id deſcripſerit, adjicere juvat. Scilicet nominat iſtud eruditæ admirationis argenteam machinam, in qua non horarum modo ſpatia, ſed errantium etiam ſiderum motus, menſtruique Solis ac Lunæ coitus exactiſſima ratione monſtrabantur, intus ſcilicet dentatis rotis certisque ponderibus, admirabili momento, vel in multum ævum minutiſſimas temporum menſuras diſpenſantibus, quum inter celeres tardosque orbes in tam vario inæqualique polorum ordine, audaci quadam ſupremi motoris æmulatione cuncta congruerent. Ea, uti addit Jovius, à peritiſſimis aſtronomis excogitata perfectaque Maximiliani Cæſaris fuiſſe dicebatur.

§. 10.

Quum vero egregio huic operi, Carolo Auguſtæ adhuc verſante, ejusque perfectionem avidiſſime expectante, Homelius extremam manum imponere non potuiſſet, exhibuit demum illud jam conſummatum ei Bruxellis (c), Cæſarisque animum ingenti

(c) Vid. Hiſtoricam relationem de Joanne Friderico, Electore, Mauritio & Auguſto, Ducibus Saxoniæ,

genti & gaudio & admiratione complevit. E gratia ergo, qua apud Auguſtiſſimum hunc Mæcenatem pollebat, jure poterat ſibi ampliſſimæ dignitatis ſplendorem ac plurima vitæ commoda polliceri, ſi ejus aulam ſemper ſequi voluiſſet; ſed maluit religionis evangelicæ amore ductus iis in locis ſtabilem fortunarum ſuarum ſedem quærere, ubi pura cœleſtis veritatis doctrina in cathedris ſacris libere perſonaret; abiit igitur iterato, propitio Numine ſecundante, in Saxoniam, ac tandem à fortiſſimo Heroe Mauritio, novo Electore, in famigeratiſſima Lipſienſi Academia Mathematum Profeſſor conſtitutus eſt anno, ſi recte conjicio, MDLI. nactus ſic exoptatiſſimam occaſionem illas diſciplinas, ad quas profitendas quaſi natus erat, ſtudioſæ juventuti non feliciter minus quàm fideliter tradendi. *Tam* verò ante, quàm poſt muneris ſui auſpicia per triennium Miſniam pervagatus, & ſtudioſe ſitum urbium, hominum ingenia, mores, doctrinam, eccleſias, civitatum diſciplinam, artes, venas metallicas, agros, guber-

niæ, Luthero & Philippo, à Godofredo Arnoldo Tomo IV. Hæreſiologiæ ſuæ inſertum pag. 93. edit. I. & p. 387. edit. II.

gubernationis formam contemplatus decrevit ſecum (d), picturam aliquando hujus regionis vel mappam chorographicam edere, quæ num in lucem tandem prodierit, me quidem fugit.

§. II.

Licet autem ſic longe ſatis remotus fuerit ab Auguſtiſſimo Patrono ſuo Imp. Carolo, non tamen illius animo benevolam ejus memoriam excidiſſe, luculenter comprobat ſingularis gratia, qua mactum ipſum A. MDLIII. benigniſſime voluit, in equeſtrem ordinem eum recipiendo, ac inſuper ſacri Lateranenſis Palatii Aulæque ſuæ & Imperialis Conſiſtorii Comitem ex ultroneo favore creando. Ipſas illas tabulas, tantæ gratiæ teſtes, ex nitidiſſimo autographo in Homelii honorem huc transferre viſum eſt. En ergo tibi illas.

CARO-

(d) Teſte ipſo Homelio, tum Facultatis ſuæ Decano, in oratione d. 18. Jan. A. 1553. Lipſiæ de regione & gente Myſorum habita, cum Magiſterii gradus quibusdam decerneretur, quæ eodem anno typis exſcripta eſt, recuſa deinde in Tom. IV. Declamat. Melanchth.

CAROLVS QVINTVS Divina favente Clementia, Romanorum Imperator Auguſtus, ac Rex Germaniæ, Hiſpaniarum, utriusque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Inſularum Balearium, Sardiniæ, Fortunatarum, & *In*diarum, ac terræ firmæ maris Oceani &c. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lothrici, Brabantiæ, Lymburgiæ, Lucemburgiæ, Gheldriæ, Wirtembergæ, &c. Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis, Artheſiæ, & Burgundiæ, Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Ferretii, Kiburgi, Namurci, & Zutphaniæ, Landtgravius Alſatiæ, Marchio Burgoviæ, & Sacri Romani imperii &c. Princeps Sueviæ &c. Dominus Friſiæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis, & Mechliniæ, &c. Honorabili noſtro, & Imperii Sacri fideli dilecto Joanni Homelio, Artium magiſtro, ſacri Lateranenſis Palatii, aulæque noſtræ Cæſareæ, & Imperialis Conſiſtorii Comiti Palatino. Gratiam noſtram Cæſaream, & omne bonum. A majoribus noſtris, quos non ſolum rerum geſta-

rum

rum fælicitate, ſed prudentia, judicioque adæquare ſemper ſtuduimus, ita fieri ſolitum eſſe accepimus, ut quibus ineſſe aliquid, quod à communibus auris vulgi alienum eſſe compererant, iis demum beneficio ſibi obligandis, atque ad virtutem excitandis, operam omnem atque induſtriam impenderent. His rebus factum eſt, nt præclaros domi Cives foverent, quorum conſiliis respublicæ omnis recte ſuſtinerentur, & foras ſtrenuos invictosque milites emitterent, quorum virtuti nihil invium, conſtantiæ, nihil invictum foret. Atque hæc quidem invitandi ad virtutemque excitandi munia, quamdiu obſervata ſunt, rem Romanam, quam augendam nobis Deus Opt. Max. tribuit, nullo tumultu oppreſſam eſſe, nullis hoſtium furoribus ceſſiſſe, nec defuiſſe, qui pro Patria, proque Romanis legionibus ſeſe ultro diis manibus devoverent. Sicque & rempublicam eam ſemper maximo in honore non incolumen modo, ſed victricem omnium gentium, nationumque fuiſſe conſtat, atque ab eadem non fortitudinis modo, ſed & litterarum & prudentiæ eruditionisque

niſque exemplar petitum eſſe. Hinc eſt quod nos hujusmodi bene merendi ſtudium ſumma ope aſſequi nitentes, ad eos exornandos libentius animum inducimus, qui vitæ ornamentis, rariſque animi dotibus inter cæteros eminent. Attendentes itaque inſignes animi tui dotes, ingenium, doctrinam, ac cum aliarum honeſtarum artium, tum præcipue jucundiſſimæ illius partis philoſophiæ, Mathematices videlicet, haud vulgarem cognitionem, aſſiduo ſtudio & diligentia comparatam, ac mira ingenii felicitate, judiciique dexteritate auctam, & confirmatam, ſynceræ inſuper in nos, & ſacrum Romanum Imperium fidei & devotionis affectum, grataque & fidelia obſequia, quæ nobis annis ſuperioribus, *in* conficiendo magno ſtudio, & diligentia horologio, in quo motus Planetarum ſingulari artificio, & induſtria deſcripti, & expreſſi ſunt, ultro præſtitiſti, quæque deinceps nobis & ſacro Romano Imperio præſtiturum te plane confidimus, tuque præſtare bene poteris, & debebis, dignum ſane te judicavimus, quem aliquo Cæſareæ liberalitatis & muni-

[m]unificentiæ noſtræ dono proſequere-[m]ur. Proinde motu proprio ex certa [ſ]cientia noſtra animo deliberato, ſano [q]uoque Principum, Comitum, Baro-[n]um, Procerum ac aliorum noſtrorum, [&] Imperii ſacri fidelium accedente con-ſilio, & de noſtræ Ceſareæ poteſtatis plenitudine, te prænominatum Home-lium ſacri Lateranenſis Palatii, aulæ-que noſtræ, & Imperialis conſiſtorii Comitem fecimus, creavimus, erexi-mus, & Comitatus Palatini titulo cle-menter inſignivimus, prout tenore præ-ſentium facimus, creamus, erigimus, atque aliorum Comitum Palatinorum numero, & conſortio gratioſe adſcribi-mus & aggregamus, Decernentes, & hoc Imperiali ſtatuentes edicto, quod ex nunc in antea omnibus & ſingulis privilegiis, gratiis, juribus, immuni-tatibus, honoribus, conſuetudinibus, exemptionibus, & libertatibus, uti, frui & gaudere poſſis, & debeas, qui-bus cæteri ſacri Lateranenſis Palatii Co-mites hactenus potiti ſunt, ſeu quo-modo libet potiuntur conſuetudine vel de jure. Dantes & concedentes, tibi præ-fato Joanni Homelio amplam autorita-tem,

tem, & facultatem, qua poſſis & valeas, per totum Romanum Imperium, & ubilibet terrarum facere, & creare Notarios publicos ſeu tabelliones, & Judices ordinarios, ac univerſis perſonis, quæ fidæ, dignæ, habiles, & idonei fuerint, (ſuper quo conſcientiam tuam oneramus) Notariatus ſeu tabellionatus, & Judicatus ordinarii Officium concedere, & dare, ac eos, & eorum quemlibet per pennam, & calamarium, prout moris eſt, de prædictis inveſtire. Dummodo tamen ab ipſis Notariis publicis, ſeu tabellionibus, & Judicibus ordinariis per te creandis, & eorum quolibet vice, & nomine noſtro, ac Sacri Romani Imperii, & pro ipſo Romano Imperio debitum fidelitatis recipias corporale, & proprium juramentum in hunc modum, videlicet Quod erunt nobis, & Sacro Romano Imperio, & omnibus Succeſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus, & Regibus legitime intrantibus fideles. Nec unquam erunt in conſilio, ubi noſtrum periculum tractetur. Sed bonum, & ſalutem noſtram defendent, & fideliter promovebunt. Damna noſtra pro ſua poſſi-

poſſibilitate vetabunt, & avertent. Præterea inſtrumenta tam publica, quàm privata, ultimas voluntates, codicillos, teſtamenta. Quæcunque judiciorum acta, ac omnia alia, & ſingula, quæ illis, & cuilibet ipſorum ex debito dictorum Officiorum facienda occurrerint, vel ſcribenda juſte, pure, fideliter, omni ſimulatione, machinatione, falſitate, & dolo remotis, ſcribent, facient, atque dictabunt. Non attendendo odium, pecuniam, munera aut alias paſſiones vel favores. Scripturas vero, quas debebunt in publicam formam redigere in membranis mundis, aut papyris, non tamen chartis abraſis, fideliter, ſecundum terrarum conſuetudinem conſcribent, legent, facient, atque dictabunt. Cauſasque Hoſpitalium, & miſerabilium perſonarum, nec non pontes, & ſtratas publicas pro viribus procurabunt. Sententiasque & dicta teſtium, donec publicata fuerint, & approbata, ſub ſecreto fideliter retinebunt. Ac omnia alia, & ſingula recte, juſte, & pure facient, quæ ad dicta officia quomodolibet pertinebunt conſuetudine vel de jure. Quodque hujusmodi, Notarii publici,

ſeu tabelliones, & Judices ordinarii per te creandi poſſint, & valeant per totum Romanum Imperium, & ubilibet terrarum facere, ſcribere, & publicare contractus, & inſtrumenta, quæcunque Judiciorum acta, ultimas voluntates. Decreta, & auctoritates interponere, in quibuscunque contractibus requirentibus illa, vel illas, ac omnia alia facere, publicare, & exercere, quæ ad dictum officium publici Notarii ſeu tabellionis, & Judicis ordinarii pertinere, & ſpectare noscuntur. Decernentes ut omnibus inſtrumentis, & ſcripturis per hujusmodi Tabelliones, Notarios publicos ſive Judices ordinarios fiendis plena fides ubique adhibeatur. Conſtitutionibus, ſtatutis, & aliis in contrarium facientibus non obſtantibus quibuscunque.

INSUPER tibi præfato Joanni Homelio concedimus, & elargimur, quod poſſis, & valeas Naturales Baſtardos, Spurios, Manzeres, notos, Inceſtuoſos copulative vel disiunctive, & quoscunque alios, ex illicito & damnato coitu procreatos masculos ſeu fœminas viventibus, vel etiam mortuis eorum parentibus, (Illuſtrium tamen principum, comi-

:omitum & Baronum filiis duntaxat ex-
:eptis,) legitimare, ac eos ad omnia &
ingula jura legitima reſtituere, & redu-
:ere, omnemque genituræ maculam
penitus abolere. Ipſos reſtituendo, &
habilitando ad omnia, & ſingula jura ſuc-
:eſſionum, & hæreditatum bonorum
paternorum, & maternorum, feuda-
lium, & emphiteuticorum, etiam ab
inteſtato, cognatorum, & agnatorum,
& ad honores, dignitates, & omnes
actus legitimos, ac ſi eſſent de legitimo
matrimonio procreati objectione prolis
illicitæ penitus quieſcente. Et quod
ipſorum legitimatio, ut ſupra facta, pro
legitime facta maxime habeatur, & te-
neat, ac ſi foret cum omnibus ſolenni-
tatibus Juris. Quarum defectus ſpecia-
liter autoritate Imperiali ſuppleri volu-
mus, & intendimus. Dummodo tamen
legitimationes hujusmodi per te fiendæ
non præjudicent filiis, & hæredibus le-
gitimis, & naturalibus. Sintque ipſi
per te legitimati de familia, agnatione,
& caſata parentum ſuorum, ac arma,
& inſignia eorum deferre poſſint & va-
leant. Efficianturque nobiles ſi paren-
tes illorum nobiles fuerint, poſſintque

ac debeant omnibus actibus publicis, & privatis, Officiis, Juribus, honoribus, ac dignitatibus quibuscunque, uti, frui, & gaudere, quibus veri legitimi conſuetudine vel de jure gaudent; utuntur, & potiuntur. Non obſtantibus legibus, decretis, ſtatutis, conſuetudinibus, & aliis in contrarium facientibus quibuscunque. Quibus omnibus, & ſingulis motu, ſcientia, autoritate, & poteſtate, quibus ſupra, in quantum huic noſtræ conceſſioni contravenirent, vel quovis modo contravenire poſſent, pro hac vice derogamus, & derogatum eſſe volumus per præſentes. Similiter eadem autoritate damus, & concedimus tibi præfato Joanni Homelio amplam poteſtatem, & facultatem, qua poſſis & valeas cum omnibus, & ſingulis infamibus quacunque notentur infamia diſpenſare, & famam eis realiter, & cum effectu reintegrare, omnemque ab eis tollere, & abſtergere notæ, & infamiæ maculam, ac eos ad omnes honores, gradus, Officia, & Dignitates quascunque reddere habiles, & idoneos. Nec non filios adoptare, & arrogare, & tam qui ſunt ſui juris quam in patris

natu-

naturalis poteſtate, eosque adoptivos, & arrogatos facere, conſtituere & ordinare. Inſuper filios legitimos, & legitimandos adoptivosque & arrogatos emancipare, & adoptionibus quibuscunque omnium, & ſingulorum etiam infantium, & adoleſcentium conſentire, & veniam ætatis ſupplicantibus concedere, autoritatem & decretum in omnibus interponere. Servos etiam manumittere manumiſſionibus quibuscunque cum vindicta vel ſine, & minorum alienationibus, & alimentorum tranſactionibus autoritatem, & decretum interponere. Minores quoque Eccleſias, & communitates læſas altera parte prius ad id vocata, in integrum reſtituere, & integram reſtitutionem eis, vel alteri ipſorum, concedere, juris tamen ordine ſemper ſervato. Et ut uberioribus gratiis te à nobis auctum ſentias, te præfatum Joannem Homelium, liberosque tuos utriusque ſexus tam natos, quam naſcituros legitime eorundemque hæredes, & deſcendentes, & deſcendentium deſcendentes legitimos in infinitum noſtros, & Imperii ſacri veros nobiles fecimus, creavimus, & conſtitui-

mus, ac nobilitatis nomine gradu, ordine, titulis & faſcibus inſignivimus. Prout tenore præſentium facimus, creamus, erigimus, attollimus, & inſignimus. Voſque juxta humanæ conditionis qualitatem Nobiles, & tanquam de nobili genere procreatos dicimus, & nominamus ac ab univerſis, & ſingulis, cujuſcunque præeminentiæ, ſtatus, gradus, & dignitatis fuerint, pro veris nobilibus haberi, dici, nominari volumus, & reputari. Decernentes, & hoc noſtro Cæſareo ſtatuentes edicto, ut poſthac ubique locorum & terrarum, tam in judicio, quam extra in rebus ſpiritualibus, eccleſiaſticis, & profanis quibuſcunque, etiam ſi talia forent, de quibus in præſentibus mentio ſpecialis fieri deberet, omnibus, & ſingulis privilegiis, honoribus, dignitatibus, officiis, juribus, libertatibus, inſignibus, gratiis, ac indultis uti, frui, & gaudere poſſitis, & valeatis, quibus cæteri ſacri Romani Imperii nobiles à quatuor avis paternis, & maternis geniti, & procreati utuntur, & fruuntur, & ad quæ admittuntur, & recipiuntur quomodo libet conſuetudine vel de jure. Quo

vero

vero ſtatus hujusmodi nobilitationis tuæ luculentius ſplendescat, tibi præfato Joanni Homelio gentilitia arma, & inſignia tua, quæ hactenus deferre conſuevisti. Videlicet ſcutum nigri coloris, in cujus baſe colliculus viridis, cui Grus aurei ſeu crocei coloris antrorſum verſa dextro pedi inſiſtens, & in ſiniſtro antrorſum protenſo lapillum ejusdem aurei coloris gerens, conſpicitur. Et ſupra ſcutum galeam communem ſeu clauſam tenijs ſive laciniis nigri aureìque ſeu crocei colorum redunitam in cujus cono colliculo viridi grus aurei ſeu crocei coloris antrorſum flexa dextro pede inſiſtens, & in ſiniſtro antrorſum protenſo lapillum ejusdem aurei ſeu crocei coloris gerens, ut infra in ſcuto appareat. Quemadmodum hæc omnia in medio præſentium accuratius depicta cernuntur, non ſolum laudanda, approbanda, melioranda, & augenda duximus, prout tenore præſentium laudamus, adprobamus mutantes videlicet galeam clauſam in apertam cancellatam ſeu torneaream. Volentes, & hoc noſtro Cæſareo ſtatuentes edicto, ut tu præfate Homeli liberique hæredes, & descendentes

 tui

tui ſupra dicti præfata arma, & inſign
in teſtimonium veræ nobilitatis habe
tis, & deferatis ubique locorum, & te
rarum in omnibus, & ſingulis honeſti
decentibusque actibus & expedition
bus nobilium armigerorum more ta
joco quam ſerio in torneamentis, haſti
ludiis, bellis, duellis, ſingulari certa-
mine, & quibuscunque pugnis, ſcutis
vexillis, tentoriis, anulis, ſigillis, ſe
pulchris, monumentis, ædificiis, cle
nodiis, & universa ſupellectili veſtra,
pro veſtræ voluntatis arbitrio. Aptique
ſitis, & idonei ad ineundas, & recipien-
das omnes exemtiones, libertates, pri-
vilegia, feuda, vacationes à muneribus,
& oneribus quibuscunque realibus per-
ſonalibus ſive mixtis; Jura quoque &
Conſuetudines, quibus cæteri Sacri Ro-
mani imperii veri nobiles à quatuor
avis paternis, & maternis geniti, &
procreati, & hujusmodi armorum or-
namentis inſigniti gaudent, & fruuntur,
conſuetudine vel de Jure omni impedi-
mento, & contradictione ceſſante.

Nulli ergo omnino hominum li-
ceat hanc noſtræ creationis, erectionis,
confirmationis, meliorationis, decreti,
volun-

voluntatis, & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis auſu temerario contravenire.

Si quis autem id attentare præſumpſerit, is præter noſtram, & imperii Sacri indignationem graviſſimam pœnam triginta marcharum auri puri pro dimidia fisco, ſeu ærario noſtro, totidemque injuriam paſſi, aut paſſorum uſibus applicanda toties, quoties contra factum fuerit, ſe noverit irremiſſibiliter incurſurum Harum teſtimonio litterarum ſigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum. Datum in oppido noſtro Bruxellis Brabantiæ Die vigeſima octava menſis Novembris Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo Quinquageſimo tertio, Imperii noſtri trigeſimo quarto, & Regnorum noſtrorum trigeſimo octavo.

Carol. m.p.

A Perennot.

Ad mandatum Cæſareæ & Catholicæ Mtis proprium

Vt. Seld.

Haller.

(e) Huic diplomati, adeo nitide exarato, ut primo intuitu æri inciſum eſſe arbitrari poſſis, appenſa ſunt Augu-

§. 12.

Hos honores, hæc præmia à magni Imperatoris gratia reportavit Homelius, cui nec in Saxonia, ubi ſedem jam fixerat, deerant Illuſtriſſimi Mæcenates. Præterquam enim, quod Mauritius Elector eum in florentiſſima Academia Lipſienſi publicum Profeſſorem mathematum deſignaverit, idque eo tempore, quo illa duos jam alios iſtarum diſciplinarum Profeſſores habebat, quorum unus erat Vir eruditiſſimus Georgius Joachimus Rheticus (f); Sereniſſimus

qui

Auguſtiſſimi Imperatoris inſignia, ceræ rubræ impreſſa & ligneæ capſulæ incluſa. Prima linea CAROLVS QVINTVS literis aureis capitalibus exarata eſt. Inſignia Homelii medium fere diplomatis locum occupant, elegantiſſime picta. Exterius in ſuperiori margine hæc leguntur: *Taxa floren. Rhen. anni viginti non amplior attento quod eſt bene meritus & Cæſari horologium artificiale confecerit*: adjectum à dextris nomen: *Homelius*. Ibidem in medio hæc extant: *Lib. B. Ant-Garnier*. Autographum adſervant Homelii, adhuc Memmingæ florentes, Joannis è fratre Michaele poſteri.

(f) Didici id ex Epiſtol. Joach. Camerarii Tom. I. Lib. I. p. 48. ſqq. Videtur autem ille mox poſt Homelii adventum ſtationem deſeruiſſe, locumque ſuum Homelio ceſſiſſe. Ita enim de eo David Peiſerus Origin. Lip-

s Frater & Succeſſor Auguſtus, Princeps ob excelſas virtutes omnium ſæculorum memoria digniſſimus, magno eum complexus favore eſt, cumque Auguſtiſſimi proli exemplo aſtrorum ſcientiæ addictissimus & ipſe eſſet, ſæpius ad ſe accerſitum, ſplendida etiam Conſiliarii dignitate auctum, nunquam ſine ſingularis gratiæ documentis dimiſit. Omnium tenerrimo, quod quidem in hominem literatum cadere poteſt, & hic Noſter fruebatur gaudio, tantum

ipſienſ. Lib. III. p. 385. *Joachimus Reticus in mathematicis diſciplinis eruditus, Geometrica Euclidis ſcite & dextre tractando magnitudines, intervalla, lineamenta, formas & dimenſiones auditoribus ſuis utiliter explanabat; cui ob dicam, quam ſibi ſcriptum iri metuebat, Lipſia abeunti Johannes Homelius ea tempeſtate in Aſtrologia facile Princeps ſubrogatus fuit.* Quid verò cauſæ fuerit, quare dicam ſibi ſcriptum iri metuerit, hactenus fruſtra, etiam Lipſiæ, inquiſivi. Cæterum crebra & honorifica Rhetici mentio inſtituitur in Petri Gaſſendi Vita Nicolai Copernici, ubi p. 310. edit. II. Hagienſis narratur, eum Wittenbergæ antehac matheſin publice docentem celebritate Copernici permotum profeſſionem ſuam dimiſiſſe, illumque in Boruſſia conveniſſe, ut ipſi adhæreret, ejusque diſcipulum ſe profiteretur. Verbo hac occaſione monere liceat, neque Melchiorem Adami, neque Kœnigium, neque Thuanum, neque Reimmannum, Rhetici vitam breviter deſcribentes mentionem habuiſſe profeſſionis, qua is in Academia Lipſienſi cum laude perfunctus eſt.

tantum Principem habens ſtudiorum ſ[illegible] rum non laudatorem modo & remun[illegible] torem indulgentiſſimum, verum etiam [illegible] raro ſocium multo jucundiſſimum (g) quin &, ſi ſic loqui fas eſt, diſcipulum. [illegible] trus certe Ramus in ſcripto publice [illegible] gloriam hanc incomparabilem Homelio [illegible] buit (h), cujus ipſa verba hic exhibere [illegible] piget: *Homilius & Carolo Imperatori [illegible] Auguſto Saxoniæ Electori mathemat[illegible] giſter fuit, & ab utroque ampla præmia [illegible] ſecutus.* — — — *Landgravii (Wilhel[illegible] Haſſi) mathematica organa Auguſt[illegible] Saxoniæ Elect. pari amore Aſtrologiæ [illegible]*

(g) Hujus rei bis meminit Camerarius in epiſtolis ad Homelium exaratis, quæ in ejus Epiſtolar. Tom. I. Lib. IV. leguntur, ubi p. 370. ſic ad eum ſcribit: *[illegible] te eruditi pulveris cogitationes & copiam rurſum [illegible] pendere, poſt terrenas dimenſiones varias & [illegible]: & iſta cura illuſtriſſimum Principem affici, magna [illegible] voluptati: Ipſi etiam cognitionem hanc jucundam [illegible] confido.* Et pag. 374. ita: *Globos meos accipies. [illegible] in promptu erat ſtatim Bornerianum auferre, & [illegible] ad uſum parvus ille videbatur, & meis uti illuſtriſſimum Principem facile libenterque patior, quos etiam [illegible] ctando deteri, ſicut à cupidis diſcendi ſolent elementa libelli. Dixi igitur D. Secretario, me ſubjectiſſ. petere, ut illis Princeps uti velit tanquam propriis: tam [illegible] enim operum donum offerre me pudet.*

(h) Schol. Mathematic. Lib. II. p. 66. ſq.

ſ, jam ſua ſponte, & Homilio doctore ymenter incenſum. Itaque αὐτόματον *aſtra- Landgravius optanti Auguſto non illud lem ſuum donavit, ſed elegantius alterum opifices ſuos confecit &c.* Inſuper & alio- quorundam Celſiſſimorum Principum amo favore Noſter gaviſus eſt, & cum- mis Joachimi Anhaltini, qui bene- entiam ſuam ipſi miſſis ſubinde ſplendi- muneribus abunde teſtatam fecit.

§. 13.

Invenit vero Homelius Lipſiæ non hone- m duntaxat inter Viros præſtantiſſimos ium, ſed &, divina providentia clemen- ſic diſpenſante, thori ſociam (i) amabi- n, piam, moribusque probatiſſimam, gdalenam, magni parentis Joachimi merarii, Germaniæ Phœnicis, filiam, acum jucundiſſime vixit, duarum filia- m ex ea pater factus, quas autem imma- o funere ante ſe elatas luxit, ipſe in me- vitæ & honorum curſu ſummo omnium cum

i) Epiſtolam à Camerario ad Homelium, cum ejus im ambiret, ſcriptam legimus in illius Epiſtolar. m. I. Lib. IV. p. 369. ſq.

cum mœrore pie denatus A. C. MDLXII. (k) d. 4. Julii, ætatis XLIV. Mortem generi tam chari mœſtiſſimus ſocer his verbis, è quibus & morbi, quo extinctus eſt, genus cognoſcimus, Hieronymo Wolffio nuntiavit (l): *Ego bis diebus amiſi meum generum Jo. Homilium opt. diſciplinarum, præcipue* των κυριως μαθηματικων καλεμενων (*) *magiſtrum* ὀυδενος δευτερον, μαλλον δε πρωτον των καθ' ἡμας ἁπαντων (**). *De quo me non tam privatus dolor affligit, quam ſolicitat noſtræ Academiæ reſpectus: etſi iſta ſtudia ubique mirifice frigent, cum ſint humanæ ſapientiæ* ἀρχη τε και τελος (***). *Conſumtus ille eſt febre lenta* μαραινομενος και καταδαπανωμενος ὑπο της νοσε (****). *Hæc ſunt ſcili-*

(k) Hoc ipſo anno defunctus etiam Argentorati eſt ejus Præceptor Chriſt. Herlinus, ſupra laudatus; natus autem alius Aſtronomus præſtantiſſimus Chriſtianus Longomontanus, de quo vide, ſi placet, Clar. Jo. Molleri Hypomnemata ad Alb. Bartholini librum de ſcriptis Danorum. p. 184. ſqq.

(l) L. c. Lib. VI. p. 474. ſq. Biennio poſt ad eundem ita ſcripſit: *Triſti deſiderio ſæpe requiro Homilium generum meum, cujus ſi vita hactenus fuiſſet producta, affirmari aliquid poſſe* περι της των ἀστερων ἐποχης (de ſtellarum ſtatione) *conſiderem.* l. c. p. 483.

(*) i. e. *earum, quæ proprie vocantur mathematicæ.*

(**) i. e. *nulli ſecundum, at potius primum eorum, qui ſunt apud nos, omnium.*

(***) i. e. *& principium & finis.*

(****) i. e. *tabefactus & conſumtus à morbo.*

ſcilicet miſeræ conditionis humanæ diſcrimina, ἡ δὴ ἐντεῦθεν ἀποδημία κοινὴ ἁπάντων, ἀλλ' ὁ μὲν θᾶττον, ὁ δὲ βραδιον οἴχεται (*****). *Mitto tibi legenda, quæ à me perturbato & feſtinanter ſcripta ſunt, ut proponerentur conſuetudine Academiæ noſtræ.* Epitaphium ejus exhibet Salomo Stepnerus (m), ita conceptum: *Hoc loco ſepulta ſunt oſſa Clariſſ. Viri & præſtantiſſ. Mathematici* JOANNIS HOMILII *Memmingenſis, qui obiit anno* χρῖ (n) 1562. *d.* 3. *Jul.* (o) *ac ipſius conjugis Magdalenæ, filiæ Joachimi Camerarii, quæ maritum ſecuta eſt ann.* 1590. *d.* 27. *Jul. una cum* 2. *filiolis. Quieſcant in ſpe reſurrectionis & vitæ æternæ.*

Quem Dux Auguſtus, quem Cæſar magnus amavit,
Eximium ingenio, moribus, arte virum:

Homi-

(*****) i. e. *ſane demigratio ex hac vita communis eſt omnium: cæterum alius citius, alius tardius decedit.*

(m) In Inſcriptionibus Lipſienſibus A. 1675. in 4. Lipſiæ editis num. 2094. & ſq. pag. 356.

(n) Ita exſcriptum ibi eſt.

(o) Ludovicus Camerarius ejus affinis in epicedio ipſi ſcripto diem 4. Jul. emortualem illius nominat, quem & nos ſecuti ſumus.

Homilius jacet heic, ſaxo qui clauſus eodem
In tumulo tumulum clauſa matheſi habet.

Hoc epigramma auctorem agnoſcit Georgium Fabricium, Virum literatiſſimum, in cujus libro Triſtium, Poëmatibus ejus ſacris annexo, p. 361. illud, ſed altero diſticho hac ratione mutato, legitur:

Quo ſitus eſt, vita perſunctus Homilius illo
In tumulo tumulum docta Matheſis habet.

§. 14.

Cæterum qualis quantusque fuerit Homilius noſter, luculenter demonſtravit laudatus Camerarius, Vir ſummus atque integerrimus, idque in oratione, in declaratione Magiſtrorum optimarum diſciplinarum & artium coram auditoribus, quibus ille probe cognitus erat, habita, & An. 1563. typis ſeorſim excuſa, è qua rariſſime obvia Noſtri elogium decerptum hoc loco exhibere, mearum partium eſſe reor. Ita autem ὁ πάνυ,

Memo-

Memoria JOANNIS HOMILII venera- »
bilis eſt bonis & doctis univerſis, neque in »
eo genere ſtudiorum, quæ ille potiſſimum »
profitendo coluit, excellentes quoque non »
fuiſſe eum artium harum principem con- »
fitentur. Equidem meam propter neceſ- »
ſitudinem, quæ inter nos fuit, glorio- »
ſam de illo prædicationem minus ponde- »
ris habere poſſe intelligo, ſed cum & ipſe »
optimarum artium diſciplinarumque co- »
gnitionem doctrinamque profitear, & de »
his judicium facere audeam, quia certe »
tam longo tempore, in ſtudio illarum tota »
ætate conſumta, proficere aliquid debui: »
quid ego ſentiam, plane & libere dicturus »
ſum. Non habuit profecto parem collega »
noſter & ſocius ſtudiorum, Joan. Homi- »
lius, gregis ſui quenquam vel acrimonia »
ingenii vel animi attentione, vel laborum »
induſtria, vel diligentia cogitandi, vel »
operum effectione. Quæ tamen, ut morte »
Proteſilai, ait Homerus, non modo conju- »
gem ipſius viduam, ſed *δομον* quoque »
ἡμιτελῆ fuiſſe relictam, ſic illo è medio ſub- »
lato una cum ſuis deſtitutis imperfecta non »
pauca jacent, quædam abſoluta requirunt »
benignitatem & curam eorum, à quibus in »
lucem proferantur. Quo minus autem hæc, »

 » doctri-

„ doctrinæ pars comprehendens eas diſcipli-
„ nas, quæ proprie mathematicæ appellan-
„ tur, quia his ſcientiæ & cognitionis eru-
„ ditæ atque liberalis vis omnis continetur:
„ ea igitur quo negligentius colitur, hoc ma-
„ gis ab intelligentibus & iis, qui opem
„ ferre & ſuſtentare caſum illorum poſſent,
„ fulcienda atque conſervanda erat. Sed
„ (noſtra enim querela non emendabitur
„ perverſitas) hæc omittuntur. Quia autem
„ operum (p) Homilii facta eſt mentio, non
„ arbi-

(p) Commemorandum quoque hic, eum varia inſtrumenta mathematica cum nova pro ingenii ſui perſpicacia inveniſſe, tum ab aliis jam inventa in commodiorem Aſtrophilorum uſum melius aptaſſe, illaque per diſcipulum ſuum Bartholomæum Scultetum apparanda curaſſe. Cujus rei mentionem faciens non poſſum non hic è Tychonis Brahei Vita, à Gaſſendo deſcripta (Lib. I. p. 7. edit. II. Hagienſis) ſequentia verba, Homelio noſtro honorifica, recitare: *Degebat per id tempus Lipſiæ adoleſcens induſtrius Bartholomæus Scultetus, matheſi incumbens ſub Joanne Homelio, celebri Academiæ Mathematico, illo ſcilicet, quem poſtmodum Ticho adinveniſſe retulit elevationem Poli Lipſienſem graduum 51. minutorum 17. ac illi eſſe ſtandum edixit, præ magna, inquit, diligentia, quam idem Homelius in fabricandis & tractandis organis mathematicis mechanice adhibuit. Scultetus ergo in apparandis mathematicis inſtrumentis, cujusmodi à Præceptore præſcribebantur, ſedulus erat; quamobrem Tycho inita cum*
ipſo

arbitratus ſit aliquis, me de ſpecioſis illis »
operibus Mechanices & Gnomices & Me- »
trices, inque primis Gæodetices artis tan- »
tum loqui, de ſolariis inquam admirabili »
ſolertia & incredibili varietate deſcriptis, »
de converſionibus orbium cœleſtium & »
curſibus ſiderum, qui in cœlo perficiuntur, »
imitatione artificioſiſſima ſimulatis atque »
expreſſis, ut quemadmodum de Sphæra Ar- »
chimedis ſcripſit Cicero, cum Lunæ, Solis, »
quinque errantium motus in ſphæram illi- »
gaſſet, efficeret idem, quod ille, qui in »
Timæo Platonis mundum ædificavit Deus, »
ut tarditate & celeritate diſſimillimos mo- »

---

ipſo familiaritate tradidit illi Radium ligneum ex Gemmæ Friſii præſcripto, ſed clam Pædagogo confectum, ut eum per puncta transverſe ducta Homelii more diſcerneret; quo more ipſe poſtmodum Tycho Quadrantum Sextantumque arcus diſcrevit. Tum vero talem adeptus Radium, obſervandis ſideribus è feneſtra quapiam, quoties ipſi ſerenitas arriſit, ſic invigilavit, ut nocteis ſæpe integras eo in ſtudio tranſegerit, idque dormiente interim ignoranteque Pædagogo. Cum vero nonnullis interjectis Gaſſendus memoret, Tychonem, tum Lipſiæ ſtudiorum cauſa commorantem, ipſi Homelio non incognitum fuiſſe, atque ab eo tempore grande aliquid circa Aſtronomiam præſtare præconcepiſſe, vero non abſimile eſt, illum Aſtronomorum deinde Principem Homelii noſtri diſcipulis annumerandum eſſe. Quod ſi ita ſe haberet, glorioſum ipſi foret quam maxime.

„tus una regeret converſio. In quo tamen
„genere fabricationem Homilii maximus &
„non modo virtute præſtantiſſimus, ſed ſa-
„pientia quoque excellentiſſimus Impera-
„tor Divus Carolus, Philippi F. Maxi-
„miliani Nepos, tanti fecit, ut & opus il-
„lius cunctis aliis, quæ penes ipſum eo tem-
„pore eſſent innumerabilia, anteferret, &
„autorem majeſtatis ſuæ præcipuo favore
„complecteretur, & diu multumque apud
„ſe verſari vellet, partim ut operis rationem
„& uſum penitus ipſo demonſtrante perſpi-
„ceret, partim ut de ſua etiam ſententia il-
„lud augeretur & exornaretur. De quo ex
„ipſo audita oratione copioſa & præclara ex-
„poni poſſent. Quæ etſi ad laudem Homi-
„lii amplificandam pertinent, hoc tamen
„tempus & actio inſtituta exponi non pa-
„titur. Scimus in conſiliis ſecretis, inter
„ſermones, quos haberet Imperator cum
„intimis ſuis, ſæpe aſtitiſſe, neque dimiſ-
„ſum eſſe Homilium. Scimus non modo
„aditum illi in conclave Imperatoris, ſed
„ad cubile etiam patuiſſe. Eamque ob
„rem Philippus Melanchthon, qui Homi-
„lium inprimis diligebat & faciebat pluri-
„mi, joco familiari Imperatorem Caro-
„lum

lum diſcipulum ipſius appellabat. Non „ etiam oſtentantur modo à me ad Homi- „ lium celebrandum multiplicia atque diver- „ ſa dimenſionum, obſervationum, veluti- „ que metationum cœli & terræ organa, „ quæ etiam nova quædam ab illo compo- „ ſita fuerunt, exquiſitiſſima ratione & cura „ ſingulari, quibus ingenio divino præditum „ Illuſtriſſimum Principem Electorem Au- „ guſtum, Principem & Patronum no „ ſtrum clementiſſimum, adeo delectatum „ comperimus, ut non modo honorifica eſſet „ exiſtimatio de Homilio ipſius, ſed vix alio „ magis quam hoc familiarius uteretur. „ Nam ſi addam, peperiſſe iſtarum rerum „ notitiam Homilio non famam modo bo- „ nam, ſed emolumenta quoque, ſimulque „ dignitatis & facultatum incrementa addi- „ diſſe, vulgaris admodum laudationis præ- „ conium hoc facturus ſim: cum iſta quam- „ vis vulgo prima habeantur, & fieri maxi- „ mi ſoleant, non ſint propria virtutis & ſa- „ pientiæ præmia, quæ plerunque maxima „ & cumulatiſſima contingunt indigniſſi- „ mis, vel meritis etiam ſæpenumero præ- „ ripiuntur ab iis, quibus illa nequaquam de- „ bentur, ſed qui vel illis Heſiodeis κηφήνεσσιν „

 „ ἐοικό-

„ ἐοικότες, alienis laboribus parta commod
„ depaſcunt, vel qui eas operas dant, qui-
„ bus ſibi non Reip. ſerviunt, quasque non
„ dediſſe, eſſet interdum melius. His igi-
„ tur nominibus Homilium noſtrum non
„ laudo, neque memoriam ejus quaſi con-
„ ſecrari poſſe dico. Quæ ſunt igitur alia
„ ampliora & ſpecioſiora? Utinam æterno
„ Deo viſum fuiſſet, ut ab ipſo quædam ho-
„ rum perpolirentur, quædam jam abſoluta
„ ederentur, non relinqueretur ſcilicet no-
„ ſtræ prædicationi locus, ſed de ſe & pro ſe
„ res ipſa loqueretur. Verum de aliis nihil
„ modo dicam: unum certe eſt memorabile
„ & admirationem pene ſuperans, & ejus-
„ modi, ut neque acumine mentis compre-
„ hendi, neque cogitationis ſagacitate evol-
„ vi, neque diſſerendi ſubtilitate explicari,
„ neque manuum induſtria deſignari poſſe
„ videatur, quo lucis umbra, quæcunque
„ illa ſit, & quomodocunque hæc jaciatur &
„ cadat, geometricæ ſcientiæ veritate, cujus,
„ ut ſcimus, argumentationes non ſuadent,
„ ſed cogunt aſſentiri, demonſtratur. Non
„ me fugit, mentionem iſtam neque ſplen-
„ didam eſſe, neque magnopere quorundam
„ animos commovere poſſe. Sunt enim iſtæ
„ res ejusmodi, ut non verborum copia com-

„ men-

endari, ſed ſuapte bonitate placere ve- »
ar, neque diſputando ſed uſurpando præ- »
aræ eſſe videantur. Verum, ut ſpero, »
c opuſculum, mole quidem parvum, »
d pretio ingens, aliquando in lucem pro- »
retur, reperto harum artium non modo »
dmiratore ſed patrono quoque. Tum »
gitur, ſecundum verſum quendam vete- »
rm cujuſcunque ſane, non malum pro- »
cto neque ineptum tam compoſitione »
uam ſententia, futurum eſt, ut „

Autorem commendet opus, non garrula „
lingua. „

rat autem in promtu, de Homilii pruden- „
ia, humanitate, fide, rerum communium „
ura, & diligentia privatarum quam longiſ- „
imam habere orationem. Non enim tan- „
um ſummis viris ſcientiæ eum copia, ſed „
norum comitas & vitæ integritas & mo- „
leſtia atque pudor curioſitatiſque fuga & „
circumſpectio in omnibus rebus & actio- „
nibus conciliavit, & fecit, ut non ſolum „
carus ſed familiaris quoque eſſet. Verum „
hæc attigiſſe ſatis ſit. Noſtris enim rebus „
& huic actioni opportunior convenientior- „
que eſt doctrinæ & eruditionis gloria, quæ „
in Homilio fuit vera atque ſolida, quamque „
ille directo itinere procedendo conſecutus „

 „ eſt.

„eſt. Iſto ſtudii induſtriæque pulcerrimo „ædificio ſupra firmiſſimum fundamentum „extructo, id quod in feſtinatione quadam „perveniendi ad ſummum vel inertia vel „præpoſtera opinione à plerisque negligi„tur, utriusque linguæ Græcæ & Latinæ „fuit ſic peritus, ut mediocri facultate, „quicquid vellet, deſcribere hoc vel illo „ſermone ſciret atque poſſet. Aſperſerat „Hebraicarum quoque literarum non prorſus vulgarem cognitionem, ſed hanc uſu „non percoluit. Dialecticæ quidem vel „ſcientiæ vel artis vel facultatis, quæ in ipſo „non vulgaris ac communis copiola, ſed „plane ubertas & divitiæ, ut ita loquar, fue„rint, cum ex aliis diſputationibus ejus, tum „edita oratione intelligi facile potuit, quam „de argumentationum concluſionibus, & „harum cauſſis, & natura συλλογισμων, qui „ſunt rationum in differendo complexiones, „aliquando ex hoc ille loco pronunciavit.

§. 15.

Epitaphiis ac Epicediis defunctum affectus teſtandi cauſa certatim proſecuti ſunt Viri eruditi, videlicet Joachimus Camerarius ſocer, Georgius Fabricius Chemnicenſis, An-

Andreas Ellingerus, Valentinus Thauus, qui ſucceſſor ipſi datus eſt, Jacobus Straſburgus, Joſephus à Pinu, Caſpar Walterus, Philippus Heroldus, Joannes Vogelius, Abrahamus Cæſius Flaminius, Wolfgangus Plancus, Joannes Gœſſingus, Sebaſtianus Leonhard, Georgius Joſt. Noſenus, Ludovicus Camerarius affinis, & Caſpar Jungermannus itidem affinis; quæ collegit ſocer, & cum oratione modo laudata Lipſiæ A. 1563. in 8. typis Vœgelianis excudenda curavit. Nos unicum duntaxat hic adſcribemus Caſp. Jungermanni (q):

Aſtra quibus motus toto fulgentia cœlo
Legibus abſolvant nocte dieque ſuos:
Quas faciat radiis obſtans ſolaribus umbras,
In quamcunque cadant, terra rotunda, plagam:

 Quiſ-

(q) Hujus filiam, magni Camerarii neptin, in matrimonium deinde duxit Andreas Homeſius, J. V. D. & Academiæ Lipſ. Syndicus, nec non Sup. Judicii Aulici Saxon. Advocatus, Noſtri ex fratre Michaële nepos, natus Memmingæ A. R. S. MDLIII. d. 23. Nov. à quo, ni fallor, Homelii, Lipſiæ, Weiſſenfelſæ & Erfurti hodienum florentes originem ducunt. Epithalamium ipſi ſcripſit Joannes Albinus, quod in primo ejus poëmatum libro legitur p. 139.

Quisque ſit erecti gnomonis & indici
uſus,
Phœbus ubi nitido lumine complet hu-
mum:
Quicquid opus magnum Ptolemei, vel
Megarenſis
Euclidis, quicquid tota matheſis ha-
bet:
Haud ullus priſci vel noſtri temporis ævi
Tam potuit doctis explicuiſſe modis,
Quam Latio Grajoque diſertus Homine
ore
Tradidit hæc claris principibusque
viris.
Illuſtris tituli clemens affecit honore
Hunc invicte tuus Carole Quinte
favor.
Ipſe etiam patriæ Pater & fortiſſimus
heros
Saxonicæ Auguſtus *Duxque decus-*
que domus,
Hunc à ſe voluit ſtudiis & honoribus a-
ctum
Conſilii proceres inter habere locum.
Hujus Anhaltinus Princeps Joachimus
amorem
Teſtatus miſſo munere ſæpe fuit.

Quis

Quin aliique Duces ipſum coluere, virique
Quos celebres Claria fecit in arte labor.
Prætulit hunc multis inſigni laude Melanchthon,
Unicus Aonii duxque paterque chori.
Quam Joachime gemis generum Præceptor ademtum,
Atque loco patris noſter amate ſocer!
Donec erunt artes, ſolidæ quæ climata terræ
Lucida quæque poli noſcere ſigna docent:
Heroës, doctique viri, ſtudiiſque juventus
Dedita eum memori ſemper in ore ferent.
Ipſius, eximium tollent ad ſidera nomen
Pierio ſuaves ex Helicone Deæ.
Scilicet ingenuus candor, doctrinaque præſtans
Ipſius & virtus præmia tanta tulit.
At quæ ſcrutari radioque notare ſolebat,
Nunc vaga ſub pedibus conſpicit aſtra ſuis.

Hic

Hic ubi non horas numerat, metitur & umbras,
Quas æther nullas lumine plenus habet.
Sed pius in Chriſto, tota quem mente colebat,
Libera perpetuæ gaudia lucis agit.

§. 16.

Quod ſupereſt, ingrato ſilentio prætermittere iniquiſſimum foret documentum, quo Vir optimus, in lecto jam ferali decumbens, nativam indolis ſuæ bonitatem etiam poſteris demonſtratam dedit. Videlicet in ſupremæ voluntatis tabulis (r), A. MDLXII d. 18.

(r) Nonnulla è teſtamenti apographo hæc in memoriam transſcribere haud incongruum videtur: — — *Zum dritten ſchicke und ſchaffe ich tauſend Gulden zu einem* Stipendio *alſo und dergeſtalt, daſs ſolche Summa allhier zu Leipzig bey einem Erbaren Rath angeleget, und die Zinſe fünffzig Gulden meines Bruders Michael Hommels und meiner Schweſter allhie zu Leipzig Kinder und Kindes-Kinder ewiglich, die zum Studiren tauglich und geſchickt, gereicht werde. Die ſollen aber verbunden ſeyn den* ſtudiis *aufs fleiſſigſte nachzukommen, und mit Rath der Herren* Teſtamentarien *eine* Facultet *vor ſich zu nehmen, es ſeye* Theologia, Jurisprudentia *oder* Medicina. *Hie bitte ich aber die Herren* Teſtamentarios, *daſs ſie fleiſſig achtung darauf haben, worzu ein jeder tüchtig, und daſs ſie denſelben zu ſolchem ermahnen und treiben, und von andern abhalten wollen.*

Es

d. 18. Junii conſignatis, ſanxit, ut è facultatibus ſuis mille floreni apud Ampliſſimum Senatum Lipſienſem deponerentur, annuique eorum reditus ad alendum quendam ſuorum è fratre Michaële vel ſorore nepotum & poſterorum, qui literarum ſtudiis cujuscunque, uti vocant, facultatis ope-

Es ſoll auch ein jeder, ſo ſolches ſtipendium *gebrauchet, den Herren* Teſtamentariis *in ſolchem zu gehorchen verpflichtet ſeyn, und ob einer oder mehr, dem erſtlich das* ſtipendium conferirt, *ſich nit wie einem frommen fleiſſigen Studenten gebühret, halten würde, ſollen nach Gelegenheit der Umſtände die Herren* Teſtamentarii *Macht haben, welche ich Ihnen auch hiemit gibe, ihme das* ſtipendium *zu nehmen, und nach einem andern trachten, doch meiner Stifftung gemäſs. Im Fall aber, daſs meines Bruders oder Schweſter Kinder oder Kinds-Kinder nit verhanden, das zum* ſtudiren *tauglich, ſo will ich, daſs ein Erbarer Rath meines geliebten Vaterlandes der Stadt Memmingen ihr Stadt-Kind eins, zu welchem und wen hieher zu nemen und præſentiren Macht haben ſolle, und welcher alſo mit Vorſchrifften eines Erbaren Raths von Memmingen an die Herren* Teſtamentarios *gefördert würde, deme ſoll auf gehabt* Examen *das* Stipendium *acht Jahr lang, wie allen andern, zugeſagt und gelaſſen werden, doch will ich der Zeit halber den Herren* Teſtamentariis *nit Maſsſtellen, ſonderlich ſo einer meines Geſchlechts oder Namens ſich wol angelaſſen. und ihm ein Jahr oder zwey nicht allein zu nuz, ſondern zu Ehren, oder einen* Gradum *in einer* facultet *anzunemen, dienen, iſt mir gar nicht zuwider, daſs es ihme länger vergonnet werde. Und ob es ſich zutruge, daſs einer meines Namens*

operam navaturus eſſet, impenderentur. Quodſi vero nemo Homelianæ gentis, dotibus ad ſtudia neceſſariis inſtructus (cujus rei curam demandavit Doctoribus & Magiſtris

---

mens und Geſchlechts ſo weit aus Gottes Gnad käme, daſs er in einer Facultet promoviren *könnte und begehren würde, nach ſeinen acht Jahren, daſs man ihm zum beſten das* Stipendium *wolt ein Jahr oder zwey paſſiren laſſen, ſo wollte er ſich in der Weile mit* Praxi *oder Dienſten hier oder an andern Oertern aufhalten, und hernach* promoviren, *dem ſoll ſolches zugelaſſen, und mit dem geſamten Geld zu ſeinen Ehren gedienet werden.* — —

Zum vierten ſo ſchaffe ich meine Bücher ſamt dem Bücher-Kaſten dem groſſen Collegio *alſo und dergeſtalt, daſs dieſe Bücher mit dem Kaſten bey andern Büchern des groſſen* Collegii *behalten werden; wann aber einer meiner* Stipendiaten *die begehren wird, ſollen ſie ihme unabſchläglich, als lang er zu Leipzig ſtudirt, mitgetheilet und vergönnet werden, doch ſoll er ſich gegen den Herren* Teſtamentariis *ſchrifftlich verbinden, daſs er ſie wider, wie er ſie bekommen, unmaculirt, unzerriſſen oder unverändert, Ihnen oder andern Ihren Nachkommen überantworten wolle.* — — — *Uber ſolch mein Teſtament geſchaffnen und lezten Willen hab ich zu meinen* Teſtamentarien *und Trauender geſezt und geordnet die Achtbaren Hoch- und Wolgelehrten Herrn* Doctores *und* Magiſtros *des Groſſen* Collegii *meine Günſtige Herren und Brüder, die ſamtlich und ſonderlich Macht haben ſollen, ſolch mein Teſtament, Geſchäfft und lezten Willen auszurichten, und zu vollſtrecken, wie ich dann Ihnen vertrau, und Sie von Gottes und gemeines Nuzens wegen zu thun wolwiſſen, und vor Ihre Mühe ſchaffe ich Ihnen hundert Gulden, daſs ſie angelegt werden, und jährlich von Zinſen Ihr Einkommen beſſern &c.*

ſtris majoris Collegii Principum, quos Teſtamentarios, uti nuncupantur, conſtituit,) adeſſet, voluit Vir, natalis ſoli etiam in extremis memor, ut incluto Senatui patrio fas eſſet, aliquem ſuorum civium, ad Muſarum caſtra ſtrenue ſectanda aptum, hunc in finem denominare, ac Teſtamentariis, quibus vires ejus explorare incumberet, commendare. Præterea Bibliothecam ſuam majori Collegio Principum, cui ab Anno MDLV. adſcriptus erat, legavit, utque libri inde concederentur uſui ſtipendiariorum ſuorum in Lipſienſi Academia verſantium, qui eos ſartos ac tectos juſto tempore reſtituere tenerentur, mandavit. Neſcio autem, an cum Bibliotheca Viri plane eximii opera & affecta & perfecta, ac reliqua κειμήλια literaria, à Joach. Camerario in loco ſupra recitato tantopere prædicata, in illud Collegium etiam pervenerint, atque hac ratione, quod in votis mihi eſt, perniciem evaſerint.

Tantum.

III.

ANGELI SEALTELI AD ROMANOS JUDICES

Pro

Ambroſio de Gumppenberg

Contra

Joannem Albertum Widmeſtadium

Orationum

Actio prima.

Præfatio Editoris.

EXhibeo hic, promiſſo meo ſatisfacturus, ob ſummam raritatem recuſum illum λογον στηλιτευτικον, in Widmanſtadium habitum, cujus in ſuperiori opellæ hujus tomo (a) mentionem feci. Scatet equidem truculentiſſimis in Virum Optimum conviciis, ſed

(a) pag. 243.

ſed ita comparatis, ut, ſi recte judico, nullam plane iis nomini illius æternitate digno inuſſiſſe maculam, verum ſuam potius turpitudinem orbi prodidiſſe auctor virulentiſſimus videatur. Primum typis exſcriptus fuit in Italia, & quidem, ni conjectura me fallit, Romæ Anno MDXLIV. in forma quadrifariam complicata. An plures hujusmodi actiones in lucem exierint, neſcio. Hac autem occaſione iis, quæ de natali ſolo Viri ſummi l. c. copioſius diſſerui, pauca adjicere liceat. Satis, uti arbitror, ibi demonſtratum dedi, Sueviam noſtram tanto cive merito gloriari poſſe: interea autem diſtinctius didici, recte eum Nællinga Ulmenſem vocari. Teſtem habeo hujusce rei συγχρονον & fide digniſſimum Martinum Frechtium Theologum quondam Ulmenſem optime meritum. Hic in Diario eorum, quæ Wormatiæ & Ratisbonæ An. 1540. & 1541. ab illo obſervata ſunt, (quod ipſius manuſcriptum nuper cum aliis quibusdam mihi ex incomparabili Bibliotheca Uffenbachiana (b) comparavi) eum plus ſimplici vice Nællingenſem nuncupat. Unicum dun-

(b) Vid. Bibliothecæ Uffenbachianæ Univerſalis Tom. III. p. 278.

taxat inde locum decerpam. Inter ea, q[uae] Ratisbonæ A. 1541. acta ſunt, hæc bea[tus] Vir ad diem 28. Maji retulit: *Cum Maſo[...] adii D. Nallingenſem, qui codices Græcos [...] Hebræos venerandæ antiquitatis ſcriptos & nonnullos excuſos oſtendit, cum numiſmatibus & imaginibus æreis adfabre fuſis Bacchi & Fa[u]ni. Arabice ſcriptum Alcoranum & ab eo La[ti]ne redditum vidi. De abuſibus Eccleſiæ & Curiæ Romanæ aliqua. Item vitam Conſtantini à quodam Epiſcopo & Palatino Bibliothecario a[d]fabre deſcriptam & Carolo Cæſari dedicatam oſtendit.* Alicubi is diſerte ipſi dicitur *Noſter Nallingenſis polyglottus.* Cæterum i[n] Germania etiam eum vulgo *Lucretium* appe[l]litatum eſſe hæc comprobant verba, in Aca[demiæ] demiæ Ingolſtadienſis Tomo I. à Valentino Rotmaro primum inchoato, ac deinde à Joanne Engerdo abſoluto p. 38. obvia: *Ea de re audiamus, quæ Joannes Albertus Widmanſteter, vulgo Lucretius dictus, apud Münſterum* (c) *in Catalogo Archiepiſcoporum Salisburgenſium refert &c.*

MAX-

(c) Fortaſſis in ejus Coſmographia. Duæ autem illius editiones ad manus mihi ſunt, in quibus nec Widmanſtadii mentio fit, nec ea, quæ de Erneſto Bavariæ Duce

* * * * * *

MAximè vellem, Iudices, idque his temporibus in hac præſertim exigua bonorum & præclarorum virorum, ingenti autem perditorum hominum copia, veterem illam dicendi libertatem in foro ac judiciis verſari, qua majores noſtri optime de Repub. meritorum civium laudes extollere, nephariorum autem ſcelera patefacere, ſummo cum illorum, & aperto dedecore conſueverunt. Hic ſi mos etiam hac ætate vigeret, & nonnulla ejusmodi prudenter à priſcis ad bene beateque vivendum inſtituta non concidiſſent, quibus hæc olim Civitas, atque hoc adeo totius orbis imperii domicilium crevit: animadverti, Iudices, neque hunc de Repub. bene merentem, ingenuum ac inſontem virum in discrimen capitis, fortunarum, ac nominis adductum iri potuiſſe, neque illum, qui malo pravoque ingenio, cæterum fraude

Duce & Archiepiſcopo Salisburgenſi Widmanſtadium narraſſe Rotmarus l. c. memorat, reperiuntur, ſed nudus tantum index Archiepiſcoporum Salisburgenſium. Forſitan igitur in Latina illius operis verſione laudatus Catalogus, qui Widmanſtadium auctorem agnoſcit, extat.

ac calliditate inſignis, vitia ſua bonarum artium, & aſſimulatæ virtutis umbra quadam prætexit, violati hoſpitii, ſcelerum, ac proditionis impunitatem hactenus conſequuturum fuiſſe. Verum quum hæc tam egregia dicendi libertas paulatim obſoleverit, & jamdudum hic nobis uſus ereptus ſit, eò ventum eſt, judices, ut nihil palam & apertè, omnia vero clam & occultè meditentur homines, & moliantur. Id accidit quorundam ſuperiorum principum culpa, qui dum cuncta pro libidine gerunt, immemores dignitatis & loci, neque unquam eorum facta redarguendi poteſtatem fieri volunt, præclaram hanc dicendi libertatem, eloquentiæ magiſtram & alumnam Philoſophiæ, funditus ſuſtulerunt. Ita deinde indigniſſimi homines iidemque ſceleſtiſſimi fraude ac fallaciis, quibus plurimum inſtructi veniunt, quasque longo uſu ac ſtudio collegerunt, ac in pectore lateribusque tanquam in occulto quodam receſſu latebrisque condiderunt, viros honeſtiſſimos eosdemque candidiſſimos & incautos ſæpenumero adoriuntur, eorumque exiſtimationem labefactare, aut irretitam captare poſſe videntur. Qui ſi nonnunquam in judicio vetere illa dicendi libertate

cate corriperentur, eorumque meditationes, & inſidiæ detegerentur, profectò ſcelerum ſuorum convicti, aut improbitati finem facerent, ſpemque omnem in vera ſolidaque virtute firmarent, aut facinorum ſuorum pœnas penderent. Quorum utrumque vel alterutrum ego, quum præſentis divinam principis noſtri mentem atque anteactæ ejus vitæ rationes animo volvo, brevi futurum eſſe confido. Illuxit enim hoc lumen aliquando, hoc aliquando numen nobis tanquam nautis cæco mari, ac fluctibus actis emerſit. Hoc duce, qui ſanctisſima ſua conſilia ſemper in lucem protulit, in aperto excelſoque locavi, neque cuiquam ejus immortalia facta redarguendi, ſi fas eſſet, aut metu aut vi poteſtatem eripuit, in ſpem venio, veterem illam vereque auream dicendi libertatem, extinctam jamdiu ſemiſepultamque, in foro ac judiciis parvo momento temporis exorituram. Id ego plurimis rationibus vel hac potiſſimum fore conjicio, quod Ambroſii Gumppenbergi circumventam nuper innocentiam aſtu dolisque Lucretii, atque in extremum fere periculum adductam, in hoc judicio tandem, in hoc præclariſſimo veſtro conſeſſu tutari me dicendo permittit. Quod ego libenter

onus ſuſcipio, Judices, hoc ſi onus modo ac non potius oneris levamen dici debet pro viro fortiſſimo atque optimo, contra timidum & iniquiſſimum, ſuorumque flagitiorum conſcium: pro nobiliſſimo, contra viliſſimum, ac non animi robore, sed improbæ mentis agilitate ac verſutia quadam nitentem, forti, firmo, & conſtanti animo dicere. Detraham ego illi hodie perſonam, judices, & efficiam, ut impuri animi velamenta, quibus effigiem ſe ſui veram involvi putat, dilabantur omnia: ita ut Lucretius ipſe qui ſit, luce clarius adſpiciatur, comprehendamque hominem ut alterum in fabulis Protheum, ac tenebo comprehenſum, Iudices, ſe licet in fluvium, in ignem, in anguem, variasque ferarum imagines vertat, modo me attente ac benigne de more veſtro nunc audiatis. Res enim eſt & auribus, & ſenſu veſtro digniſſima, tum propter hujus honeſtiſſimi viri ſalutem, quæ veſtro judicio atque auctoritate conſervanda eſt, tum propter iſtius atrocitatem ſcelerum, quæ legum ſeveritate vindicanda eſt, ne ſe homines allecti impunitate malorum in aperta facinora perditum eant. Atque uti ea, quæ poſterius exponam, animis veſtris inhæreant, & lumini-

bus

bus tanquam ſubjecta cernantur, pauca mihi de vita, genere, deque utriusque moribus ac natura dicenda ſunt. Quorum ego maximam partem his oculis, his inquam oculis, aſpexi: magnumque ſi oporteat, ac veriſſimum hac de re jusiurandum (d) afferam, partem vos etiam ex ipſius ore Lucretii, teſtiumque ſuorum mendacio collegiſtis, partem ad me homines, ſumma fide ac dignitate præditi, detulerunt. AMBROſius Gumppenbergus hic, judices, natione Germanus eſt, patria Noricus, pervetuſta atque equeſtri ortus familia, quorum majores, ob res domi foriſque fortiſſime ac præſtantiſſime geſtas, à Noricorum Ducibus eo uſque ornati honoribus, ac dignitate aucti ſunt, ut olim æterno Ducum decreto ſancitum ſit, ne quis ad ſupremam Noricorum præfecturam (Siniſcalcum vocant,) evehi poſſit, qui non ex illa florenti familia fuerit. Pater ejus inter omnes, quos ad hanc uſque ætatem eadem familia tulerit, quive illam adepti fuerint præfecturam, nobilitate fuit, exiſtimatione, ac virtute facile princeps. Hic igitur ea ſtirpe editus,

 cum

(d) *Credit mendaci, quamvis per Numina juret,*
Nemo, ſed illius pondere verba carent.

cum illi ſemper non vetuſta modo, verum etiam nova vivaque paternæ virtutis ac nominis exempla domi ante oculos obverſarentur, ita ut erat juvenis ſumma ſpe atque animi plenus, optimarumque artium ſtudiis, quantum per ætatem licuit, eruditus, Romam propere venit: ubi cum ingenio, diligentia, fide, cæteros omnes Germanos, qui tum in urbe morabantur, antecelleret, ſummo incredibilique in honore habitus eſt. Ita uti poſtea Clemens VII. P. M. acq; Cæſar ipſe, Reguli, Ducesque nonnulli ad obeundas res graviſſimas officiaque perficiunda, certatim unum hunc eligerent, præterea libentius neminem. Et ne ſingula perſequar, attendite, judices. Memorabili illa vereque fatali Vrbis hujus direptione ac incendio, cum in Hælia mole Clemens ipſe P. M. ac omnium fere Patrum conſcriptorum ordo ſanctiſſimus obſideretur, hicque â Cæſarianis Ducibus interpres effectus eſſet, quibus id muneris eo tempore negare minime poterat, ita ſe geſſit, ea fide ac pietate uſus eſt in accipiendis ac referendis reſponſis, ut quid illi Reſpublica ac Religio noſtra deberet, ipſe Clemens obſidione ſolutus optime declararit, quum illum cenſu protinus auxerit, ornatúmque nomine

ne ac dignitate reddiderit. Et ne quid
mis veſtris propterea forſan inhæreat,
od vos de fide hujus ac innocentia ſuſpe-
s aut ſuſpenſos efficiat, ſcitote hunc in
uenti anno, quum Neapolis â Gallis ob-
ione premeretur, pro Cæſarianis, qui
eſidio civitatis erant, eodem interpretis
icio functum fuiſſe. Item ſcitote eum in
ercitu, qui pro Pontifice Maximo adver-
s Florentiam ſteterat, quæcumque illi
nperata fuiſſent, magno animo ſummaque
le feciſſe. Quibus officiis ita ſe commo-
um Pontifex Max. ſenſit, ita viri virtute
evinctum, ut cum auxiliaribus copiis,
uas ex omni veteranorum flore delegerat,
d ſolvendam Viennæ obſidionem, ac pro-
ulſandos Turcas noſtri nominis æternos
oſtes, qui civitatem validiſſimo ac innu-
nerabili cinctam exercitu delere conaban-
ur, Hyppolitum Medices Cardinalem ejus
fratre nepotem legatum præfeciſſet, hunc
illi præclariſſimæ illius expeditionis comi-
tem tradidit, & commeatuum, munitio-
num ac rerum omnium, quæ bello uſui
eſſent, omnem penitus curam, ac poteſta-
tem penes hunc eſſe voluit. In quo quan-
tum profecerit, opere, conſilio, locorum
peritia, quamque magno noſtris militibus

adjumento fuerit, Germania teſtis eſt, quæ Turcas terga celerrimè vertentes vidit, quæve in illo horribili armorum ſonitu unum hunc inter ſuos tot inſignes alumnos ſe peperiſſe lætata ſæpius eſt. Et jure merito quidem. Vir hic enim, Judices, quum eſt erecto ac forti animo, quod Germanorum ingenii proprium eſt, habet etiam cum Italorum ingeniis à conſuetudine, vel à natura potius quiddam commune, ut apertiſſime loqui, quod eſt viri magnanimi, interea non dolere, ſed prudenter meditari, & confidere ſciat. Quo fit, ut Germanorum generoſos animos alliciat libere loquendo, Italorum quoque gratiam inire poſſit, egregie conſulendo. Domum habitat in urbe ſatis amplam, marmoreis ſtatuis antiquiſſimis, ſolidibus formis, pictura, tabulis, Cryſtallo, preciosaque ſupellectile refertiſſimam: Colit exiguos hortos, at amœniſſimos, in queis Cytrionum, ac medicorum malorum diſpoſitæ arbores odoratiſſimæ conſpiciuntur. Patet omnibus Bibliotheca, quam habet, ingens, inſignis, imo tota domus omnibus patet, præſertim honeſtiſſimis viris, aut iis ſaltem, qui virtutis aut alicujus artis egregiæ ſpecimen præ ſe ferunt. Integrum fere diem aut optimatum ac poten-

tum

tum obſequiis, quod hic præſertim fieri conſuevit, aut amicorum & clientum ſuorum patrocinio terit. Domum quum ſe refert, honeſta hac voluptate ædium ſuarum detinetur, ſeque recreat, ac reficit ſæpenumero præſtantis alicujus viri congreſſu, vel Oratoris vel Poëtæ, quocum ſermone ac ſalibus ultro citroque habitis, reliquum diei traducit. Hoſpitio dignatur omnes, præſertim Germanos, quibus & opis & commodi, quantum poteſt, impertiri non deſinit. Poſtremo ſcitote virum hunc, Judices, & huic civitati, & Germanorum nomini, vitæ ſplendore, fide ac officio, quo nemini deeſt, dignitate, conſilio atque innocentia, magno decori ſemper fuiſſe, ac majori indies ornamento futurum. LUCREtius hic autem, Judices, ſui tantum ſimilibus ut accipio, cognitus eſt; præterea nemini. Qui ſit, unde ſit, ipſemet neſcit. Neſcit? Imo ſcit optime: verum id calliſſimè involuit. Syncerum illi nomen eſt Albertus Widmeſtadius, non Lucretius; ex hoc ſolum (*) colligite, Judices, hominis mentem, ficto nomine utitur. Et eſt quisquam, qui de ficto nomine fictum animum

(*) Leg. *ſolo.*

mum non conjiciat ? Transfugæ eſt, in ſtoris, & ſcelesti hominis, uti ficto non nomine. Majores noſtri cognomen tute parto, non ficto nomine uti con runt. Inde Torquati, Numidici, Af ni, Germanici, (obruimus (**) co qui bellica virtute Romani Imperii propagarunt, ſibique triumphis & co mento ſempiternam laudem egregie rerunt. Sed ego illi arbitror placuiſſ men Lucretii poëtæ Epicurei, cujus audio ſtudioſiſſimum fuiſſe, magnam ex eo delectationem capere, quia im tales animos eſſe non probat. A quo dem errore cæteri omnes, tanquam à fo te manarunt. Sublata enim hac de mortalitate animorum opinione, quæ riſſimis antiquæ Philoſophiæ rationibus ſanctiſſimorum Patrum noſtrorum inſtitu adnixa eſt, quid eſt, quod amplius hom nes dubitent divinis humana commiſcere, omniaque libidini ſuæ, ceu pecudes, fa nefandaque peſſumdare. Hic ego m prætereo conſultiſſime, Judices, de inve hominis mente, deque occulta ejus im pietate ac ementita religione, quæ partim hauſt

(**) Lege *obruimur*.

auſit ab Epicuro, partim à quibusdam in-eſtiſſimis Germaniæ partibus ipſe collegit. Ad ſingulare vitæ genus ipſius hæc mea feſtinat oratio, in qua mihi modus adhibendus eſt, ſtrictimque omnia perſequenda, ne n hac tam ingenti, quæ ſeſe offert, uber-ate dicendi, aures veſtras diutius, quam par eſt, detineam. Parentibus ortus eſt obſcuriſſimis, pueritiam in egeſtate ſumma tranſegit, adoleſcentiam in Italia, ſeu potius in ea parte Italiæ, quæ magna olim Græcia dicebatur: Hoc Brutii ſciunt Calabrique, ſciunt hoc omnes fere Siculi, quibuscum ſumma fuit illi conſuetudo. Hic vos, Judices, pro ingenti, quem habetis, rerum uſu, morum, gentium, ac regionum peritia, meminiſſe poteſtis, quam effreni in mares præſertim, ferantur libidine Brutii Calabrique. O vim temporum, qui olim Italiæ populi bonis artibus ac diſciplinis celeberrimi ſemper habiti ſunt: ad quos, fama eſt, Socratem acceſſiſſe, audiendi Pythagoræ cupidiſſimum: eorum plærique nunc è Græcis honeſtiſſimis inſtitutis ac moribus duo tantum, eaque turpiſſima profitentur, mares amore perditiſſimo proſequendi, quod Græcorum fere proprium extitit, ac perpetuo mentiendi. Conſtans

intueamini: vix ille receptus erat, cum a-
animum retinens, adſimulati mores ap-
ruere, effictaque illa gravitas excidit. P-
mum pro toga atque indumento breve ſa-
lum, inſignis & concinnus capiti pileo
pluma ſericove conſpicuus, quin etiam
reus torquis ad pectus molliter & appi-
defluens: quo quidem ornatu cum per-
diam urbem incederet columbulus hic D-
neus, aut per obliquos vicos famoſas cau-
popinas exquireret, ſuſtineretque labori-
infelix una bellua geminas, Lucretia
tergo, febriculoſum autem humeris ſ-
tum Catherinam Senenſem, quam in-
tenti amore miſer hic deperibat: hæc
dum omnia Pontifex præſenſiſſet, Luca
& nomen, & locum, & dignitatem a-
ſit. Scripſerat jam dudum in German-
ſe Pontif. Max. a Secretis electum eſſe, qu-
quam inane foret, eadem illico Germ-
ſenſit, quum illum paulo poſt in Phar-
ſiam domum ſe dediſſe cognovit, ubi n-
diu ſatis receptus, Senas profectus eſt.
quo conſilio fecerit, accipite, Judices. Ci-
tas ea eſt totius Hætruriæ florentiſſima,
quæ ſola prope inter Italicas omnes, quæ
mare inferum ſpectant, quæve adhærent
Apennino, & Gallicis Alpibus, non modo

barba-

barorum feritati non ſuccubuit, ſed con-
ɪciſſime pulcherrimam libertatis formam
inuit. Ea, Judices, inter cætera, qui-
s admirabilis eſt, hoc præcipuum ſemper
ɪuit inſtitutum, ut cives ejus advenas
ɪnes, quos ad ſe civitatis nomen ac ſplen-
r allicit, ſummis honoribus atque omni
manitatis genere proſequantur, & non
ſpitio ſolum recipiant, ſed (quod illi
aximc ingenuum putant) fœminarum ſua-
m, quæ lepore, conſilio, pudicitia ſunt
nnium præſtantiſſimæ, conſeſſu & ſer-
one perquam familiari dignentur. Omitto
erarum & præclara bonarum artium ſtu-
a, quibus ea eſt civitas ornatiſſima;
mitto generis atque animorum conſpicuam
re nobilitatem. Hoc non omittam, nul-
s in Italia cives his eſſe animo ac fide can-
idiores. Quæ quum Lucretius animadver-
eret, & in Vrbe jam, ubi ars arte deludi
let, detectum ſe ſatis cerneret, animum
ɪtulit, ſeque illuc ocyſſime contulit, ea
pe; ut quæcunque cuperet, ab iis aſtu &
imulatione, qua plurimum pollet, faci-
ius obtineret: ſin res aliter ceſſiſſet, Ro-
nam denuo, ſive alio, cum ea ſtudiorum
opinione, quæ illic ſimulate profitebatur,
aliqua meliori fama rediret. Itaque Senas

 ingres-

ingreſſus, civitatem circumſpicit, op tum ac nobilium nomina quærit, civium explorat, odora vi quadam omnia. Cives, ut ſunt in advenas niſſimi, complectuntur hominem, ſtant, deducunt: ille, ut eſt egregi tifex & veterator, oportuno loco, num ſe nobilem dicit, multa Latino coque ſermone, quæ apud Brutios pudicitiæ jactura didicerat, effundit: morum moderatione atque hypocriſi quibus artibus efficiebat, ut animi ad omnium prope civium allicerentur. quos Lactantium Ptolomeum virum ſimum, iſtius Magni Claudii Ptol conſanguineum, quem ob inſignem facundiam optimarumque artium om doctrinam & admiramur omnes & coli arte, obſequio ſtudiorumque ſimili ficta quadam ita pellexit, ac delinivit, minimo minus abfuerit, quin illi deli ſimam virginem, venuſtiſſimam ejus nep grandi cum dote in matrimonium ded Ea res ubi cognita eſt, præclarorum viro conſilio atque opera, quibus jam illius mulata virtus plane ſuſpecta eſſe cœper quive ejus indolis ac formæ virginem matæ illi capitoſo, ceu turpiſſimo *Pho*

Andr

barbarorum feritati non ſuccubuit, ſed conſtantiſſime pulcherrimam libertatis formam retinuit. Ea, Judices, inter cætera, quibus admirabilis eſt, hoc præcipuum ſemper habuit inſtitutum, ut cives ejus advenas omnes, quos ad ſe civitatis nomen ac ſplendor allicit, ſummis honoribus atque omni humanitatis genere proſequantur, & non hoſpitio ſolum recipiant, ſed (quod illi maxime ingenuum putant) fœminarum ſuarum, quæ lepore, conſilio, pudicitia ſunt omnium præſtantiſſimæ, conſeſſu & ſermone perquam familiari dignentur. Omitto literarum & præclara bonarum artium ſtudia, quibus ea eſt civitas ornatiſſima; omitto generis atque animorum conſpicuam vere nobilitatem. Hoc non omittam, nullos in Italia cives his eſſe animo ac fide candidiores. Quæ quum Lucretius animadverteret, & in Vrbe jam, ubi ars arte deludi ſolet, detectum ſe ſatis cerneret, animum extulit, ſeque illuc ocyſſime contulit, ea ſpe; ut quæcunque cuperet, ab iis aſtu & ſimulatione, qua plurimum pollet, facilius obtineret: ſin res aliter ceſſiſſet, Romam denuo, ſive alio, cum ea ſtudiorum opinione, quæ illic ſimulate profitebatur, aliqua meliori fama rediret. Itaque Senas

dicam, laxius amplecti volunt, ut appareat ii, quos Ardeliones appellamus. Homo Lucretius habet utrumque. Nam in hominum eruditorum coetu quum eſt conſtitutus, hoc illi eſt ex arte depromptum, ut omnium dicta primum perpendens, obmuteſcat ipſe aliquandiu: poſt ubi rerum rationes ab aliis & conquiſitas & inventas prope conſpicit, tum accurrit ingenioſus homo, ſeque illius rationis & auctorem & principem facit. Itaque eductos alieno labore & ſtudio fructus ipſe dum colligit, fit ut a nonnullis in honore habeatur: cæteris autem acrius intuentibus & ludibrio ſit, & dedecori. Sed & omnia ſtudiorum genera profitetur audaciſſime, & Latinam, & Græcam, quin ipſam etiam Hebræorum linguam jactat ſe didiciſſe: nec ne ſolum bilinguem, ut ait, ſed trilinguem (g) dici nimis ambitioſe contendit. Cum illum potius elinguem eſſe deceret, ſi ſe, quam parum in his profecerit, animadvertat. Sed hæc ſatis de vitæ genere. Quanquam multa ſuperſint, hæc me tamen alio vocat oratio. Namque

ille

(g) Non trilinguem modo, ſed πολυγλωττον jure ſummo dicendum eſſe Widmanſtadium, nemo jam prudens dubitat.

ille hujus innocentiæ machinas admovit, quòve ſcelere conflata ea ſint, quibus hunc oppugnare paraverat, crimina, veſtra jam pridem erat exſpectatio, Judices. Cui nunc obviam ibo, atque hac priori ratione velut in harenam ingrediar, ſubſequenti mox pugnaturus, ita uti me virum fortem & fateatur ipſemet, & exhorreſcat. Poſtrema vero cuncta nitentem dolis omnibus, ac tenebris involventem ſeſe, ita excipiam, Judices, ut hominem, ſi Diis placet, veri lumine, fulgure ac telo detegam, afflem, exanimem. Quum Lucretius iſte Venetiis abſceſſiſſet, ac in Germaniam rediiſſet, animo reputans ea, quæ toties adortus in Vrbe fuerat, unius poſſe hominis exitio facillime conſequi, ut hujus auctoritate deleta, clarior ipſe Germanis ab omnibus haberetur, ejusque Provinciæ, quæ totius Europæ latiſſima eſt, procurationes ad ſe verterentur omnes, quæ ad hunc honorifice maximoque proventu confluebant, arte ſtatuit ac fallaciis, quoquo denique modo poſſet, virum hunc è medio tollere, hoc eſt, nomen ejus ac dignitatem extinguere. Vacarat eo tempore Ecſtetenſis (h) Epiſcopi

 ſedes,

(h) *Ecſtetenſem* Italus noſter nominat pro *Eichſtetenſi.*

ſedes, omniumque ejus eccleſiæ ſacri
tum ſuffragiis in demortui locum Ant
tis ingenti civitatis applauſu Mauritius li
tenus, inſignis vir genere, doctrina,
pietate, ſuffectus fuerat: cumque idem
Huttenus Herbipolenſem præpoſituram
quam ante dignitatis hujus acceſſionem
tinebat, una cum Eccſtetenſi epiſcopatu
tinere, omniumque confirmationem
Pontifice Maximo rite confici cuperet
remque hanc in medium protuliſſet, op
morum omnium conſenſu ac voce acc
matum eſt, ad obeunda hæc Ambroſi
Gumppenbergum, ſanctiſſimum fidiſſimum
que futurum, aptiorem videri præter
neminem. Decernitur illi provincia, m
tuntur etiam pecuniæ ad hæc non modo co
ficienda, verum & ad tutandam Epiſcopi
cauſſam contra competitorem clariſſimum
Brandenburgenſem Dominum, qui præpo
ſituram Herbipolenſem gratuito ſibi jure
deberi cenſebat. Capeſcit officioſe nimis
onus hoc Ambroſius Gumppenbergus, a
tiusque cauſæ procurationi miſer incumbit,
vere miſer ex illa die. Nam fatali quodam
furore ac cœcitate impulſus, ita exarſit in
excipienda illa gerendaque procuratione,
ut eodem fere momento & adverſa condi

voti

i compos evicerit, rem confecerit, & ꝛiminum ſuorum omnium ærumnarum fundamenta jactarit. Ita ut in ſe toties ium Trojanum introduxiſſe ſe diceret, oties introductæ illius procurationis, exque oneris meminiſſet. Lucretius enim ibitione commotus, & quod hujus exi perditæ actutum fortunæ ſuæ ſubvenire poſſe arbitrabatur, in deſiderium ac ſpem nerat procurationis hujus, & officii ſuſciendi. Itaque Ecſtetum advolat, non forito, Judices, ut omnium mendaciſſius aſſerit, ſed callidiſſime doloque malo, adices, advolat: eo cum veniſſet, Sigisundum Thungerum reperit Ambroſii miliarem, quem illuc miſer iſte præmierat, ut rei, quæ jam prope confecta erat, ationes Epiſcopo recenſeret, acta illi ac nandata deferret. Quod quum Lucretius ræſenſiſſet, hominem ingenioſa circuitioe aggreditur: poſtremo oratione & prece, & precio compulit, ut domini fidem deſeret: pollicetur ſe nunquam illi defuturum, idque jurejurando affirmat. Ita exorta eſt præclara illa in hunc miſerum conſpiratio, qua nihil ea luce ſol indignius vidit. Itaque ex illa die unà ſemper eſſe, dolos unà conſtruere, res & conſilia, quibus ad hujus in-

 terni-

ternitionem uterentur, *meditari*, & ferre homines ſceleſtiſſimi *conſue*... Primum Thungerus ille cuncta, qu... minus egerat in Epiſcopi *rem*, ore ... daci atque inverſo ordine refert, mal... abſentem Dominum inceſſit ac lacera... abalienato Epiſcopi animo Lucretiu... præponeret, quem ſummis laudibus ... rebat. Credidit ille, atque ut univerſ... ſumus rerum novarum paulo cupidio... accerſiri jubet Lucretium. Quid mu... ille ſe remque ſuam commendat: ho... tur, ut cauſæ procurationem ſuſcip... eumque in obeunda re addit Ambroſio ... mitem, eo tamen animo, ut ille totum ... onus adſumat, ſenſim pecuniam dat, li... ras conficit, ac utrumque citatis equis ... Vrbem jubet ocyſſime proficiſci. Sin... me hoc loco, Judices, ſicut Poëtæ ſolen... qui magno in opere, dum res Heroum g... ſtas conſcribunt, fabulas nonnunquam ... miſcent, ut lepida lectorem varietate q... dam oblectent, ac in officio teneant: n... fabulam, ſed illius vere pulcherrimum ... ctum perpetuo riſu jocoque digniſſimu... recenſere. Adventabat Lucretius no... cum illo ſuo nequiſſimo pari citatis equis ... Vrbem, cum iterum Senas ingreſſus, He... inquit

inquit, Thungere, quid obſtat, quin hac in urbe nos Juriſconſultos picturato, ſolenni, latoque diplomate facimus? ut hoc accepto inſigni majorem in agendis rebus fidem captemus. Placuit alteri conſilium: itaque triduo, quæ de more diluenda erant, argumenta quum didiciſſent, eorumque ſolutiones memoriæ mandaviſſent, ac diluiſſent egregii noſtri ambo hi neobartoli, cum toga ſoleati, ac involuto capite prodierunt, ſeque juriſconſultos impudentisſimè ſalutari tulerunt, quum eorum neuter ſemeſtrem ſaltem operam juri audiendo legibusque dediſſet. Quin horologia ex ære auro cælata, quæ ad nos Germania mittere conſuevit, elegantiſſima, quæve Auguſtæ Vindelicorum â nonnullis Thungerus ille Domino ſuo deferenda ſuſceperat, iis qui Senis in illo diplomate conficiendo ſtudium atque operam adhibuiſſent, elargiuntur. Nihil hic dicam, Judices, quam abſurde mos hic irrepſerit, uti nulla prorſus, aut ſaltem minima delibuti doctrina homines in gymnaſiis etiam celeberrimis Juriſconſultorum nomen acquirant, eamque dignitatem nullo merito quidem, at uno tamen eoque inconſulto diplomate aſſequi ſe poſſe putent, quæ perpetuo labore ac ſtudio col-

ligi debet: Vos quam id perperam fiat, pro ingenti ſapientia veſtra perpendite. Romam redit Lucretius IIII. Calendarum Octobr. rectaque ad Ambroſium pergit, excipit hominem infelix hic & ſyncero & hilari vultu: Lucretium dextra, Thungerum ſiniſtra tenet, amplexatur utrumque, nil ſane ſuſpicans horum, quæ in perniciem ejus uterque conſtruxerat. O immanem audaciam: vos ne illam domum, e qua proditione dominum detrudere moliebamini, ingredi auſi eſtis? atque illis ædibus ora impudica oſtendere? ingreſſi eſtis, oſtendiſtis, præclari hoſpites nimirum neolycaones: at etiam in his diu noctuque conſediſtis, ut commodius ea ſtatueretis, quæ in exitium hujus confinxeratis, crimina. Initio nulla huic miſero vox præ dolore, aut ira, uti ſit, liberior unquam excidit, quam non ille delatoris more protinus adnotarit, eamque unicuique acerbiorem detulerit, ac odioſiorem. Quinimo plæraque nova confinxit, ut inviſum omnibus hominem redderet, eorumque omnium clandeſtinos diu noctuque commentarios fecit, Cæſarem forte imitaturus. Itane? Nudi ſunt, recti ac venuſti omni ornatu orationis tanquam veſte detracta, nec diligentius quicquam aut exquiſi-

quiſitius fieri poſſe rerum capitalium ſcribæ, tortores, apparitores omnes & carnifices exiſtimarunt. His ille uſus eſt commentariis eo tempore, quo tortoribus excruciandum, falſis criminibus obſeſſum, & circumventum inſontem perfidus hoſpes hoſpitem prodidit. Sed hæc alio loco dicenda ſunt. Nam hæc interea dum Lucretius apparat ac molitur, Eſteteenſis Epiſcopi literis admonitus eſt, ut Gandavum ſtatim in Belgas proficiſcatur ad Cæſarem. Proficiſcitur. Verum antequam hinc pedem referat, inſtructum in hujus domo ſervum relinquit, quem in ſui locum atque operam ſufficit, mandat, ut familiam hujus omnem corrumpat. Interea miſſis in Germaniam literis, quoquo poterat modo nomen hujus ac dignitatem labefactare non deſinit, in hunc acerbiſſime invehitur. Cumque animadverteret, Germanis viris deteſtabile vitium illud portenti ſimile audiri, nobilem Germanum in pueros eſſe libidine propenſiorem, accuſat hunc, reumque hujus criminis efficit. Falſo equidem, Judices. Namque hujus criminis non modo nunquam in Judicium ab altero quoque eſt evocatus, præterquam a ſceleſto illo, ſed ne minimam quidem ejus notam accepit. Quod quam

quam verum ſit, attendite Judices, a
animis diligenter adeſte. Nihil enim
actionibus meis aſſequi me magis cup
quam ſalutem hujus ac veſtram fidem. N
quæ recenſeam, ita veſtris viſenda ocul
ita manibus attrectanda ſubjiciam, ut
vere non ficta videantur. Quæ dum ex
dio, ſunt enim altius mihi quædam repeten
da, quæſo ut me, ſicuti facitis, attente
diatis. Multis jam ante annis, quam i
Germaniam Lucretius proficiſceretur, quo
ve Hutteni Ecſtetenſis Epiſcopi rerum p
curationem ambiret, dum hic in Vrbe m
raretur, neque tum etiam & nominis, &
famæ ſuæ naufragium feciſſet: erat illi ſum
ma cum Ambroſio familiaritas, & anim
rum quidam fere conſenſus, & conju
ctio ſtudiorum, & benevolentiæ mutua q
dam & honeſta contentio. Hic illum, opi
nione quadam fortaſſe præclare de illo ha
bita (nondum enim efficti mores ejus ap
paruerant) maximopere diligebat: ille
& genere, & dignitate, & rerum uſu pr
ſtantem, & quod in ipſius ope opibuſque
certam ſpem collocarat, & colebat mirifice
& obſervabat. Extant epiſtolæ ejus innu
meræ Italo, Germano, Latinoque ſermone
conſcriptæ, quibus & ſe plurimum illi de
bere,

bere, & gratias illi pro ingenti ſuorum erga ipſum magnitudine meritorum fatetur, habiturum perpetuo, ſoluturum nunquam fatetur. Extant adhuc, easque oportuniore loco proferam, & ſunt ejusdem manu conſcriptæ, integræ, non discerptæ, non diminutæ, non confictæ, ad hos appoſite uſus non ſine Divorum numine conſervatæ, referuntque incredibilis ejus aut levitatis aut perfidiæ potius argumenta. Hac, ut ſuperius dixi, mutua conſuetudine effectum erat, ut ædibus hujus ille ſæpenumero frueretur, atque ad hunc tanquam ad amicum & hoſpitem libentiſſime ſe conferret. Tota illi domus patebat, nemo erat ex omni hujus familia tam protervus atque inſolens, quin illi obſequeretur, eumque non heri loco haberet. Pro quibus in eum beneficiis audite quæ rependerit ingratiſſimus omnium, idemque ſceleſtiſſimus. Principio ſumma qua pollet artium varietate ac eloquio, famulorum iſtius omnium corda pertentat, eosque ad hunc miſerum deſerendum prodendumque cohortari non deſinit. Thungerum primo, qui cæteros uſu rerum ac ætate anteibat, alloquitur: Thungere mi, tædet me tui, conditionumque tuarum. Dum tu enim â patria longus abes,

ut

ut honori, & famæ conſulas tuæ, laborumque tuorum fructum percipias aliquem, Neſcis heu perdite, neſcis, cui nunc inſervias, cuive dedecori teſe ſubjeceris. Hic quem obſervas, & colis, cujus alumnus es, cui per tot annos inſervis, fœdo atque infando puerorum concubitu uſque oblectatur, adeo, vix ut nox ulla prætereat, qua non in pueri amplexum veniat. Tune igitur huic inſervias? huic tete probro ſubjeceris? Quin me ſequere, atque hunc à ſanctiſſimis Germaniæ deſcitum moribus deſere. Ego, ut dignum tute locum invenias, penes maximos Principes meos præſtaturum polliceor. Exarſit Thungerus his auditis, ora cæteri ſua ab illius impuriſſimo indignabundi vertere. Nondum enim eorum animos fide imbutos ac probitate, corrupe rat atque emollierat, quos venenato poſtea melle ſermonis, & prece & precio corrupit, emolliitque. At Thungerum, etſi hoc ille intellecto dedecore, à quo ſemper, quæ eſt Germanorum ſanctitas & virile quoddam robur, abhorruerat, nullam huic penitus calumniæ fidem præſtaret, ac de heri ſui probitate in ipſo etiam ætatis flore ſibi conſcius eſſet: juvenili tamen animo plura volventem, experiundæ rei cupido quædam inceſſit. Abdit igitur heri cubiculo ſe: dein

lein lecto, quo miſer hic recubuerat, ſubepit clam, ac ſupponit ſeſe, latitat vigil vix efflans animam, ut iſtius acta moresque nterdiu ſibi cognitos noctu etiam experiaur; agnovit, expertus eſt. Eho dic ſodes Thungere, dic nocturne mi pervigil exploator, ecquid eſt, quod hoc indignum viro ideris? ecquid eſt, quod apertiſſimo die meliove atque undanti civium foro ſacro vel tiam loco non honorofice committi poniſſe cenſueris. At at, illud eſt, nudavit e, fateor. Id ne flagitii loco pones? oſcitavit ntcrea. quæ turpitudo? quæ labes? ſterebat aſſidue; fateor, at hæc naturæ vitia unt, non animi: nunquid aliud, quod haud ioneſte fari poſſis, increpuit auribus tuis, eu ſubolevit? nihil inquies. Attamen tu ion una nocte contentus per complures etam latitaſti. fateris ultrò, visne tu aliud? Nunc vide quæſo, quanta perjuro illi fides dhibenda fuerat. Videte vos identidem, udices, ac ſcitote, Thungerum illum ex eo empore, quo periculum hac de re fecerit, omnem hujusce criminis erga Dominum uſpitionem exuiſſe, priſtinaque in fide conlitiſſe. Quin egregium forma puerum ejus iepotem in eandem familiam aſciri cuiiſſe, quod cupierat effeciſſe, puerum ad obequenda Domini cubicularia collocaviſſe.

Nota

Nota nimis eloquor & vulgata, quæve in o
omnium ac judicio probata nimis, & cogni
ſunt. Dii immortales, quam hujus criminis in-
nocentia luce lucidior, cum in illa ſeveriſſi-
ma atque exactiſſima quæſtione, quæ de hoc
puero tandem habita eſt, monente atque in-
ſtigante Lucretio, corruptos etiam teſtes
adhibente, nil eſt repertum quam Lucretii
ſcelus; pudor hujus ac pudicitia cum ſilentio
& refutato crimine Judiciorum omnium
conſenſu eſt abſolutus. Expoſui breviter, Ju-
dices, & quo pacto labem inferre candidiſſi-
mæ iſtius viri vitæ ater ille ac peſtilens homo
voluerit; & quo pacto deterſa omnia atque
expoſita in Judiciis, & veſtra & reliquorum
Judicum ſententia, fuerint. Reliquum eſt,
ut atrociſſimum crimen illud, quo capiti hu-
jus ac fortunis objecto, exiſtimarat hunc fa-
cillime perditum, perſequar Judices, quod
ejusmodi eſt, ut auribus veſtris in audiendis
jamdiu tot improbis artibus illius exagitatis
ac defeſſis, ut arbitror, grave ſit onus aliarum
rum. Itaque finem faciam huic primæ actio-
ni meæ, cujus abunde me dignum percepiſſe
fructum exiſtimaro, ſi vos qua in hac uſi eſtis
attentione ac diligentia, reliquis in actioni-
bus meis uſuros eſſe confidam.

Dixi.

IV. Epi-

IV.

Epiſtolæ VI. Variorum Ineditæ.

I.

FORSTNERI AD BERNEGGERUM (†).

Matthiæ Berneggero,

Viro CLariſſimo

S. P. D.

Chriſtophorus Forſtnerus (††).

CRedo, Vir CL. non eſſe mihi apud te operoſa defenſione utendum, quod integrum biennium nullas ad te literas dedi. Ipſe enim, me tacente, facilè conjicis, magnam fuiſſe cau-

(†) Ex apographo Summæ Rever. D. Guſt. Georgii Zeltneri.

(††) Honorificentiſſime non minus, quam vere Boeclerus, idoneus certe rerum æſtimator, in elogio Forſtneri, Viri πολιτικωτάτου, quod Wittenius Memor. Philoſ. Decadi VIII. inſeruit p. 503. ſq. de illius epiſtolis judicat, inter cætera hoc eas præconio celebrans: *Pollent epiſtolæ Forſtnerianæ ſingulari quodam elegantiæ & prudentiæ genio, unicique hactenus exempli ſunt. Verba Taci-*

ſam, quæ mihi tanti temporis ſilentium injunxit. Neque ſane, quanquam id optimo jure poſſem, occupationes intermiſſo officio prætenderim: ut qui minime ignorem, quam incivilis iſta ſit apud amicum cauſatio. Sed vel ſola fama docere te potuit, quam aſſiduis bellorum tempeſtatibus, & procellis jactati, quam atroci pace afflicti, quibus undique, & quam variis caſibus obruti, & tantum non plane everſi fuerimus: qui omnia ſtudia, omnes cogitationes, & pene me ipſum mihi eripuerunt.

At quoniam dulce eſt, rerum adverſarum meminiſſe, non ſecus, ac qui naufragium paſſi ſunt, fluctuantes navis tabulas, merceſque, & ſuas ipſi jacturas grato quodam horrore contemplantur, cum præſertim in commo-

Taciti, ex familiari ejus ſcriptoris uſu, decora & tempeſtiva gratia ſe ubique offerentia, ſupra omne [illegible] *ingenium placent juvantque. Judiciorum contextus, & ex intimo negotiorum ſinu emerſa ſeries, communi* [illegible] *aptam, nihil tamen vulgare ſpirantem, nec minus* [illegible]*ditam, quam facilem concinnat ſcripturam &c.* Hujus judicii veritatem vel ſola hæc epiſtola ſatis ſuperque evincit, quæ præterea eximiam rariſſimamque Illuſtris Viri pietatem luculenter teſtatam facit. Non igitur immerito Celeb. D. Heumannus in Poecil. Tom. I. Lib. II. p. 203. ubi quoddam ex ea ἀποσπασμάτιον exhibuit, illam dignam eſſe, quæ tota edatur in publicum, cenſuit.

commodior valetudo, (niſi quod medici me quam officioſiſſime vexant) aliquantulum otii mihi faciat: utar ſane hoc beneficio, & tanquam præſens præſenti ſine ulla ſermonis cura, non tam publicam, quam meam fortunam, qualis illa præteritis his menſibus fuerit, ſimpliciſſime tibi repræſentabo. Confido tibi, quem meis, ut tuis, proſperis, & adverſis affici ſcio, gratiſſimum fore hoc, quicquid eſt ſtudii.

Biennium eſt, & ultra, ex quo ultimas à me accepiſti, ſi tamen accepiſti. In iis Henrici Rohani adventum, & infelicem æque, ac imprudentem Belfortii obſidionem expoſui, ſimulquè mentis jam tum mala, quæ poſtea vidimus, præſagientis metum tibi teſtatus fui. Evenit, quod auguratus ſum. Nam cum Rohanus nulla re, niſi quod fame, frigore, & aquarum eluvie magnam exercitus partem perdidit, cum ſelectis copiis in Rhætos abiiſſet, & Marchio Forcæus, Equitum Magiſtri filius eo ipſo tempore, quo Carolus Lotharingus Briſaci, & Neoburgi ingentes vires colligere nuntiabatur, reliquum exercitum in Lotharingiam reduxiſſet, fugam illico, & pavorem interpretatus hoſtis, ſimul occaſioni intentus Bruntrutum, Mombelicardum,

& cætera Gallis deſerta occupare ſtatu-
Et certe maturius Rhenum tranſiiſſet, niſi
corruptæ pluviis viæ, & adverſa Ducis vale-
tudo eum mutare ſedes, & aliquantò Ha-
dersheimii ob aëris ſalubritatem ſubſiſtere
coëgiſſet. Non erat nobis improviſa hæc
tempeſtas, cum ex Burgundia, ex Lotha-
ringia, Baſilea, Briſaco, ex ipſo denique
hoſtili exercitu indignatio, & ipſorum con-
ſiliorum ſeries, ac diſpoſitio nobis quotidie
nuntiaretur. Verùm eo major apud nos con-
ſternatio fuit, quò minor ſpes erat virium,
& auxilii contrà tantam hoſtis potentiam.
400. omnino militum præſidium noſtrum
erat, cui præerat Antonius Linonus,
Marchio Bourbonnæ, homo militiæ, &
bellorum inſolens, præterea cognatione
Lotharingicis partibus innexus. Quippe
mater ex Baſſompetrarum familia ſuperat,
& fratrem habebat, quo præcipue Carolus
Dux miniſtro, ſecretorumque arbitro ute-
batur.

Et augebat parum ſinceræ fidei ſuſpicio-
nem, quod paulo ante Marchioni Tria-
ſtrenſi, Mareſchalli Lotharingici Filio, fa-
miliariter eum viſenti, arcem, armamen-
tarium, caſtellum aperiri, monſtrarique
juſſerat. Unde non minus domeſticum ſce-
lus,

lus, quam vim hoſtis metuebamus. Periculine magnitudo moverit Dominum Geldricum, Præfectum noſtrum, ut de diſceſſu & ipſe cogitaret, (nam uxorem & liberos jam olim Bilam præmiſerat,) an quod vereretur, ne prædia, quæ ad lacum Bodamicum beneficio Auſtriacorum Principum poſſidet ampliſſima, in fiſcum redigerentur, haud facilè dixerim. Abiit hinc ipſis Calendis Aprilis ingenti difficillimarum rerum mole relicta; mihi præcipue, quem etſi prædeceſſore meo Joh. Chriſtoph. Zengero, dignitate, & reliquis omnibus collegis meis inferiorem, ſuo loco conſilio & Reipublicæ præſidere voluit. Poſtridie, quam hinc cum Johanne Friderico Brunicovio, affine ſuo abiiſſet, equitatus hoſtilis primum Hericuriæ, & ſequenti die præ noſtris mœnibus conſpectus fuit. Hericuriam per tubicinem ad deditionem invitatam ex allatis eodem die literis didicimus, cæterorum omnium, quæ extra portas civitatis gerebantur, notitiam, hoſtis per vicinos late pagos ſparſus nobis exemerat: adeo ut Blanmontem oppidum à noſtris, quo facilius arx defenderetur, incenſum, non niſi poſt duodecimum diem reſciverimus. Quis mihi tunc animus fuerit, tanto periculo, tantisque negotiis oc-

cupato, ipſe, CL. Vir, facile judicabis.
Nam, ut verum fatear, initio inſolita mihi
erat, negotiorum præcipue bellicorum ex-
pediendorum ratio, in quibus plerumque
à me ipſo mihi petendum erat conſilium.
Deinde obverſabantur animo plus quam ho-
ſtiles Caroli Ducis iræ, & acerrimum noſtri
odium, nullis ex cauſis, niſi quod pacem
nolueramus: tum ingentes copiæ, (quippe
15000. exercitus eſſe dicebatur,) & è di-
verſo exiguæ ad neceſſitatem vires. Intende-
bat præcipue terrorem, quod hoſtes omnia
igne vaſtabant, ut non modo collucentes
circum circa flammas videre, ſed & ex pro-
pinquis pagis ignis odorem, fumumque na-
ribus haurire, & collabentium ædificiorum
fragorem exaudire liceret. Horroris præ-
terea plenum erat, quod totæ noctes canum
venaticorum, quorum aliquot centena Prin-
cipes noſtris ruſticis alendos committere ſo-
lebant, qui tunc cum familia, & pecoribus
Mombelicardum, Hericuriam, & Bla-
montem commigrarant, campos vicinos
peragrantium ululatibus perſonabant. Tot
igitur miſeriis circumſeſſo, curisque animo
ſuccurrit, rebus afflictis, & conclamatis
ante omnia cum coelo tranſigendum, Dei-
que O. M. opem, & auxilium implora-

dum

dum eſſe. Quod ſane feci ardentiſſimis precibus, copioſisque lacrymis, quas ipſa periculi magnitudo, & quædam pietatis dulcedo mihi exprimebat. Sed præcipuè Davidis Regis divina carmina nunquam ex animo, & raro de manibus deponebam. Ibi cauſam malorum noſtrorum, offenſam Numinis, & ex diverſo malorum remedium, ſpem in miſericordia Dei, & cum hac inter adverſa pugnantem ſæpè deſperationem, ibi pœnitentis, & terrores horrificos conſcientiæ, judiciumque Dei reformidantis, & alibi ſummi Rectoris admirabili magniloquentia decantantis, ac, ut uno verbo dicam, cœlum & tartaros intra ſe ſentientis imaginem, poſtremo meorum affectuum læta, triſtiaque velut in ſpeculo expreſſa legebam. Erat in Bibliotheca mea, M. Antonii Flaminii explanatio hymnorum iſtorum, quam hactenus ſine cura habueram, Aderat & Patrum quorundam, & inter recentiores Bezæ explicatio. Sed nullus magis ad palatum meum, quam Flaminius, in quo ingenua ſimplicitas, & minime affectata ſenſuum Davidicorum interpretatio major ſit, an ſermonis latini puriſſima facilitas, haud facile æſtimaveris. Igitur his præſidiis, hisque armis inſtructus haud

paulò meliorem ſpem de rebus noſtris concepi.

Accendebat fiduciam uxor, quæ ad omnes caſus immota eandem Dei providentiam, quæ nos patria ejectos his oris ſtitiſſet, ibi quoque nos ſalvos, & incolumes præſtituram plus quam virili conſtantia diſſerebat. Et ſane propitii Numinis clariſſimum ſignum, & boni eventus veluti ſponſio fuit, quod quatriduo antequam hoſtis aderat, Baro Dannevouſius cum legione ſua 800 peditum, Regis juſſu, inopinantibus nobis, ſupervenit. Quæ res, quantum civibus noſtris animi addidit, tantum hoſtibus, qui cum Bourbonna, & paucis præſidiariis rem ſibi fore crediderant, ademit. Facile mihi amicitia cum Dannevouſio, quem primo congreſſu virum Ducemque cognovi, coaluit. Ergo inter nos partiti curas, ille cum Bourbonna, quem obſequii ſpecie regebat, defendendæ urbis, ordinandæque militiæ partes ſibi deſumſit, mihi cum Collegis rei annonariæ expediendæ, exploratorum mittendorum, ſollicitandorum auxiliorum provinciam permiſit. Summo ſtudio à nobis proviſum fuit, ne qui caſus nobis imputari poſſent. Solidati muri, propugnacula extra portas extructa, proviſa paratæ

que

que non arma modo, ſed obſequium, & parendi amor, quod ſolum intemperantia libertatis civibus noſtris defuit. Comportata in arcem, & caſtellum, magna frumenti, farinæque, tum vini carniumque ſale conditarum vis; & quia rivo mediam civitatem ſecanti impoſitæ molæ tanto populo non ſufficiebant, extructa alia ſubitario opere, itemque tres manuariæ, civibusque edicto mandatum, ut quisque in menſem ſibi, & familiæ de farina proſpiceret: Die noctuque ablegati, qui hoſtium res, atque conſilia explorarent. Denique uno die 4. homines dimiſſi, qui Forcæum, Magiſtrum equitum, cum exercitu in Lotharingia ſubſiſtentem, de periculo noſtro certiorem facerent. Succurrebant tunc, quæ de Urinatoribus, & columbis, hirundinibusque tabellariis, & de Epiſtola exentorato lepori inſerta apud Juſtinum tuum, aliaque ſimilia legeram. Memineram præterea Sancium, Galliæ Regis in Germania Legatum de auxiliorum Germanicorum adventu Regem literis, quas inter duas ollæ aheneæ laminas tabellarius cucumarium ſimulans incluſerat, cettiorem feciſſe. At nobis magis placuit, unum ex illis 4. carbonarii ſpecie cum literis veſtium inſtitæ inſutis, duos

alios cum ſcipionibus, quibus excavatis li-
teras condideramus, mendicantium ha-
tu dimittere. Quartus, (miraberis C
Berneggere, & ridebis ſcio) epiſtola
oleo, ne quo alio humore læderetur, pi-
guefactum (ſit venia verbo) peni ind-
& reſponſum Forcæi ano aliquot dies c-
ditum, incorruptum, niſi quod malum
itinere ex diverſorio odorem contra-
reportavit. Dum iſta à nobis intra m-
providentur, hoſtis omnem ſuam rabie-
quia in homines non poterat, in ipſas
mos, & tuguria ruſticorum effudit: q-
maximo miſerorum damno, & nullo ſ-
commodo longe lateque incendebat. Si-
gulis quoque diebus equitum turmæ p-
ad proliciendos noſtros adequitabant. S-
hi inſidias veriti, continua tormento-
diſploſione eos ſubmovere ſatis habeba-
XII. Cal. Maji intra horam 6. & 7. ante-
rid. primus omnium tres in cœlo ſoles
quos parelios vocant, animadverti: quos
quia intra horæ quadrantem evanueru-
domeſticis tantum meis, & paucis, qui
mane ſalutatum acceſſerant, monſtravi. In
ſequenti die, qui erat XI. Cal. Maji, qui
editiori arcis loco excubias agebant, pe-
ſtatum hoſtis in colle quodam, qui ſupra
He-

Ierincuriam, uno tantum à Mompelicardo
ıpide eminet, apparere nuntiarunt. Et
rat omninò facile tympanorum ſonitum
udire, & ſigna, vexillaque vento impulſa
idere. Adeò ut de conſilio obſidionis mi-
ime dubitaremus: cum præſertim, qui
ditionibus Auſtriacis apud nos diverſaban-
ur, ab amicis monerentur, ut propere ſe
lio conferrent, nec apud nos includi ſe pa-
erentur. Et tormenta muralia Briſaco ad-
ehi alii annuntiabant. Sed hanc imminen-
em tempeſtatem provida cœleſtis patris
enignitas depulit. VIII. Cal. Maji duo
x illis, quos ſupra dixi, revenerunt cum
orcæi literis, quibus ſe cum exercitu ap-
ropinquare affirmabat. Ea fama hoſtes
xterriti, ſpecie obviam Gallis eundi, at re-
era receptui conſulentes Hericuriam ver-
ùs, & Bellifortium cum univerſis copiis
bierunt. Forcæus cum Cardinali Valet-
a, qui ei à Rege in conſilium, & cu-
ſtos additus erat, Ludera, ubi ſtativa ha-
buerat, Hericuriam verſus movit, parte
quitatus hoſtilis, quem in itinere obvium
abuerat, ad portas uſque Belfortii fugata,
& plerisquè in fuga trucidatis. Sæpè ex Lu-
dovico Campanæo, Suſæ Comite, quem
ſub id tempus Bourbonnæ Succeſſorem Rex

de-

dederat, audivi potuiſſe eo die, ſi c
exercitu, Hericuria Belfortium iram fu
univerſas hoſtium copias deleri. Qui g
mus in expeditione iſta Gallorum erro
Nam etſi Forcæus eum ſic excuſabat, q
exercitus Ludera Hericuriam, bidui iter
nocte confeciſſet, quodque ob com
tus defectum ultra progredi non potu
tamen hoc ipſum imprudentiæ plenum c
quod de adventu ejus, & annona pa
nemo nos præmonuerat. Et profecto b
ne cecidit, quod magnam farinæ copia
in promptu habebamus. Nam, qui He
rico exercitum ſequebantur commeatus
curia Gallorum à Croatis ſemel atque it
rum intercepti ſunt, ut omnino pereun
omnibus fuerit, niſi à nobis ſubventum
ſet. Subſtitit Forcæus Hericuriæ cum u
verſo exercitu integros decem dies, non
ne maximo noſtro incommodo. Non
tantummodo granaria noſtra exhauriebantur,
tur, ſed quicquid in pratis herbidum,
tumque in campis erat, à lixis, equiſque
demetebatur. VII. Id. Maji Cardinalem, &
Forcæum Hericuriæ ſalutavi, qui cum eo
ipſo tempore hoſtem Belfortio Lotharingiam
giam verſus abire allatum eſſet, eum è ve
ſtigio inſequendi conſilium cœperunt. In
co-

:onſpectum ſibi venerunt duo exercitus àd Meliſeam arcem, ubi 4. aut 5. dies tormenorum diſploſione, & levibus equitum veitátionibus exiguo utrinque damno transcti ſunt. Cum ſumma in utrisque caſtris nnonæ difficultas eſſet, primus Carolus)ux, quantum potuit ſecreto, impedimenis præmiſſis circa noctis initium Belfortium ediit. Galli de diſceſſu hoſtis alto jam ſoe certiores facti, ultimam aciem inter imedita ſylvarum aſſecuti 300. circiter pedies ceciderunt. Reliquæ copiæ Belfortium, k inde Rhenum verſus inoffenſum iter habuere. Interea Johannes Haſſiæ Landgraius, & Fecquierius 3000. equites Germaos adductos in vicinos nobis pagos diſtriuerunt. Ipſi cum Cardinali, Forcæo, Hebturno, cæterisque Ducibus XII. Cal. Jun. ivitatem ingreſſi ſunt. Vix credibile menoratu, quantum ab illa die laborum, viiliarum, & inquietudinis mihi adoleverit: Annonæ militaris, præterea tormentariæ ei procuratio, tantorum hoſpitum digne ractandorum cura, & inter hæc nunquam ntermiſſa civilium negotiorum ſolicitudo lies noctesque me exercebant. Sed præipuus, & cum præſenti exitio etiam fuuri pavor me affligebat, quod quicquid

mi-

miſeris agricolis ab hoſtis injuria ſupere... à noſtris æque raptari, quidquid fruge... principis horreis ſedulitas noſtra condide... conſumi, poſtremò arva adultis jam frugi... vaſtari, & equorum pabulo proſterni vid... bam. Quæ tamen omnia, quanquam acerbi... ſima, ſpe meliorum utcunquè tolerab... Non enim coram tantum, ſed pluribus e... tiam ad me ſcriptis mox omnia reſtitu... iri promittebat: (a) præterea niſi pulſis t... Rhenum hoſtibus, & Belfortio, unde q... tidianis excurſibus infeſtabamur, capto, m... nime regreſſurum in Franciam exerci... affirmabat. Quod quia tanti nominis Du... noſtriſque religionibus addictus, tam c... bro, tamque ſanctè teſtabatur, equidem d... fide promiſſorum minus dubitabam. Sed ſtatim conſtitit, Gallos vel inſita genti inco... ſtantia, vel quia illis nulla noſtri cura, (de... nique quod exercitui annona deficiebat,) ... Lotharingiam cogitare, properantius, qu... ex utilitate noſtra: quippe relictis, per q... bellum reſurgeret. Fama tamen ſpargeba... tur, Bellefortium cum recentibus copiis ... itinere eſſe, qui à Forcæo coepta perficer... Ne autem nihil omnino egiſſe viderem...

(...

(a) *In MSto deeſt nomen illius, qui id promittebat.*

nam Carolum Ducem audito Gallos ac-ceſſiſſe ſtatim rediturum minime dubitare debuerunt) Montiojam arcem, & Bruntrutum Epiſcopi Baſileenſis ſedem obſidere ſtatuerunt. Illam Sam — Bellomontius cum præſidio Lotharingico, hanc Burgundi tenebant, 15. dies in utriusque loci obſidio inſumti. In parte damnorum fuere 4. majora tormenta, imperitia eorum, qui globos æneos æquo majores adhibuerant, dirupta. In Montioja nullum pretium fuiſſe ipſi victores judicarunt, qui captam incenderunt. Itaque irritato verius, quam victo hoſte, & quod peſſimum erat, poſtquam nos omnibus in futurum ſubſidiis denudaſſent, & in extremas anguſtias conjeciſſent, VII. Id. Junij Cardinalis, & Forcæus cum exercitu, ægris, vulneratisque apud nos relictis, in Lotharingiam regreſſi ſunt. Et inde initia, cauſæque novis malis: quatriduo poſt eorum diſceſſum Belfortiani audaciores facti, Hericurienſium pecora abegerunt. Et mox Spiram, ac Germershemium à Cæſareanis captas, Heidelbergam obſideri, Norimbergam, Ulmamque, & Francofurtum ſupplices Cæſari factas, ſimulque ingentes copias Rheno propinquare nunciabatur. Quæ quanquam triſtia

erant,

erant, tamen propius malum urgebat ma-
ligna lues, quæ ardentiſſima febri præ-
dia perurens, omnes propè domos per-
gata, intra paucos dies certiſſimam ag-
perniciem afferebat. Medici exitiali ſi-
mulatione febrim appellabant. Quo ſi-
bat, ut nemo alterius occurſum, aut con-
tactum vitaret, indeque vis morbi in-
adeo ingraveſceret, ut jam peſtem eſſe
ipſi quidem negare potuerint. Id quoque
malum in parte Gallis acceptum refer-
Nam prima morbi ſemina, quos nobis a-
lictos fuiſſe, dixi, milites intulerant: qu-
ad cives, deinde ruſticos, arctiſſime ſim-
& incommodè degentes facile transibat.
Intendebant morbi ſævitiam hinc initio
Solis ardores, inde cœno, fimoque, & cæ-
teris immunditiis, quas confuſa militum,
civium, ruſticorum hominum denique
beſtiarumque multitudo congeſſerat,
oppletæ plateæ, quæ vix ulla cura, dili-
gentiaque purgàri potuerant. Hic quo-
que, ut ante, bellicis periculis ego cum
familia præſentiſſimam Numinis tutelam
ſenſi. Integros dies limina ædium, quas
tamen in arce inhabitabam, à diverſis ho-
minum generibus obſidebantur. Nam qui
matutinis horis Senatus apud me habeba-
tur,

tur, perpetuo atrium hominibus libellos ſupplices offerentibus, cauſarum patronis, eorumque clientibus plenum erat. Mox à prandio officiarii Principum noſtrorum, Magiſtratus oppidani, cæterique, queis aliqua pars, & cura Reipublicæ, privati denique pro ſuis quisque aut publicis negotiis per apertas fores, & invitantia limina ad me intrantes, uſque ad cœnæ horam, quam ſæpius in multam noctem differebam, audiebantur. Ea perpetua mihi, nec unquam intermiſſa conſuetudo fuit. Nec tamen ex tot mortalium, ex omnibus urbis angulis ad me confluentium conſuetudine, cum præterea domeſtici mei quotidie ob negotia familiaria totam civitatem perreptarent, quicquam unquam mali ego illive contraximus: quanquam in ipſa arce duo ex Comitis Suſæ domeſticis, & ex Principum noſtrorum miniſtris unus peſte extincti fuerint. Præterea Joeſſigi, quem noſti, uxor, quam marito abſente, in ipſas, quas incolebam ædes receperam, poſtquam ulcus peſtiferum uxori meæ contrectandum dedit, eadem, qua à me digreſſa eſt, nocte, diſceſſit. Alia, qua familiariter domeſtici mei utebantur, peſtem ſecum circumferens, cum neſcio cujus rei gratia uxoris fa-

mulas arceſſiſſet, unum ex liberis meis bimulum tunc, & ex febri decumbentem lecto extraxit, & ulnis ſuſceptum fere dimidiam horam circumgeſtavit. Poſtremo cum tabulæ teſtamentariæ in Senatu apertæ legerentur, unus ex teſtibus, qui ſignaverat, tum præſens ſubitò animi deliquio correptus, ingenti caſu in terram corruit, qui ab uxore mea, neſcio quibus medicamentis refocillatus, cum domum inde reverſus eſſet, intra quatriduum exſpiravit. Profecto CL. Berneggere, non caret miraculo, quod tot circa me jactis fulminibus, minime ambuſtus, & inter tot funera, quæ tota urbe plangebantur, ego prope ſolus, cum meis, communi malo exemptus fuerim. Quanquam in eo quoque evidentiſſime Numinis cura apparuit, quod neque medicus, neque chirurgus, neque miniſter, qui ægrotis ſolatia, ſacrumque viaticum præbebat, neque denique duo ex infima plebe homines, qui mortuorum cadavera domibus extracta, carroque impoſita, veſpillonibus tradebant, malo, quod alii nullis medicaminibus, nullaque cautione effugere potuerant, abrepti ſunt. Interea dum peſtis intra muros ſæviebat, erat quidem aliqua ab hoſtibus quies: Sed non ceſſabat nos fama

arro-

trocibus quôtidie nuntiis, horrore, minisque percellere. Egimus in ſubdola illa, dubiaque malacia uſque ad Decembr. cujus initio Coloredus cum aliquot legionibus in ditione Baſileenſis Epiſcopi, qua à noſtris finibus in Helvetios porrigitur, hoſpitia ſumſit; Spe concepta illis hybernis obſideri, premique nos poſſe: aut ſi occaſio ſe daret, inde Bruntrutum, & Mompelicardum aperta vi invaſurus. Verùm tentato fruſtra Bruntruto, ibique amiſſo Rauchhauperto, unius legionis præfecto, magni inter ſuos nominis, in hyberna regreſſus eſt, inſeſſis montium clauſtris, unde commeatus advehi nobis poterant, egeſtate ad deditionem ſubigi poſſe ſperans. Ita annus ille, & pars ſequentis usque in Majum, ingentia inter pericula, perquè varias terrorum imagines transacta. Præcipuè annonæ ſumma anguſtia nos premebat, cui tolerandæ, converſo in militum uſum omni Principum noſtrorum frumento, & poſtquam illud defecerat, pecunia, poſtremo ad perquiſitiones, & tributa, & quæ alia neceſſitate præſentium rerum, & inſtantibus curis tantum excuſantur, deſcenſum eſt. Cæterum fine menſis turbidis rumoribus, prorupiſſe Gallos, ac Burgundiam

rapi allatum eſt. Belli cauſa jactabatur, quod Burgundi hoſtes regis, ac præcipue Carolum Lotharingum milite, & commeatibus juviſſent; quodque Gaſtonem fratrem, dum aula abeſſet, pernicioſis conſiliis inſtruxiſſent. Subiit tunc animum meum arcana divinæ juſtitiæ veneratio: Quod vertente rerum vices fato pati malum, qui facere olim aſſueverant, cogerentur. Namque Burgundi ſuperiore anno depopulationem agrorum, & obſidium civitatis noſtræ, atquè adeò exitium noſtrum omnibus viribus procurarant. Vindicta huic bello à Gallis obtentui ſumta, ſed majoribus rebus via præſtruebatur, occupare Burgundiam, ac per hoc Hiſpanis aditus in Belgium, in Briſacenſibus commeatuum ſubvectionem intercipere, denique ſuis exercitibus cellam, & penum parare, hoſtibus famem, & inopiam relinquere. Et quo promtior eſſet Burgundiæ occupatio: miſſi cum validis copiis Bernardus Saxo, & Cardinalis Valetta, qui Gallaſium, quem cum exercitu Cæſariano auxilio venturum Burgundis minime dubitabatur, ad Rheni ripam diſtinerent. Magna erant, & omnino magnum rebus allatura momentum, quæ agitabantur: ſed quæ ſegnitia, ſocordia, & inſcitia

rei

rei militaris plane corrupta fuerunt. Quidam ex ignavia, & perfidia ſuſpectabant. Primo in eo peccatum, quod Gallos uni Polæ obſidioni intentos cætera omnia nota pariter, & occulta, fallebant. Non exploratoribus uti, nec in hoſtium conſilia inquirere, non equitatum coëuntibus Burgundionum ex tota provincia cœtibus immittere ſtudium ullum, aut cura erat. Primis diebus inſano tormentorum ſtrepitu cuncta reboabant. Mox cuniculis res tentata. Sed cum iſta non magis obſeſſorum animos, quam civitatis muros concuterent, continuo langueſcere Gallorum impetus, cunctaque remiſſius agi cœperunt. Et pulveris nitrati inopia laboratum, certa, conſtansque fama eſt. Imprudentia Condæi, & ignorantia rei militaris, an avaritia Millerarij, quem ad ſummam rei tormentariæ præfecturam Cardinalis Richelij cognatio ſubvexerat, tam pernitioſe erratum ſit, ut favor, aut odium fuit, varie vulgatum. Ego utrumque in cauſa fuiſſe crediderim. Interea hoſtium ignavia ſapienter uſi Burgundi ſolicitare Cæſarem, regemque ſuum, auxilia undique arceſſere, delectus provincialium habere, Caroli Lotharingi copias ſuis adjungere, poſtremo

mo nihil ad ſummam diligentiam intermittere, quod ad ſervandam patriam, & Polæ obſidionem ſolvendam pertineret. Sed non opus fuit tantarum virium paratu. Sufficit ille Exul Carolus, & cum Provinciali milite Vatevillius, Varambonusque, & ſola adventantium fama. Nam niſi cum extremo fugientium agmine nulla pugna fuit. Cæterum non ingratum Cæſari accidiſſe ajunt, turbari Burgundiam, ut ea occaſione negata ante exercitibus hoſpitia occuparet. Igitur non jam Gallaſius in gloriæ partem velut Burgundiæ neceſſarius, ſed in Burgundiam, tanquam copiis ſuis hybernandis neceſſariam adventabat. Ineptum eſſet tibi exponere, quæ ſub oculis civitatis veſtræ geſta ſunt: qua arte oppoſitos ſibi Bernardum Saxonem, & Cardinalem Valettam deluſerit, utque magnam exercitus partem Druſenhemij Rheno ſuperato Briſacum, & inde in Burgundiam dimiſerit: Gallis interim omnibus ignaris, falſoque pèrſuaſis, ſibi cum univerſo Cæſaris exercitu rem eſſe. Quod olim Hannibali Pœno eveniſſe legimus, qui cum ſibi Romanum exercitum oppoſitum putaret, paulo poſt magno ſuo cum luctu didicit, Claudium Neronem validiſſima parte copiarum

clam

iam è caſtris ſubducta Hasdrubali fratri obiam iviſſe, eumque victum occidiſſe. Primùm Exercitus Cæſariani agmen 3000. equiam Iſolanus, & Mercius ducebant: qui ridie Id. Auguſt. proxime civitatem noſtram tranſeuntes 4. aut 5. è præſidiariis um duobus civibus in proximis vineis deprehenſos occiderunt. Inſecutus eſt octiduo poſt Gallaſius totam molem belli, & viginti tormenta, quæ campeſtria vocant, poſt ſe trahens, ſed ob inſolitas pluvias, quæ fluviis, campisque unam faciem induerant, uſque ad Calend. Septembr. in pagis noſtris ſubſtitit, modeſtius, quam ut hoſtis videretur; nec enim cæde in agricolas, qui caſu quodam ruri deprehendebantur, nec flammis in tecta ſævitum. Attamen mora iſta, atque ædificiorum campeſtrium conſervatio, præterea Pola, Burgundiaque periculo exempta, poſtremo anni tempus, nondum adhuc in hyemem præceps, & bellicis laboribus aptum, metum nobis injecerunt, civitatis noſtræ obſidionem parari: quo tamen ubi in Burgundiam progredi exercitus cœpit, mox ſoluti ſuimus. Vix eo periculo defuncti novis rumoribus terrebamur, Butlerum, Sanmartinium, & Lambojum cum aliis copiis, magnoque

muralium tormentorum apparatu advenire, eosque in mandatis habere, dum Galli propriis defendendis diſtinerentur, Mompelicardum, & vicina oppida auxilio deſtituta capere. Verum hi quoque poſtquam in tranſitu Luderam irrito conatu tentaſſent, Gallaſium in Burgundiam ſequuti ſunt. At paulo poſt aliquot equitum turmæ remiſſæ; quæ Burgundico præditatui junctæ Luderam denuo aggreſſæ intra biduum ceperunt. Quo ſucceſſu inflati pridie Id. Octobr. Hericuriam verſus moverant. Sed præſidiariorum civiumque virtute, qui eruptione facta, 17. ex hoſtibus cum Soliſij tribuni legato primo impetu ceciderant, attoniti, cum præterea receptis imbribus vorticoſi amnes omnes late campos merſiſſent, incœpto deſtiterunt. Initio Novembris Gallaſium, poſtquam omnia cœpta in irritum cecidiſſent, amiſſis quoque ad S. Johannis oppidum plurimis ex ſuis, jam ſeneſcente exercitus ſui fama, de reditu cogitare allatum fuit: unde novi nobis exoriebantur metus, novaque animo obverſabantur pericula. Cæteri Duces, tribunique, ut rebus adverſis adſolet, improſperos ſucceſſus variis incertisque cauſis, etiam exercitus Imperatori, imputabant:

Ipſe

ſe cum alia, cum illud præcipue prætendebat, quod poſtrema acies cum majoribus tormentis tardius, quam conventum erat, ſecuta eſſet: quæ ſi in tempore adfuiſſent, Divionem aliasque urbes oppugnari, rapique potuiſſe; exiguis adhuc Francorum viribus, metuque conſternatis: Circa medium Novembrem univerſus exercitus unius tantum diei itinere Mombelicardo abfuit, anxiis ſuſpenſisque omnium animis, quonam iſta vis erumperet. Sed mox apparuit, nos peti, XII. Calend. Jan. hyeme ſæviſſima, cum agros glacies, glaciem nives premerent, cœlo & terris uniformibus, Mercius, Suyſiusque, & quod miraberis, ſcio, affinis meus, tuus olim contubernalis, Legionis Preinerianæ propræfectus, cum circiter 4000. equitibus, peditibusque & 6. tormentis Hericuriam obſederunt, Gallaſio terribiles vires ex propinquo oſtentante. Præſidiarii præter paucos cives, ſuperioris anni peſte ſuperſtites, non amplius 100. oppidum, & arcem defendebant, quibus Landus quidam, Legionis Dannevouſianæ centurio præerat. Inde ſuperbia & contemptu noſtri hoſtis non opere cingere oppidum, aut vallum ducere, non vel ſuggeſta fingendis tormentis extruere: Ut intra pilæ gran-

dioris jactum erant, protinus obverſa in murum diſplodebantur. Poſtremò impetu magis, quam veterani exercitus artibus cuncta agebantur. Sed ſtatim illos temeritatis ſuæ pœnituit. Nam primo ſtatim die præter alios, qui incautius acceſſerant, Centurionem Lotharingum Mauclerum amiſerant, & quanquam bidui ſpatio magnam ruinam feciſſent, tamen propius ſubire muros, aut expugnationem tentare non audebant. Igitur alium in locum translatis machinis, jam ſuggeſta erigere, ſeque vallo, ſudibusque immunire cœperunt. Interea quo obſeſſis animus adderetur, viſum Dannevouſio, novam hoſtium munitionem 120. peditibus, uti ex captivis cognoveramus, inſeſſam noctu adoriri. Id factum ea nocte, quæ VIII. Cal. Jan. præceſſit, eo ſucceſſu, ut præter 2. aut 3. qui ſe inde præcipites dederant, & in proximas ſylvas aufugerant, cæteri omnes, maximam partem gladiis, haſtisque confixi ſint, tanta celeritate, ut noſtri prius, quam equitatus hoſtium, ſuis ſuccurrere poſſet, jam prope Mompelicardum fuerint. Ex eo hoſtes indies magis magisque vallo & operi inſtare, nec amplius oppidum quatere. Munimentis intentos cætera negligere putabamus: at poſtea ex captivis inopia pulveris

labo-

porare reſcitum eſt. Interea ab exercitu a 3. tormenta advecta fuere. Ergo ipſis lendis Jan. duobus ex locis oppidum, & alio arx novem majoribus machinis uſque quartam poſt meridiem horam vehemen- ſime concuſſa fuit. Præcipuum obſeſſis rrorem faciebant ignita jacula formidandæ ſtitatis (quippe 100. librarum pondere ant) quæ tribus machinis in oppidum mittebantur. Sæva omnino tempeſtas, ua tanquam fulmine, quicquid obvium ercellebatur, aut disjiciebatur. Obſerva- erant obſeſſi, poſt diſploſionem tormen- orum denſam fumi nubem, omnem ſpa- ii, quod intra caſtra, & oppidi muros erat, onſpectum utrisque adimere. Unde ſpem oncepere, poſſe ſubita eruptione hoſtes deprehendi. Ergo dimiſſus per parvam por- tam, quæ in foſſam exibat, oppido Centu- rio cum 30. tantùm militibus, qui mani- bus, pedibusque reptantes occulti latebant, donec poſt tonitrua machinatum fumi vo- lumina ſurgerent; quibus innixi vel velut involuti cum hoſtibus frigore ſtupefactis ſuperveniſſent; aliquot occiſis, & reliquis in fugam conjectis ignem pulveri ſubjece- runt, & 4. tormenta clavis confixerunt, ea- dem celeritate regreſſi, qua venerant. Se-

quenti

quenti die creſcente noſtris audacia Breſſi
Chalandus, alter ex Centurionibus cum ;
item militibus egreſſus, recta ad locum
cuſtodesque tormentorum perrexit: q
ſive fatali ſocordia, ſive quod majores ad
vires crederent, ſive denique miſſili ig
quem noſtri manu jaculabantur, territi, ſ
tim loco ceſſerunt. Nec mora, ex oppi
viri, fœminæque, igne, facibusque in
cti, prorumpunt, & crates hoſtium, c
rasque munitiones disjectas incendunt. Q
inter cum Gallaſium cum exercitu Briſa
verſus movere, nec tamen obſidionem Ho
curiæ ſolvi videremus, de hoſtium per
cia Dannevouſius conjiciens 50. ſclop
rios obſeſſis ſubſidio miſit, & quia fr
inopia laborare dicebantur, molam m
nuariam in partes ſolutam 20. homines p
tarunt. Conſtantiane & fides noſtrorum,
an quod ſe quotidianis incurſibus Monpe
cardo infeſtari viderent, an denique Com
tis Grancæi, quem Ludovico Campano,
morbo apud nos extincto ſucceſſorem Re
dederat, adventus, pertinaciam hoſtium
fregerit, incertum eſt. Solverunt obſidio
nem XVI. Cal. Febr. noctu, & quod pavo
rem arguebat, ſine tympani, aut tubæ ſono.
Conſtat 27. diebus, quibus ſeſſum eſt ad

oppi-

oppidum, plus mille ducentos ex hoſtibus, gladio, fame, frigore periiſſe, aut ex caſtris fugiſſe. Namque omnibus viis literas ſparſeramus, quibus in Germaniam redire volentibus tranſitus per Mompelicardum, commeatus, & viaticum promittebatur. Ita Hericuria oppidum, nullius ante nominis, niſi quod aliquoties in Helveticis, & Burgundicis annalibus memoratur, virtute civium, & paucorum militum, ſed præcipue, divino defenſa præſidio nobis, ac toti viciniæ ſalutem, ac ſecuritatem peperit. Curæ Deo fuiſſe obſeſſorum tutelam, qui non minus in templis ſtationes, quam juxta muros, & portas excubias peragebant, preces, hymnosque Servatori fundentes, id præcipuum argumentum eſt, quod poſt primam muri ruinam obſtructam, novem tormentorum vis, nullam aliam poſtea fecerit, quodque toto obſidionis tempore, non niſi unum militem, & duas fœminas deſiderarunt, poſtremò quod 50. aut 60. ignita jacula, quorum, ut ſupra dixi, ſingula 100. pondo erant, plus terroris, quam damni intulerunt; unico tantummodo horreo incenſo, & ædibus aliquot à ſummo tecto, ad imum uſque, atque aliarum portis, feneſtris, parietibusque convulſis, aut

per-

perfractis. Habes CL. Bernegg. rerum bien
nii ſpatio apud nos geſtarum narrationem,
in qua id conſectatus ſum, ut fortunæ potius
meæ, quam Reipubl. imaginem tibi repræ
ſentarem : quorum illud familiari epiſtolæ
ſatis convenit, hoc autem hiſtoriæ, quam,
ut Ammianus noſter ait, non decet per igno
biles minutias produci, reſervandum d
Quod ſi ultra quæris, quo in ſtatu nunc ſi
res noſtræ? ſatin' tutæ? an eadem, quæ
ante, pericula? iidemque metus? Dicam
equidem uno verbo: Bello liberati latroci
niis affligimur. Eadem fabula, ſcena ta
tum mutata peragitur. Ante legitimi
hoſtis, & conflictus aliquis, aut obſidio,
nunc latrunculorum, ac prædonum manus
& ſubiti incurſus, ac pro milite ruſticus ca
ptus, aut abactus pecorum grex, denique
pro egregiis factis furta, triviorum, & famæ
materia ſunt. Interea fallendis miſeris ite
rum pacis, toties falſo promiſſæ, toties fru
ſtra ſperatæ mentio injicitur: Cui conficien
dæ Pontificem, Cæſarem, Reges, Coloniæ
convenire jactant. Quæ ut æquiſſima fue
rit, tamen ſera erit, poſt tot terris, popu
liſque ſolitudinem factam. Quanquam ego
quidem induci non poſſum, ut Germaniæ
Principibus honeſtam, aut exoptatam fore
credam.

:redam. Quid enim obſecro eſt, quod non
:um illis, ſed de illis agitur? quod non ut
œderati, nec ut belli pars, ſed ut cauſa
antum, & tanquam in belli pretium ceſſuri
abentur? quod in celeberrima Germaniæ
:ivitate de rebus Germaniæ cum Imperatore
olis externis negotium eſt, illis quorum
ræcipuè res agitur, niſi ſi qui obnoxii ſunt,
k ad omnia conniventes, excluſis. Nimi-
um non hic quæritur, an, ſed cui ſervien-
lum. Dominus quæritur: qui an unus Ger-
naniæ cuicunque ſervitio expoſitæ, (quippe
oli ſuperſunt, qui nec ferre ſervitutem, nec
ueri libertatem poſſunt) imponendus, an
elut in judicio familiæ erciſcundæ, plures;
Cæſar, & Reges ſtatuunt. Nec Suecis equi-
lem conſilium, & potentiam eſſe video,
am turpi conditione Germaniam liberandi;
uos hactenus, non ſuæ vires, ſed odium
rimò Auſtriacorum, dein Germanicus ſan-
guis, & Gallicum aurum provexere; quæ ſi
ubtraxeris, profectò apud ſe reputabunt,
ihil debilius eſſe, quam potentiam, non
ua vi nixam: adeoque præſentia dubiis, &
oneſtis anteponentes oblatam pacem, quam
ellum, & cedere, quam pelli, magis è re
ua judicabunt. Ego CL. Bernegg. inter
ſtos ruinam minitantes orbis fragores, duo-
bus

bus me velut fulcris ſuſtineo. Ante omnia animo penitus infixum habeo in hoc rerum universo, nihil ſine divina providentia gu. & æternæ legis imperio cuncta decurrere: Præeſſe, & intereſſe omnibus Deum, cui ... optima placere non poſſunt. Ipſe enim, ut eleganter Clem. Alexandr. ait: ὁ ὅλος ... ὅλος φῶς, ὅλος ὀφθαλμὸς, παντα ὁρῶν, παντα ἀκούων, παντα εἰδώς. Alterum, quod perpetuo mecum volvo, eſt, momentum eſſe quod hic vivitur: & aliam nobis patriam, aureas, ut Salvianus Maſſil. loquitur, ſupra omnes cœlos, ſanctorum domus, civitatem illam æternam, & permanentem, nullisque obnoxiam converſionibus: Et parum igitur referre, Gallus, an Hiſpanus, Tros, Rutulusve interim rerum potiatur. Quantum enim (verbis S. Auguſtini de Civitate Dei XVII. claudo) pertinet ad hanc vitam mortalium, quæ paucis diebus ducitur, & finitur, quid intereſt, ſub cujus imperio vivat homo moriturus, ſi illi, qui imperant, ad impia, & iniqua non cogant? Hæc ego mihi, hæc amicis ſæpe ingero, tibi autem nunc Cl. Berneggere, non ut doceam, (abſit temeritas,) ſed profectus mei in iſto Philoſophiæ genere ſpecimen. Vale. Mombelicardi Cal. Jul. A. cIↃ IↃ cxxxvii.

II. FORST-

II.
FORSTNERI
AD
BOECLERUM (*).

Johanni Henrico Bœclero,
Hiſtoriographo regio,
Salutem plurimam
Dicit
Chriſtophorus Forſtnerus.

QUinque & viginti annis, quod Mombeligardum me habet, novem, ex quo Dambenojanum rus meum eſt, ultra unam noctem in pago non pernoctavi: neque ruris delicias urbicis occupationibus impedito deguſtare unquam licuit. Sed cum nuper Princeps meus unum, qui ex quatuor ſolus domi ſupererat, filium in comitatu ſuo abduxiſſet, ne omnis anni labor meſſis tempore mihi periret, ſepoſitis pauliſper reipublicæ curis, privatæ rei dies aliquot impendere coactus fui. Novum jam

(*) Itidem è Celeb. D. Zeltneri apographo.

ſolem orientem cadentemque juxta civitatem video, neque tamen mei juris. Proſequuntur me, adeunt, compellantque quotidie non tantùm noſtri, ſed & ex viciniâ Burgundia, Briſaco, Baſilea, quibus aliquod nobiscum publicę, privatimque negotii eſt. Attuli mecum Hiſtoriam Cæſaream, opus, donumque tuum, cujus lectione profecto vehementer oblector: cum ab ipſa origine, verisque fontibus te narrationem deducere videam, hoc eſt: ab illis, qui ſuorum temporum res geſtas, aut paullo ſuperiorum literis mandarunt. Nihil enim in hiſtoria exploratum, certumque, ac indubitatum haberi debet, niſi quod illorum temporum auctores nobis tradiderunt, aut quod Principum, rerumque publicarum chartophylacia teſtes habet. Summam propterea profecto laudem meretur Cardinalis Baronius, niſi pro veris, & omni exceptione majoribus falſos ſæpenumero teſtes, & ſuppoſititias ſchedas, nulla fide dignas nobis obtruderet: præterea coactis, contortisque interpretationibus etiam fidorum teſtium dicta corrumperet: quod ab Iſaaco Caſaubono, Richardo Montacutio, M. Antonio de Dominis, & noviſſime Davide Blondello egregie demonſtratum

eſt.

eſt. Imitari illius laborem voluit in Germanicorum Cæſarum hiſtoria, amicus meus, Philippus Verburgius, homo germana fide, & moribus antiquis. Sed publicis occupationibus, & continuis legationibus diſtractus ſupra vires laborem cœptaſſe multis videtur. Abrahamus quoque Vicofortius, qui Electoris Brandemburgii negotia apud Regem Galliæ procurat, imperii Germanici hiſtoriam à Magno Carolo ad noſtra uſque tempora deductam moliri dicitur, de cujus inſtituto, ſucceſſuque poſteritas aliquando judicium feret. In tuo opere nihil non placet. Brevitas præcipue, & judicium: quorum illud lectorem juvat, hoc inſtruit: Vale Ampliſſime Vir, & cœptum feliciter laborem urge.

Dambenoji prid. Calend. Auguſti

CIↃ IↃ CLVI.

III.
THEOPHILI SPIZELI AD D.PHIL.JAC.SPENERUM (†)
Salutem, & Proſperitatem omnigenam!

Admodum Reverende, Ampliſſime, atque Excellentiſſime Vir, Fautor, Amice, & in Chriſto Frater honoratiſſime.

QUam primum nobilem tuam, ſummæque pietatis Zelo conſpicuam (quam Poſtillæ Arndianæ *præfixiſti*) præfationem, non fugitivo ſolum perluſtravi oculo, ſed debita mentis attentione à capite ad calcem uſque pellegi, inſignis cujusdam Medici partes à Te impletas deprehendi, qui cum de morbis graviſſimis agere ſtatuat, non univerſales ſolum & clariſſimas eorum aſſert ra-

---

(†) Hanc & ſequentes epiſtolas, cum à B. Spizelio, Theologo pientiſſimo, exaratas, tum ad eum ab aliis datas, ex ipſis autographis exhibeo. Eſt vero hæc reſponſoria ad illas B. Speneri literas, quæ in ejus Conſilior. & Judicior. Theolog. Latin. Parte III. p. 562. ſqq. extant.

ationes, atroceſque exponit cruciatus, verum etiam ea, quæ ad ægrorum ſalubritatem faciunt, remedia ſubminiſtrare conatur, qúum nulla pars magis expectari ſoleat, aut nihil prius medicina polliceatur: ita tu, virorum optime, poſt impenſam ſaluberrimam in excutiendis morborum noſtrorum periculoſiſſimorum ſeminariis operam, mediis egregiis damna ingentia prævertere, maleque habentibus (ſi modo peſſima eorum conditio permittat) priſtinam optatamque conciliare incolumitatem, divino fretus auxilio allaboraſti. Quandoquidem verò vix ullum ſit ſtudium, quod res Chriſtiano-Evangelica & tempora noſtra calamitoſiſſima magis efflagitent, inque multis aliis Theologiæ partibus ſatis ſit deſudatum, hic vero quædam tum dicenda reſtent, tum agenda etiam, denique vix ullum ſit argumentum, in quo verè, & ſincerè Θεοφιλὴς ſe & ſeculo hocce dignius operetur, quam quod moribus pravis emendandis, deploratisque animi morbis depellendis impenditur, ideo oblatam à Te provinciam eo ſuſcipere lubentius, atque tum de Morbis corpori ſacræ noſtræ publicæ rei apprime noxiis, tum de Remediis etiam Tecum mea communicare melete-

mata conſtitui, hac quidem vice (ne deli tos epiſtolæ limites exceſſiſſe videar) in pe veſtigando malorum morborumque tanti non omnium fonte, inque profluente hi unâ vel alterâ Vitiorum Politico-Eccleſi ſticorum palude oſtendendâ aliquam pô turus operam. Quem verò alium malo rum, à Te in laudata præfatione deplora rum, morborumque Fontem ſtatuam, quam horribilem mentium, etiam doctri nâ puriori imbutarum, etiam Dei & Eccle ſiæ miniſterio conſecratarum diſtractionem, & ab illo omnigenæ felicitatis fonte ad ne ſcio quas perforatas mundanæ vanitatis ci ſternas converſionem exitioſam, quâ occu pati plurimi, pietati ſinceræ ubique pone re obicem, variisque excitatis ſcandalis portas atque feneſtras magis magisque in gruenti malitiæ aperire neutiquam veren tur. Et cum neglecto, imò abjecto pro pemodum, interiori illo SS. Numinis cultu, plerique (cujuscunque ſtatûs, vel ordinis ſint,) de externo duntaxat Religionis ſche mate cuſtodiendo, vindicandoque ſint ſol liciti, hinc exiguam adeò veræ pietati pro pagandæ impendunt operam, culpa ſua ipſam provocantes Nemeſin, graviſſimisque calamitatibus puriorem Eccleſiam premen

tibus

tibus ſubminiſtrantes occaſionem. Haud abs re ſub initium præfationis Tuæ principem inter mala Eccleſiam noſtram infeſtantia locum aſſignaſti perſecutionibus, quibus elegantiſſima priſcæ pariter ac recentioris Eccleſiæ facies miſere fuerit conturbata. Quid ſi verò nobili quopiam documento oſtendam, easdem non niſi ipſorum orthodoxorum, & quod cumprimis lugendum, Doctorum etiam miniſtrorumque Eccleſiaſticorum culpa contigiſſe, & ab ipſo Numine irato tanquam debitas ſummæ tepiditatis malitiæque extremæ pœnas fuiſſe immiſſas. Audi, obſecro, Euſebium de palmaria perſecutionis gentilitiæ (quæ ævo ſuo Eccleſiam exercuit, graviſſimeque afflixit,) cauſa diſſerentem, & conquerentem lib. VIII. Hiſt. Eccleſ. c. 1. in hunc modum: *Cum ex nimia libertate in negligentiam ac deſidiam prolapſi eſſemus, cum alter alteri invidere, atque obtrectare cœpiſſet, cum inter nos quaſi bella inteſtina gereremus, verbis tanquam armis quibusdam hoſtilibus nos mutuo vulnerantes; cum ANTISTITES adverſus ANTISTITES, populi in populos colliſi, jurgia ac tumultus agitarent; denique cum fraus & ſimulatio ad ſummum malitiæ culmen adoleviſſet; tum DIVINA ULTIO le-*

vi brachio, ut ſolet, integro adhuc Eccleſiæ ſtatu, & fidelium turbis liberè convenientibus, ſenſim ac moderate in nos cœpit animadvertere, orſa primum perſecutione ab iis, qui militabant. Cum verò ſenſu omni deſtituti in placando DEI numine ne cogitaremus quidem, quin potius inſtar impiorum quorundam res humanas nulla ſollicitudine, ac providentia gubernari rati, alia quotidie crimina aliis adjiceremus: Cum Paſtores noſtri, ſpreta religionis regula, mutuis inter ſe contentionibus decertarent, nihil aliud, quam jurgia, minas, æmulationem, odia, ac mutuas inimicitias amplificare ſtudentes, Principatum quaſi tyrannidem quandam contentiſſime ſibi vindicantes: tunc demum juxtà dictum Hieremiæ: Obſcuravit Dominus in ira ſua filiam Sion, dejecit de cœlo gloriam Iſraël, nec recordatus eſt Scabelli pedum ſuorum, in die iræ ſuæ, ſubmerſit Dominus omnem decorem Iſraël, & macerias ejus omnes deſtruxit. Etc. Quid quæſo ſignificantius de prima perſecutionum, Eccleſiam etiam Evangelicam exercentium, origine poſſet enunciari? cui tantæ calamitatis; (quâ de tantopere Tu præfationis initio es conqueſtus,) cauſa jure potiori tribui atque imputari, prætereaquam pudendis illis vitioſisque humoribus,

qui-

bus priſcæ Eccleſiæ corpus ex Euſebii
icio tantopere fuit corruptum, ut non
extremis ſectionis & uſtionis remediis
ari potuerit. Et cum conſimilis plane
ϛεξια & κακοχυμια noſtræ Eccleſiæ corpus
tum non univerſum invaſerit, non mi-
imur, ſi Evangelicæ quoque Sionis glo-
magis obſcuretur, horrendumque novæ
jusdam ſectionis aut uſtionis per militan-
s immineat periculum, idque eò majus
gravius, quo magis (Te diſerte non mi-
s, quam prolixe in laud. præfat. oſten-
nte) omne caput noſtrum, h. e. ordo
oliticus, cæteris imperans membris, labo-
t, omne cor, (ſive ordo Eccleſiaſticus)
t languidum, à planta pedis uſque ad ver-
cem, h. e. in tota vita communi, vix
uicquàm ſani deprehenditur. Atque ut
e *Capite*, morbisque id ipſum infeſtanti-
us (Tua obſervaturus veſtigia) dicam ini-
io, profligata fere ſupremi Regis reveren-
ia atque authoritas, præpoſterusque fluxæ
oteſtatis amor deſideriumque effecit ha-
tenus, ut Procerum plerique, curam Re-
igionis ſanctæ, pietatis ſolidæ, curæ Re-
gionis poſthabentes, de illius incremento
emolumentoque parum aut nihil omnino
ſolliciti fuerint, ſolaque Religionis umbra

tituloque contenti, falſam ut plurimum religionis oſtentarint imaginem, ut hiſce luti retibus honores ac imperia, quorum ſitientiſſimi ſunt, aucupari poſſint, ii que (ut de ævi ſui politicis dicebat Julianus apud Socrat. lib. III. c. VI.) non Deum *ſed purpuram colentes*, huc uſque ani prodiderint à verâ pietate ſummè alieni Jeroboamicis ad hæc imbuti corruptis artibus, tantum non omnia divina pervertere, omnemque Religionem pro instrumento conſervandi ſtatum civilem habere, & ad impietatis ſuæ regulas conformare non dubitaverint. Vix majus in omnias malum, quam Principem hoc ipſo insignitum charactere, religionem non integro fideliqve animo amplectentem, ſed ſuis ſubjicientem libidinibus, ficte duxat & ſimulatè eam colentem, quatenus nimirum conſiliis ſuis utilem fore crediderit, tunc deſerturum & perſonam abjecturum, cum ſibi noxiam fore perſuaſerit, cum ingenti quidem Numinis injuria, ſed Reip. imo etiam Eccleſiæ totius pernicie. Etenim quid mentita illa religionis honeſtatisque ſimulatione peſtilentius, quæ praeter promiſcuam plebem ſæpè ipſi pietatis profeſſores, verbique divini præcones ſi

gr-

riſſimum inducantur errorem, imo pudo tandem gratiæ humanæ reſpectu facati, ab officii ſui ipſiusque pietatis ſca turpiter deficiant? Quid quod tepidi religionis chriſtianæ evangelicæque protores politici, pro plenaria ſua circa ſa-(uti quidem exiſtimant) poteſtate, ut rimum non alios ſacris admoveant miſteriis, præterquam SUI SIMILES, Deoe exoſos artium ſimulandi diſſimulandie illiberalium magiſtros, atque de hoinibus, (ut quidam diſerte profeſſus eſt) l STATUM aptioribus intrudendis labont unice. Quales obſecro ex hujusmodi orruptæ intentionis ſeminario fructus exectes, ſinceræ fidei profeſſione dignos? Quid mirum, quod carnali quodam reſpetu ad ſacra munia deſignati, omni fere leſtituantur Spiritu, ſatisque frigidè ſuo oficio fungantur? Si prava Parentum intentio (uti Tu ipſe quondam præclare per literas docuiſti) ſæpe impediat, quo minus filii ad ſacra adhibiti feliciori gaudeant ſucceſſu, quantam quæſo curſui evangelico remoram injiciet carnalis ille patronorum in deſignandis, eligendis, confirmandisque Doctoribus publicis reſpectus? Davum dixero, qui omnia in Eccleſia perturbet, lauda-

dabileſque bonorum fervidorumque p[illegible]
conum conatus opprimat, atque con[illegible]
Quoties Jaſones, à malis electi Princip[illegible]
irrita fecere cuncta piorum Sacerdotum [illegible]
ca pietatem propagandam conſilia, [illegible]
Regi gratificarentur magis, omnigen[illegible]
pietati aperuêre feneſtras, verbis etiam [illegible]
ſuaſionibus concitato ad propriam pe[illegible]
ciem populo? Ac licet frequens experie[illegible]
tia docuerit, quam male hactenus ortho-
doxis etiam ſuperioribus ceſſerint conſili[illegible]
à carnis profectâ prudentiâ, ut illa ipſa Ec-
cleſiæ non minus, quam Reipublicæ pern[illegible]
ciem attulerint, quæ antea veluti ſingula[illegible]
quædam adminicula plures ſunt admirat[illegible]
nihilominus tamen, de corrigenda emen-
dandaque prava, (qua de dixi,) intemtiu[illegible]
neutiquam illi fuerint ſolliciti, ſed denſio-
ribus magis magiſque imprudentiæ tenebris
involuti.

Fontem me nunc indigitaſſe non diffite-
beris, è quo innumera hactenus in utram-
que Rempublicam mala veluti fœtulentæ
paludes ſunt derivata, imo morborum pe-
ſtilentiſſimorum, (quibus corpus publicum
hucuſque laboravit,) ſeminarium fuiſſe ex-
cuſſum. Quod ſi verò de remediis, eo quo
par eſt ſtudio ſimul ſolliciti, operam cum-

primis

is nobis dandam eſſe advertamus, ne
bis ipſis duriora applicentur, neve per-
li illo elencho (quo unus duntaxat, al-
ue ſigillatim publicè corripitur) adhibi-
animi aliàs à pietate alieniſſimi magis
perentur, odioque inflammati, vehe-
ntiori pro ſua, qua pollent, poteſtate ex-
num pietati accerſant exitium. Nonne
giſtrâ experientia didicimus, hactenùs
ædificationem Eccleſiæ parum, multum
ò ad deſtructionem, & ſcandalizationem
feciſſe illos concionatores, qui Cymbam
icii elenchticam vix in altum provectam,
viſſimisque affectuum agitatam turbini-
s, extremo ſubmerſionis expoſuere pe-
ulo. Utinam inſigne B. Lutheri moni-
m ob oculos illi ſemper habuiſſent, quod
ud Portam in Paſtor. Luth. p. 219. & Ec-
rdum in Paſt. Conſc. p. 115. hiſce verbis
gitur expreſſum: *Es ſind viel geängſte und
nütze Prediger: auß denſelben ſind auch
eſe ein Stück, welche mit wolbedachten Wor-
n ihnen fürſezen, jezt dieſe, jezt jene zu
echen, und bald zu bekehren, da es dann
us wunderlichem rath Gottes geſchihet, daß
e nichts weniger ausrichten und ſchaffen; dann
ben, daſs ſie gedacht haben; dann der Menſch
üblet von Natur, daß das wort wieder und*

auf

*auf ihn mit liſt zugericht, und mit menſchli-
chem Koth beſchmeiſſt, darum hat er einen
und grauen dafür, und wird vielmehr er-
tert, dann daß er ſolte bekehret werden.*

Ille, ille cum maximo emolumento ſic reprehendet, qui DEVM ſibi & Chriſtianam in objurgando proponit charitatem, privatas non perſequitur inimicitias, ſed divino ardet amore, virtutumque comitatu circumſeptus iraſcitur. Tale fructuoſi monitoris exemplar cum ſingulæ præfationis Tuæ ſpirent paginæ, atque incomparabilem ſeveritatis ac charitatis mixturam exhibeant, dubium nullum eſt, quin plures (utinam omnium manus chartæ illæ inciderent!) ad frugem nobili adeò artificio ſis revocaturus, atque cœleſtis Regni procuraturus incrementum. Agerem nunc tecum de magis ſpecialibus remediis in laudata tua præfatione ampliori diſquiſitioni expoſitis, ni magis opportunæ occaſioni tanti momenti negotium duxiſſem reſervandum, atque indicato commonſtratoque illo malorum ſere omnium palmario fonte, (quod ſcil. profani, deque externo potius, quam interno cultu ſolliciti, artibusque Jeroboamicis imbuti principes, Rerumque publicarum gubernatores, ut plurimum ſui ſimiles gene-

rent

nt ſacrorum adminiſtros, defluentes totos terrena &c.) præſentes finire conſtituiſm. Nunc itaque Te Virorum pientiſſime pater ac cordatiſſime (Evangelici cujusdam SRÆ fungentem officio) divinæ protectionis alis etiam atque etiam commendo, à Deo calidis votis expeto, ut utiliſſimæ antationi ac rigationi Tuæ ex alto benedit, Eccleſiæque ſuæ emolumento longam ibi tribuat incolumitatem.

IV.

SPIZELII AD SPENERUM.

alutem & omnigenam à Jeſu BENEDICTIONEM.

ir admodum Reverende, Ampliſſime atque Excellentiſſime, Domine Fautor & in Chriſto Frater obſervandiſſime.

QUanquam ab aliquot annorum decurſo tempore meritò TE magnifecerim, tuaque omnia non exos ılatus modo ſim, verum altè etiam in ani

mum meum recondiderim; Attamen ex quo nuper Tecum in eadem palæſtra ſacri exerceri cœpi, egregiamque tuam & caſti affectus plenam legi relegique Epiſtolam, crevit admodum amor erga TE meus, & inenarrabili accenſus ſum TE porro compellandi deſiderio, ac licet Literæ Tuæ me langventem deprehenderint è gravi diutinaque pro noſtra Eccleſia ſollicitudine, ſimulque occupationes aliæ ex aliis ingruerint, non intermittendum tamen aut differendum diutius reputavi officium, quod præter amicitiæ amoriſque debiti legem, ipſa mihi pietas, juſtaque cura Eccleſiæ nobis impoſuit. Et cum Literæ tuæ non peculiarem modo ſpiraverint humanitatem, ſed candorem quoque incomparabilem velut in ſpeculo repræſentaverint, ego etiam quædam ſinceri pectoris ſpecimina jam duxi exhibenda. Sicuti autem rectiſſimè omnium Malorum primam ſcaturiginem Fidei appellaſti DEFECTUM, ita haud abs re innumera ordinis ſacri vitia atque ſcandala, quis & ſperatæ ædificationis interciſionem inde
„ hactenus promanaſſe reputaſti; quod non
„ omnes, imo vero multo pauciores ſint,
„ (quam plerique arbitrantur,) FIDELES,
„ qui paſcendis Chriſtianis cœtibus, præfi-

„cian-

iantur. „ Paradoxa ſane, ac fere incre-„
libilis hæc bonis quibusdam, (licet ſimpli-
ioribus) animis apparebit aſſertio, aſt ni-
nis (eheu!) vera cæteris, paulo accuratiori
tudio Rem ſacram (prout hodie paſſim ge-
itur) conſiderantibus videbitur. Quamvis
nim plurimi DEO & Eccleſiæ ſervitio con-
ecrati homines inſigni gaudeant Eruditio-
ie, exactâque articulorum FIDEI inſtru-
ti ſint cognitione, ipſa tamen FIDEI ſin-
eræ ac Pietatis praxi multos deſtitui, ex eo
olligere licet, quod non ad DEI ſolius glo-
iam & Eccleſiæ emolumentum, ſed tantùm
ropter honoris bonorumque temporalium
cquiſitionem, donorum oſtentationem,
altim Scientiæ ſuæ expletionem, Sacra tra-
tare ſoleant ſtudia, nec majori devotionis
nternæ affectu iis incumbant, quam pro-
anis aliis; imo vulgaribus etiam opificiis,
pro pane lucrando ſuſceptis atque exercitis:
Et cum de cognitione nudè ſpeculativa ple-
rumque ſint ſolliciti, ſæpè immoriantur
φυσικωτεροις, ſcholaſticis, philologis, hiſto-
ricis, antiquitatibus, ipſorum ſcilicet judi-
cio magis admirandis, & vanæ oſtentatio-
nis pabulis; Cæterum cognitione reflexivâ
& practica conſcientiæ admodum ſterili eos
præditos eſſe magis patebit, ſi caſus ſecten-

tur tantummodo ad externos mores, agenda Eccleſiaſtica, vulgares ceremonias, hominum canones & inſtituta, imò & ad carnis ſuæ titillationem, carnaliſque contentionis & oſtentationis puncta pertinentes; ſi etiam ſermones ſacros, judicia & deciſiones forment non tam liberas quàm ſerviles, verſatiles ad mundum & tempora inflexas, & proprio bono utili aut jucundo implexas & purpuratas. Neque verò FIDEI ſinceræ ſufficiens documentum tibi dare videbuntur, ſi orthodoxam doctrinam coram plebe magno profiteantur zèlo, tumultu, pompa, cum id ipſum duntaxat ad ambitionem, victoriam, proximi confuſionem & ſupplantationem, non ad ædificationem hominumque ſalutem fieri poſſe, imo fieri triſtis quandoque experientia teſtetur, doceatque, totam interdum veritatis aſſerendæ aut defendendæ ſcenam facilè mutari, ſi vel lucri bonus abſit odor, vel grave adſit periculum, aut in Eccleſia aut politia ex voto & ad palatum omnia ipſis non eveniant, ſicque Julianus ex verbi lectore & Evangelii profeſſore in ejuſdem irriſorem & hoſtem degeneret. Tales itaque ejuſque farinæ alios homines nunquam vere FIDELES fuiſſe veritati apprime eſſe conſentaneum, præſertim

tim ſi nullos etiam in tota vita ſinceræ fidei fructus protulerint, nullus pietatis veræ ſenſus corda ipſorum penetraſſe, ſenſus occupaſſe, corpora ſanctificaſſe deprehendatur; ſana item careant converſatione, & ſuavi ſacræ mutationis experientiâ, ſecum trahente piam de cavendis peccatis ſollicitudinem, atque ferventem omnigenæ virtutis dilectionem; totam denique vitam moresque ita perpoliente, ut ſpeculi non tantum reflectentis ſed & urentis ideam repræſentet. Nec minus de magno Fidei defectu illi redduntur ſuſpecti, ſi vere piorum ac fidelium, ſive paſtorum, ſive diſcipulorum vitam, converſationem, moresque egregios, non tantum non æſtiment, ſed etiam iis vehementi faſtidio, indignatione & plusquam Vatiniano odio adverſentur, illosque omni occaſione data ſuſurris, detractionibus, dicteriis, imò factis etiam illaudatis perſequantur; malintque aperte improbos, hypocritas item ferre ac tepidos, quam Chriſtiana fide, veraque pietate conſpicuos, quorum ſacrum bene vivendi ſtudium tanquam inutilem curioſitatem aut melancholicum delirium, aut hypocriſin & cerebri cordisque impotentiam explodere conantur. Sed & alia indicarem Defectus illius peſtiferi

ſigna & indicia, ſi minus Tibi, Vir & Amice magne forent perſpecta, & ni majus longe operæ pretium me facturum crederem, ſi de communis hujus mali primis incunabulis perveſtigandis Tecum ſim ſollicitus, pauloque perpendam accuratius, unde turpis ille defectus potiſſimum infelicem ſuam trahat originem? Præclara ſane illa ſunt, quæ Tibi, Vir venerande, inciderunt, remque acu tetigiſſe videre, dum pleriſque PARENTIBUS (haud pio zelo liberos ſuos ſtudiis ſacris admoventibus) culpam attribuiſti; Cùm enim carnalem eorum intentionem carnalis ſtudiorum morumque ratio vulgo excipere ſoleat, vix ulli ſpirituales ſincerique fructus, ab ejuſmodi non tam DEO & Eccleſiæ, quam propriis commodis conſecratis hominibus poterunt expectari. Utinam Chriſtiani Parentes laudatiſſimæ Monicæ premerent veſtigia, quæ, cum filium ſuum Auguſtinum utero geſtaret, votis ſæpius renovatis, eum religioni Chriſtianæ & divinæ gloriæ obſequio dedicabat; uti id ipſemet teſtatur, dicens, quod jam tum in utero Matris agens, Salem DEI deguſtavit. Sicut & Theodoretum, ſanctum illum Cyri Epiſcopum, à Matre DEO ante conceptum conſecratum fuiſſe accepimus. Et Bernar-

dum

dum ſtatim poſt partum maternis manibus Deo oblatum eſſe, vitæ ſcriptor perhibuit. Utinam, inquam, egregia hæc Parentes Chriſtiani premerent veſtigia, hincque fructus ventris ſui, etiam antequam in lucem edantur, Divinæ Majeſtati offerre diſcerent! Quamvis enim is quoque in Eccleſia priſca Magni Chryſoſtomi obtinuerit elogium, quem Mater Anthuſa omni conatu â ſacro revocare ſtudio tentavit (*), nec ſine lamentis ſeculo arctius implicare conſtituit; ſatis tamen conſtat, DEUM nullo non tempore ſacras filiorum oblationes benigne admiſiſſe, bonosque parentum affectus votaque calida ut plurimum exaudiviſſe, imo egregia ſemper Spiritus S. organa evaſiſſe eos, qui vel ante, vel ſtatim poſt conceptum DEO & Eccleſiæ commodis à Parentibus fidelibus ſunt conſecrati, inque ſalutari SS. Numinis timore feliciter educati. Quod ſi vero filiorum ad ſacra ſtudia manuductio propriis duntaxat Parentum nitatur commodis, atque teneris animis amor erga Theologiam, honorum aut bonorum temporalium reſpectu concilietur, tum etiam in

(*) Oratio Matris Anthuſæ, qua filium eſt allocuta, extat Tom. V. Opp. Chryſoſt. fol. 487. edit. Baſil.

ſcholis ſive privatis ſive publicis Sacra pe
ſanè tractentur, mirum non eſt, ſi poſt
pleraque (uti bene ſcribis,) non peſſi
alias procedentia, miſere corrumpan
atque (ut prophetica phraſi utar) *loco ...*
rum, ſeu bonorum fructuum *mera lab...*
proferantur. Quandoquidem vero me
quoque de miſeræ hujus corruptionis fo
ac plerarumque calamitatum Eccleſia
rum origine ſententiam expetiiſti, eam
ſimpliciter candideque exponam ac dec
rabo: Plurimum plerumque vitii in ipſa
ſacra Munera Vocatione, ipſaque Miniſ
rii collatione & acceptione hærere ex
„mo, „ dum humano potius favore (u
„ Gregorius M. Epiſt. Lib. IV. Ep. II. *loqu*
„tur,) quam divina gratia multi conſ
„quuntur ſacerdotia; & à quæſtu potius
„aut ambitione, quam à divinæ gloriæ ſt
„dio ſeſe invitari patiuntur. „ Qui licet
paulo meliores ſint iis, qui ejusmodi gra
dibus ſacrum conſcendunt locum, ut ma
gna inde ſcandala, graviaque Religioni
veræ præjudicia oriantur; attamen non
omni culpa iſtos quoque vacare inde patet,
quod oculos ab infinitæ Clementiæ, Divi
næque Majeſtatis throno averſos, in Homi
num potentiam atque auctoritatem conji

ciant,

nt, & Promotionis ſpe incitati, ſtudia, am, actionesque Patronis immolare, ſpreque Creatore, thura incendere creatuhaud vereantur. Anne obſecro à veatis tramite me aberrare crederes, ſi dam hanc, & Chriſtiano, ne dicam co ſacrato Homine prorſus indignam ololatriam, deploratæ corruptionis, omsque defectus ſpiritualis ſeminarium ancuparem? Cum id Hominum genus quod Spiritus divinus CURRENTIUM titu- Jer. XXIII. deſignavit) aut enormes uondam invexerit errores, aut Fidei & ietatis cauſam frigide admodum egerit, mo gregem univerſum turpiter interdum leceperit. Et quis non videt imprudentes, ne dicam excordes eſſe illós, quos ipſa ſacri Muneris difficultas non terreat, quos item voluptas potius propria, & carnalis aviditas, quam ſincera DEI & proximi charitas ad ſacra trahat pulpita? Quod ſi enim vero, tamque vehementi amore cœleſti eſſent præditi, ut pro SS. Numinis gloria & Eccleſiæ ædificatione maximos ſubire labores eſſent parati, id ſibi dictum putarent, quod olim Davidis filia, ſe furenter invadenti dixit Amnoni: 2. Sam. XIII. *Loquere ad Regem & me tibi non denegabit;* adeoque il-

illi animoſi, & præ concionandi deſiderio-
rè tabeſcentes homines demiſsè cum Rege
(cœleſti quidem non terreſtri) loquerentur,
qui pro benignitate ſua iis ſubveniret, &
deſiderata quoque clementer concederet;
imò ſi deinceps quoque cum Rege loque-
tur aſſidue, ſe totos ponant in oratione
nilque aggrediantur, quin dicendi agendi-
que ab immortali DEO primordia capiant
facilè ſperatæ ædificationis ſucceſſum im-
petrarent, quin eò fortiores & fructuo-
res evaderent, quo longiùs olim à promo-
tionis Eccleſiaſticæ deſiderio, & concionan-
di voluntate abſuerunt. Neque vero hæc
ita accipi velim, quaſi illicitum credam
omne pro vocatione Eccleſiaſtica conſe-
quendâ ſtudium, aut improbare velim ſa-
cram illam orexin, calculo Apoſtolico I. ad
Tim. III. 1. commendatam, ſed quod in-
dignum prorſus tam ſacro munere eſſe ex-
ſtimem irruere in domum DEI, haud rite
vocatum, cùm hoc quiſpiam ne in privati
cujusdam audeat ædibus, neque legationis
onera quispiam ſibi ſumat non miſſus à
Principe, imò quod projectum & temera-
rium eſſe putem, nimis facilem & avidum
ſe præbere in re tantą ſuſcipienda, tractan-
da, gerenda. Quod enim fretum tantos

ha-

ret fluctus & commutationes? Quem Eu-
pam huic Euripo comparares? Quæ cha-
rdis tam vorax? Quod item Mare tam fal-
l, infeſtum & ſcopuloſum? Quis itaque
e ingenti trepidatione & timore tantis
e committere auſit periculis, & magno
ſiderio imminentem expectare tempeſta-
m? Prudens certe Divini verbi buccina-
r idem de ſe ſentire ſolet, quod ſenſit Je-
mias, qui cum à DEO opt. max. ad eru-
endos rudes & ignaros populos legare-
ır, ſuam inſcitiam expoſuit, infantiam ex-
ıſavit, utque onus illud effugeret, pueri-
ter balbutivit. Quemadmodum & ma-
ime illuſtria priſcæ Eccleſiæ Luminaria,
ion niſi invita & coacta candelabris ſuis
unt impoſita; Patres, inquam, præcipuos,
ummos Dignitatum Eccleſiaſticarum gra-
lus omnino reluctantes conſecutos eſſe le-
gimus. Sic de Magno Baſilio Gregorius
Nazianzenus (*): *Non hanc poteſtatem*, ait,
*furatus, nec ea per vim potitus, nec honorem
perſecutus ſed ab honore quæſitus* &c. Et de
ſe ipſo (**) ad Cathedram Bizantinam vo-

(*) Orat. XX. in laud. Baſilii
(**) In carmin. de vita propria.

cato: — — — *Sacris me collocant hi ſu[illegible] dibus flentem gementem* — — —.

„Quam præclare autem (ſcribit idem Gregorius) nobiſcum ageretur, ſi idem [illegible]rum NOSTRARUM Status eſſet: Nunc [illegible]tem (notanter addit) periculum eſt, [illegible] ordo omnium ſanctiſſimus omnium [illegible]xime ſit ridiculus — — Antiſtes factus venitur, non elaboratus, ſed [illegible] quantum ad dignitatem ſimul ſatus & [illegible]tus, quemadmodum PoëtæGigantes [illegible]runt; Uno die ſanctos fingimus, [illegible] ſapientès & eruditos eſſe jubemus, [illegible] nihil didicerunt, nec ad ſacerdotium [illegible]quam prius contulerunt præter *Vel*[illegible].

Memorabilis ſane extat hanc in rem Imperialis ſanctio, Juris Cæſarei corpori inſerta, ita ſonans: *Tantum ab ambitu debet eſſe [illegible]poſitus antiſtes, ut quæratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat, ſola illi ſuffragetur neceſſitas excuſandi; profecto enim indignus eſt, niſi fuerit ordinatus invitus.* Et ex vetuſto Eccleſiæ ritu quisquis in Epiſcopum conſecrabatur, inter ipſa ſolennia rogatus à conſecrante; Num velit epiſcopari? Semel, iterum, tertio reſpondere debuit. *Nolo*, quæ reſponſio eò ſpectabat, ut invitum electum eſſe inde conſtaret,

quip-

nippe qui tanto oneri ſuſtinendo ſe impa-
rem, tanto muneri exercendo inidoneum,
nto honore indignum profeſſus fuerit, ne-
ue ſe ambitione inſtinctum, ſed Eccleſiæ
eceſſitate adactum indicaverit, qui mos
amen ab eo tempore omnino ceſſavit, quo
normes circa officiorum Eccleſiaſticorum
ollationem abuſus in Eccleſiam Chriſti ir-
epſere, ſanctaque miniſteria non homini-
bus ad ea idoneis demandata, ſed pro ſu-
periorum favore & lubitu, veluti præmia
unt diſtributa. Nimirum ſicuti (verba Pe-
ri Suavis adſcribo) primis Eccleſiæ tempo-
ribus perſonæ, quæ Eccleſiæ neceſſitati in-
ſervirent, eligebantur, ſic decurſu tempo-
poris, gradus dignitatis ſive emolumen-
tum, perſonæ qualitati fuerunt adaptata.
Non tamen ſine magno pietatis & optatæ
felicitatis detrimento ac diſpendio a mag-
nis Eccleſiæ Doctoribus deplorato. Quo-
rum etiam alius (puta Gregor. Naz. orat.
XX.) ſibi ex Epiſcopali cura totius vitæ
ſpiritualis & veræ philoſophiæ impedimen-
tum ſubortum eſſe indicavit; Alius (devo-
tiſſimus ſcil. Ephræm Syrus) ſimul ut in-
tellexit, quosdam ſibi ad gerendum Epiſco-
patum eſſe ſuffragatos, in forum curſitavit,
atque incompoſite incedendo, veſtem la-

ce-

vero jam Bernardi ætate, peſtis hæc tot cle-
ricorum invaſit animos, quid mirum dic-
„ero, quod grave & formidabile animarum
„regimen HODIE (*juxta Laur. Juſtiniani*
„querelam) à multis deſideratur, quæritur,
„emitur, & absque timore obtinetur,
„quia, quale ſit, ignoratur: Attendunt hu-
„jusmodi præſentia, nec futura proſpiciunt,
„magni æſtimant, ſi præponantur cæteris,
„ſi aliis imperent, ſi honoribus extollantur;
„attendunt, quid æſtimentur, non qui
„ſint, nec conſiderant ipſi, elatione tumi-
„di, mente cœcati, intentione corrupti,
„moribus perditi, quam ſit breve ipſorum
„gaudium, quam formidabilis ſtatus, quam
„fugitivi honores. Utinam id ſtudioſe con-
ſiderarent quicunque ardentius quam par
eſt ad Eccleſiaſtica officia obtinenda feru-
tur! Utinam in illa, quæ à DEO *ipſis* con-
ceſſa eſt, honoris ſorte acquieſcerent, nec
ad altiorem dignitatis locum feſtinabundi
properarent, quin potius inviti aut coacti
eò pervenirent! Ea ſiquidem ratione eoque
ſacro quaſi ſtrategemate, mala innumera,
quibus ultro currentes ſunt obnoxii, felici-
ter evitarent, ſcopumque præfixum multo
rectius attingerent. Quos enim æterna DEI
Sapientia ad *ejusmodi* gradus olim deſtina-
vit,

itæ hiſt. prolixe tradidit. Magnus item Auguſtinus tantopere ſubire reformidavit Epiſcopale onus, ut privatus exiſtens, caverit ingredi eas civitates, in quibus noſſet cathedram vacare, ne forte coactus ei præficeretur curaque oneraretur Epiſcopali; Et hoc (ait ipſe in Conf. ſerm. XLIX. de diverſ. c. 1.) agebam quantum poteram, ut in loco humili ſalvarer, ne in alto periclitarer. Quinimo nonnulli cum ipſo Bernardo ſacrum animarum regimen munusque Epiſcopale omnino detrectarunt, jamque ſuſceptum rurſus abdicare ſunt conati; non mirum ſane; *quid enim* (quærit Doctor quidam egregius) *eſt Epiſcopatus niſi cruciatus? quid aliud eſt hic honor, niſi onus? quid eſt hæc ſublimitas, niſi naufragoſa tempeſtas?* Sed appoſite Bernardus: *Non omnes* (ſcribit Epiſt. 42.) *capiunt verbum hoc; Multi alioqui non tantâ fiducia & alacritate currerent ad honores, ſi eſſe ſentirent & onera, gravari profecto metuerent, nec cum tanto labore & periculo quarumlibet affectarent infulas dignitatum. Cæterum* (pergit Bern.) *curritur in clero paſſim ab omni ætate & ordine, & doctis pariter & indoctis, ad Eccleſiaſticas curas, tanquam ſine curis jam quisquam victurus ſit, cum ad curas pervenerit.* Quandoquidem

ve-

in prima concoctione primave muneris ſa-
cri acceptione commiſſum, haud facile cor-
rigitur in ſequentibus, & quæ initio ca-
les Clericorum animos occupavit Ambi-
ſedem plerumque in iis figat ſtabilem,
maximeque impediat, quo minus illi
pioſos laborum ſuorum fructus conſeq-
tur. Plura nunc enumerarem veræ
ſinceræque Pietatis obſtacula, eaque re-
ferem, quæ in ipſius ſacri officii curſu
committantur ſive omittantur, non
multorum offendiculo plurima; ni alia
eſſent expedienda; atque Tua prius de
quoque malorum iliade cogitata accura-
ma perveſtiganda; Tua autem mihi jam
ploranda eſt humanitas, ut hæc mea me-
mata, diſcendi duntaxat amore tecum com-
municata, Sapientia Tua paſſim celebr-
emendare aut patientia inſigni tolerare
dedigneris. Vale. Scribebam Auguſtæ Vin-
delic. poſtr. Id. Jan. Ao. 1670.

Admodum Rev. Amplit. &
Excell. T.

obſervantiſſimus & obſtrictiſſimus
Th. Spizelius.

V. CARP.

V.
CARPZOVII
AD
SPIZELIUM.

Pacem, & Amorem
ſincerum!

Vir plur. Rever. atque Excellentiſſime, Domine, Amice, Fautor, Compater, & in Chriſto Frater, cum obſervantiâ colende.

ANnon verò nimium jam erat, quod pio voto honoratiſſimus frater tuus tuo nomine adjecerat mnemoſynon profilio Tuo aſſervandum, cum Tuas vices eum è ſacro baptismate ſuſcipiendo ſuſtineret? Quorſum ergo pretioſum illud conchylium, quod nuperè ſubmiſiſti? Nimis profectò prodigus es, &, pene dixiſſem, curatoris indigus, qui in eos tot munera effundis, quos nunquam Tibi ea relaturos noſti. Parce quæſo, Amice, neque me ſic in anguſtias poſthac redige, qui dicendis gratiis haud ſufficio, nedum reddendis. Cæterum, quicunque etiam ſit, qui his iterum nundinis opera Schikardi omnia meo

nomine in publicis iſtis tabulis promiſit, i me inſcio & invito egit. Applicare ad tali animum meum hoc tempore non poſſum. Interim gratiſſimâ mente exoſculor affectum tuum in Grotianarum Epiſtolarum communicatione denuo conſpicuum. Faxo, ne fruſtra illæ mecum communicatæ ſint, ſed in lucem tempore ſuo prodeant. Libros tuos, R. Samuelis Zaphenath paaneach, & Cappellani mare Rabbinicum, (quod pace tuâ fiat,.) nondum reddo: nondum enim ex voto iis frui licuit per innumera ad alia avocamenta. Reddam tamen gratus proxime. Mitto hîc quasdam nugas Hodegetico paterno additas, quas ridebis, certe ſcio. Addo ſpecimen Concordantiarum Lankiſianarum, nunc tandem hîc Lipſiæ imprimendarum, quæ res multùm temporis mihi devorat. Judicium de utroque ne reticeas, quæſo, ſerium. Dn. D. Speneri præfationem poſtillæ Arndianæ præfixam legeris. Magna molitur Vir optimus: ſanare ſauciam Eccleſiam noſtram, atque à morbis inteſtinis, quibuscum hactenus conflictatur, liberare. An Conſilia omnia fini apta, vel talia, ut dari effectui poſſint, dubitavi. Certe quidem, quam è I. Cor. XIV. comminiſcitur rationem conventuum Eccleſiaſtico-

icorum, quibus non unus verba faciat, quanquam & hanc omnino retentam cu-it,) ſed plures in medium ſententias in cclesia conferant, vix cum ſalute Eccle-iæ introducat aliquis. Quæ de Theologia x Taulero, Thoma à Kempis, Teutoni-a Theologia addiſcenda affert, non pro-em. Quæ poſcit à Profeſſoribus Academi-is, ea optari poſſunt, ſperari nequeunt. Hypotheſes de Judæorum futura catholicâ ſecundum quid) converſione, & lapſu il-luſtri Sedis Romanæ inſtanti, fundamentis nituntur parum firmis, h. e. Scripturæ locis, quorum aliam mentem nos Theologi noſtri docent. Dabit dies, quid profecturus eâ re ſit. Conatus interim, & intentio ſaltem bona non improbanda. Deus miſereatur ſuæ Eccleſiæ, & malis omnibus, adventu ſaltem ad judicium ultimo finem imponat. Vix enim meliora ante hunc in mundo ſpe-randa ſunt. Vale, Vir, & Compater hono-ratiſſime, cumque uxore tua abs nobis ſa-lutatus, vive quam feliciſſime.

Properabam. Lipſiæ d. 9. Maji 1675.

Tuæ plur. Rever. Excellentiæ

ad preces & ſtudia

L. Joh. Bened. Carpzov.

VI.
CARPZOVII
AD
SPIZELIUM.

Pacem, & Amorem ſincerum!

Vir admodum Reverende, CL. & Præcellentiſſime, Domine, Amice, Fautor, Compater, & in Chriſto Frater honoratiſſime.

HEſternâ demum veſperâ è prelo liberata eſt hæc horarum Lightfooti editio, quæ me his etiam nundinis præter ordinarias, easque, uti noſti, haud leves ſacræ functionis curas ſic tenuit, ut omne literarum commercium, quod mihi cum amicis eſt, in hunc differendum diem fuerit. Intra paucas hebdomadas volumen ſic ſatis grande excuſum eſt, tribus typographiis operas jungentibus: quæ res fecit, ut quotidie ferme ſex quaterniones forent calculandi: Atque iſte labor tempus aliis meditationibus præcluſit, iis quoque, quas communicatis abs te libellis tribuere decreveram.

ram. Eos ergo in ſecuturas nundinas adhuc mecum teneri, concedes: ſimulque brevitati meæ condonabis. Dominus *Spenerus* hactenus ad me aliquoties, & nunc quoque perſcripſit, miſſis ſimùl piis deſideriis ſeparatim in minori formâ recuſis. Conatum laudo, deſideriis vota jungo, ſed de ſucceſſu deſpero, ob deſperatam noviſſimorum temporum malitiam. Et rident Viri pientiſſimi laudatiſſimum inſtitutum quidam, qui Theologi audiunt, ſed mercenariam theologiam profeſſi. Fortaſſe iſtorum hominum mores in tuâ vitiorum literatorum decade ſuo merito traducuntur: labore uti non utilitate, ſic nec invidiâ carituro, ac odio. Sed aletheia victrix! Modò rem bene geras. Has horas, cum binis, quas adjeci, concionibus, boni conſule, ac vale cum Tuâ, abs meâ honoratiſſime ſalutatus.

Lipſiæ, d. 15. Octobr. 1675.

T. plur. Rev. CL.

ad preces & officia

L. Joh. Bened. Carpzov.

VII.
CHRISTOPHORI ARNOLDI AD SPIZELIUM.

Vir plurimum Reverende ac Celeberrime, Domine ac Frater in Chriſto Honoratiſſime.

TRiſtiſſimus certè caſus Domini Fabricii p. m. Paſtoris nempe mei, apoplexia in ipſo ſuggeſtu, *poſt* factum Exordium, lethaliter correpti (1), cum fatalia ſibi verba textus Syr. 37. 28. repetere fruſtrà tentaret, effecit, ut ad Tuas reſpondere, ſuperſederim: vices enim Concionatorias jam ſuſtineo, donec novus à Senatu noſtro ſucceſſor propediem conſtituatur. Notas in Ferrarii Proluſiones *de Infelicita-*

(1.) Contigit id Anno 1676. d. 26. Apr. Fuit autem ille Joannes Fabricius primum Profeſſor Theol. in Academia Altorfina & Eccleſiæ ibidem Diaconus, poſtea Paſtor ad B. Mariæ Noribergenſis, cujus vitam caſte & erudite, uti ſolet, deſcripſit Summe Vener. D. Zeltnerus in vitis Theologorum Altorfin. p. 285. ſqq. Filium habuit Celeberr. D. Joannem Fabricium, Theologum Helmſtadienſem, & Abbatem Regiæ Lutteræ, paucis abhinc annis mortalium cœtui ereptum.

tate literatorum prorſus ignoro, ac mi-
fabulatorem iſtum, qui vel ſinè num-
ılo, ſibi parato, hanc Tibi de me narra-
fabulam. Poſſent fortaſſis quædam à
e dici de fato *Magii* (2.) in Turcia, qui
tintinnabulis ſcripſit; de *Voſſii* filia (3) in
Oo 4 mari

(2.) Hieronymus Magius, Anglarienſis Hetruſcus, ir elegantiſſime doctus, à Venetis in Cyprum miſſus, cauſis militaribus dijudicandis ac moderandis præ- ſſet, occupata Famaguſta, à Turcis Conſtantinopo- m abductus inque carcerem detruſus fuit, in quo in- er mille moleſtias omni librorum ſubſidio deſtitutus c ſolius memoriæ præſidiis innixus bina opuſcula, ruditis valde probata, unum de tintinnabulis, de equu- eo alterum concinnavit. Cumque Imperatoris & Galliarum Regis ad Portam Ottomannicam Legatos, quibus illa dedicaverat Vir meliori ſorte longe digniſſi- mus enixe flagitaſſet, ut ſe è vinculis liberarent, præ- fectus carceri, memor damni, in Famaguſta ab ipſo pyrotechnicæ peritiſſimo Turcis illati, immiſſo in collum laqueo eum ſtrangulari juſſit die 27 Mart. A. 1572. vel 1573. vid. Bæl. Dictionar. Tom. III. f. 1848. ſq. & Celeb. Jo. Chriſt. Wolfii Carcerem Eru- ditorum Muſeum. p. 35. ſq.

(3.) Ipſa patris Gerardi Joann. Voſſii verba, quibus & laudibus filiæ, cui Corneliæ nomen erat, litat, & fatalem ejus mortem deſcribit, è litteris ad Jo. Meur- ſium A. 1638. exaratis, adducere operæ pretium eſt. *V. Kal. Febr. ipſa Gerardi mei natali amiſi ſuaviſſimam majorem natu filiam Corneliam, virginem ea pietate, mo- ribus illis, ac rei domeſticæ intelligentia & cura, illa, ut de Latina taceam, Gallicæ, Hiſpanicæ, Italicæ linguæ peri-*

mari Harlemico glacie, & undis ſubmerſ
patriſque ſolatio, à trutina mercato
ſumto; de infelici item conjugio (qu
co

peritia, illa notitia tum omnis generis muſices, tum & ca-lamo & penicillo pingendi, ut tot bonis boni Numinis gratia concurrentibus, omnibus fuerit admirationi, qui noſſent, fatendumque ſit, non eam profecto minus ſui ſexus laudibus excelluiſſe, quam ſui filiorum quos habui vel habeo quenquam. Quodque dolorem auget, ea mihi momento erepta, dum per glaciem rheda cum fratre Matthæo & ſorore Joanna, Illuſtriſſimique Polonici Legati filio ſibi mea commendato, nec non Ephoro ejus traha Leidam fertur. Non quidem quicquam imprudenter exiſtimo factum à meis, (ſiquidem ea craſſities glaciei erat, ut centena eodem tempore trahæ veherentur ſine periculi formidine,) ſed non impudens minus quam imprudens trahatorius, dum invitis ſeſſoribus prævertere vult antecedentes, ad latus, ubi piſcati antea fuerant, tenuique glacie aqua erat obducta, deflectens, omnes præcipitavit in aquas: unde prima quidem extracta Cornelia (heu nuper mea!) ſed jam terrore & caſu plane exanimata: cæteri vivi eduſti virtute potiſſimum, poſt Dei gratiam, Matthæi mei, qui ter in aquas inſiluit, non ſine magno ſui periculo, ut ſuccurreret alieno. Prope iſta Leidam contigere, qua occaſione filia eſt avito inlata ſepulchro. vid. G. J. Voſſii & Clar. Virorum ad eum Epiſtol. Part. I. p. 339. edit. Auguſtanæ cf. p. 345. ſq. Quam vero præclarum conſtantis in adverſis animi exemplum in filiæ exequiis præbuerit Voſſius, in vita ejus epiſtolis præmiſſa his inter alia verbis prædicatur: *Voſſius lectiſſima atque erudita filia Cornelia prope inclytam Leidam aquis hiberno frigore concretis fidem frangentibus miſerrime ſubmerſa iturus exequias, cum corpus humandum oſtendi ſibi peteret,*

aditis ut plurimum (4.) peculiare eſt,) *ſerii* (5.), *Miltoni* (6.), *Heerbordi* (7.):

, atque ægre ab amicis, quod crudum vulnus ſic refrigerari crederent, id obtineret, ubi vidiſſet, dictavit ipſe adſtantibus ſolatia, monuitque divinæ acquieſcendum eſſe voluntati, ac nihil fieri ἀλογον παρα τῳ λογῳ τῳ ἡμετερῳ, ἀνευ ἡμιν ὅλω φαινεται.

(4.) Extat Gottfr. Bœttneri diſſertatio de malis Eruditorum uxoribus, Lipſiæ A. 1705. publice ventilata. Conf. Clar. Jo. Ad. Bernhardi *Kurzgefaſte curieuſe Hiſtorie der Gelehrten p. 312. ſqq.*

(5.) De Henrico Uſſerio, Archiepiſcopo quondam Armachano & Hiberniæ Primate, cujus nepos fuit Jacobus Uſſerius, tot ſcriptis & meritis famigeratiſſimus, tradit Henricus Filz Simon, Jeſuita Hibernus, in Britannomach. Miniſtrorum Lib. III. Cap. VI. p. 348. ipſi uxorem multorum annorum elucubrationes contra Bellarminum extorſiſſe, conſecraſſeque Vulcano, dictitantem, iniquam futuram eſſe concertationem inter hominem prolibus & domeſticis curis gravatum, & hominem omnis ſæcularis ſolicitudinis expertem. Vid. Bælii Dictionar. Tom. IV. f. 2852.

(6.) Jo. Miltonus, ſcriptis ſuis pro Anglorum Regicidio famoſus, A. 1643. Mariam Powel matrimonii vinculo ſibi junxit, quæ vero mariti mox pertæſa ad lares paternos reverſa eſt, nec facile ad conjugem reditura videbatur. Is ergo, illa repudiata, nova jam ſponſalia cum virgine elegantis & ingenii & formæ celebraverat, emiſſo prius in lucem, ut hujus rei juſtitiam omnibus probatam daret, opere de Divortio: ſed ante nuptias illa ad ſaniorem mentem regreſſa, maritoque ſupplex facta, cum eo in gratiam rediit. Vid. Bælium, plenius hæc enarrantem in Diction. Tom. III. f. 1988.

(7.) De hoc vide, ſi lubet, quæ Tom. IX. p. 769. ſq. è B. Jo. Jac. Thurmii Diario itineris literarii diximus.

de *Barlæi* delirio melancholico (8.): de *V*[illegible]

(8.) Caſp. Barlæum, Virum cæteroquin ele[illegible]tiſſimum, fuiſſe melancholicum animoque inter[illegible] ægerrimum, ex ipſius confeſſione conſtat. Ita e[illegible] is in literis ad Petrum Cunæum Amſtel. XII. [illegible] A. 1632. datis, quæ inter Epiſtolas Celeberrim[illegible] Virorum è ſcriniis literariis Jani Brantii Amſtel[illegible] A. 1715. in 8. editis p. 118. habentur: *Haſce* [illegible] *mihi invito & jam prorſus inerti extorſit uxor. Tanta* [illegible] *jam animo meo inſedit triſtitia, ut pigeat & pudeat a*[illegible]*cos & nominis mei ſtudioſos reſcribere. Incidi miſer in* [illegible]*lancholiam, illa, qua ante annos IX. laboravi, multo gra*[illegible]*vem. Nimiis me primum ſtudiis fatigavi, hinc obſtru*[illegible]*nibus laborare cœpi, hinc quæ facilia ante, difficilia* [illegible] *ſunt, tandemque neſcio qua puſillanimitate cœpi mihi pr*[illegible]*ſus diffidere, ſenſique me imparem ferendo huic* [illegible] *Hac imaginatione obrutus jaceo, ſedeo, pene mutus & elinguis, excors prorſus. Et cum miſera familiæ meæ* [illegible] *animum ſubit, vix ſum meus. Ita qui fortunatiſſimus fu*[illegible] *jam miſerrimus mihi videor. Rationes, quibus me erig*[illegible] *etiam ſic a viris cordatis indies objiciuntur. Non ſum i*[illegible] *mi cognate, quem me arbitraris eſſe. Vana ac ſtolid*[illegible] *perſuaſione provinciam hanc ſuſcepi. Sentio aliud eſſe pri*[illegible]*vatim, aliud publice docere. Non eſt mihi ea animi pr*[illegible]*ſentia, cum publice docendum eſt, quæ adeſt privatim* [illegible]*centi. Quin tanto jam quoque metu obſeſſus ſum, ut* [illegible] *quidem ad privatam lectionem redire audeam. Valetu*[illegible] *afflictior eſt ex animi dolore, imaginationibus, etiam me*[illegible]*dicamentis. Somnus gravis & interruptus, totaque cor*[illegible]*poris œconomia turbata. Unicum ſupereſt præſidium in ſummi creatoris miſericordia & omnipotentia repoſitum. Is me alias ex ſimili malo expedivit, ſed lente. Scis enim morbos illos diuturniores eſſe.* De extremo autem ejus morbo & morte varii rumores ſparſi ſunt. Petro Bælio nonnulli retulere, eum ſe pro vitreo habuiſſe, atque adeo

lii apoſtaſia (9) multiplici ; de *Borelii*
ius , cujus ſplendidam mentionem facit
anæus in præfatione ad Rempublicam
Eb-

ieo veritum , ne ab appropinquantibus in fruſtula
mminueretur ; alii , eum hanc ſibimet perſuaſionem
duiſſe , eſſe ſe vel ſtramineum vel è butyro concinna-
um , atque hinc ignem ſollicite evitaſſe , ne forte ab
o conſumeretur. Sunt & , qui perhibeant , eum,
uod Spanhemius ipſi prælatus eſſet , in maniam, inci-
iſſe , ſeque in puteum dediſſe præcipitem. vid. Bæl.
Diction. T. I. f. 452.

(9.) Claruit ſuperiori ſæculo in Belgio Juſtus Von-
elius , maximi inter Poëtas Belgicos nominis Vir ,
iennio fere nonagenario major , cum fatis fungere-
ur , cui epitaphium valde honorificum , in B. Ben-
hemii *Holländiſchen Kirch - und Schulen-Staat* Part. II.
. 551. obvium , Petrus Francius ſcripſit. In Reli-
gionis autem negotio vir fuit Chamæleonte mutabi-
ior. Quum enim nativitate Anabaptiſta eſſet , in Ar-
minianorum deinde caſtra tranſiit , annisque jam in
ſenium vergentibus in Romanæ Eccleſiæ ſinum ſe re-
cepit. De illius poëmatibus judicium fertur in *Jour-
nal Literaire* Tom. III. Part. I. p. 195. ſqq. Ejus ve-
ro in religione inconſtantia ibidem p. 204. notatur ,
additurque : *M. Vondel avoit toûjours beaucoup de fer-
veur pour la Religion qui étoit en vogue chez lui : Il
étoit fort ignorant en matiere de Religion & par conſe-
quent fort paſſionné.* Tandem autem Reformatis ſe
aggregaſſe videtur. Sepultus enim eſt Amſtelodami
in novo Reformatorum Templo (*Nieuwe-Kerck,*) tu-
muloque hoc inſcriptum elogium :

VIr phœbo & MVſIs gratus VondeLIVs hIC eſt.

vid. Benthem. l. c. p. 550. coll. Part. I. p. 46. & 49.

Ebræorum (10.), fanaticiſmo, & perſpi[illegible] lis, & converſione Tatarorum; de *Swammer-damo* (11.) è grege Quackerorum, Amſte-lodamo nuper relicto, Piſas abeunte, a[illegible] amiciſſimum *Stenonem* ſuum; ut unà cum iſto papicola fiat. Verùm odioſa hæc ſunt, & ſeculum hoc ſuos patitur cenſores. Ca[illegible] legi etiam nonnulla, *de libris ex infan-*[illegible]

(10.) Invidenda certe ſunt elogia, quibus Petr. Cunæus Joannem Borelium, potentiſſimis tum Hollandiæ Ordinibus a ſecretis, in laudata præfatione affecit, inter cætera profeſſus, neminem ſe ſcire, in quo plus præſidii Hebraiſmus, quam in ipſo, habeat. Verum num in hunc ab Arnoldo dicta conveniant, ſubdubito. Forſitan Vir eruditiſſimus eum cum homo, quem Kœnigius in Bibliotheca ſua f. 125. [illegible] recte Abrahamum vocat, Boreel confudit, in Zelandia A. 1603. ex eadem forte ſtirpe natum, Hebraicæ linguæ ibidem gnariſſimum, qui, teſte Jo. Hoornbeeckio in ſumma Controverſ. Lib. VI. p. 429. [illegible] ratum moliebatur ab omnibus in Chriſtianismo Ecclefiis cœtum, ideo, quod putabat, Ecclefiam [illegible] nem Chriſtianam ab ævo Apoſtolico, quando [illegible] fuerunt doctores infallibiles, apoſtaticam eſſe. Vide de eo ejusque ſcriptis Sand. Biblioth. Anti-Trinit. p. 144. Benthem. l. c. P. I. p. 895. Hoornbeeckii Apologia pro Eccleſia Chriſtiana non apoſtatica, ipſius libro: *Ad Legem & Teſtimonium* &c. oppoſita, & Gotfr. Arnoldi Hæreſiologia Part. III. Cap. VI. §. 28. ſqq. f. 67. ſqq. ſed certi nil hic definire audeo.

(11.) Swammerdamum alium haud novi præter eum

o *quaſi natis* (12.) ſed ſus Minervam.
Wel-

m, quem Morhofius, utpote virum in indaganda mnium inſectorum natura admirabilem, maximis dibus cumulat in Polyh. Tom. II. Lib. II. Part. II. 471. Et hunc ipſum indigitaſſe Arnoldus mihi vi-tur ex iis, quæ ſumme Vener. D. Weiſmannus in iſtor. Eccleſiaſt. Part. II. p. 744. annotavit, ubi & ıædam de Nicolao Stenone dicuntur.

(12.) Argumentum hoc ſane non indignum foret, ıod plenius excuteretur. Campus hic pateret am-liſſimus, & occaſio eſſet diſſerendi de libris, quos aupertas, exilium, perſecutiones, bella, exauēto-ıtio, propinquorum obitus, morbi, bibliothecarum ıcendia, vincula aliaque adverſitatum genera pepe-ırunt. Nobis vero heic non licet eſſe adeo prolſ-is. Exempli tamen cauſa unicum duntaxat iſtius-ıodi librorum genus tangemus, memoraturi breviter onnullos eruditos, qui in captivitate vel in calami-tis ſolatium vel in ſui defenſionem quædam opera laborarunt. Reticebimus autem eos, quorum jam eminere Viri Doctiſſimi, Jo. Chriſtoph. Wolfius in ſin-ulari ac eleganti diſſertatione, quam *Carcerem Eru-itorum Muſeum* inſcripſit, Theodorus Cruſius *in* *Tergnügung müſſiger Stunden* Part. VI. Cap. I. D. J. A. 'abricius in Biblioth. Lat. Vol. III. p. 206. ſq. & D. :. A. Heumannus in egregiis notis ad Scævolæ Sam-narthani Elog. Lib. V. p. 263. En ergo tibi alios ab llis prætermiſſos. *Jo. Fritbus*, martyr Anglicanus, itpote religionis cauſa A. 1533. in cineres redactus, :um adhuc in vinculis haberetur, adverſus Thomam Morum contra corporalem Chriſti in ſacramento præ-ſentiam ſcripſit, licet catenis ita fuerit oneratus, ut vix commode ſedere potuerit. Succinctam libri epi-:omen dedit Gilbertus Burnetus in Hiſtoria Reforma-tio-

Welſchius noſter, uti valet? ſi me dias,

tionis Eccleſiæ Anglicanæ Vol. I. f. 97. edit. Genev. A. 1689. *Petri Brulii*, itidem ob religionem Tornaci A. 1545. combuſti, epiſtolas copioſas vinoque pro veritate Zelo refertas, quas in vinculis exaravit, Ludovicus Rabus in Martyrologio ſuo V. C. XXIV. f. 678. ſqq. ad poſteros tranſmiſit. *Fanninus Faventinus*, qui pariter fortiſſime pro Chriſto ad necem uſque dimicavit, in carcere præter alios libros de Dei attributis, duos de confeſſione, & tidem de characteribus, quibus fideles ab infidelibus optime diſcerni queant, conſcripſit, teſte eodem Rabo l. c. C. XXXII. f. m. 729. *Joannes Mollius* Ilcinus, qui & ipſe martyrii lauream adeptus eſt, ſer fœdi carceris ſqualores luculentum & pergium commentarium in Geneſin concinnavit. vid. l. C. XXXVI. f. 765. *Jo. Meſſenius Scandiam* illuſtratam in vicennali captivitate elaboravit. vid. *Burg.* Biblioth. Hiſtor. Cent. VI. p. 35. *Georgius* *mannus* publicum & perenne captivitatis ſuæ Ehrenbergicæ monumentum eſſe. voluit librum præ Norinb. A. 1632. in 8. h. t. editum : *Bibliſche Quell und Ehren-Cron uff Ehrnberg aus dem* *ſchen Paradiſsgarten zuſammen geflechten.* Simili bore carceris moleſtias lenivit *Franciſcus Encenas* ſpanus, de quo vide, ſi placet, ſæpe laudatum bum l. c. Cap. XXII. f. 670. *Jo. Nicolaus Mauro-* *datus*, Celſiſſimus Wallachiæ Princeps, ſuperioris belli Turcici tempore ab Auguſtiſſimi Imperatoris noſtri militibus in Tranſylvaniam abreptus, commentarium ſuum de Officiis Græco idiomate in captivitate tanquam per otium compoſuit, ac deinde libertate iterum donatus Bukureſtii A. 1720. typis in 4. excribendum curavit, recuſum poſtea Lipſiæ cum verſione

La-

eſt : τάχ' ἄνῥειον ἔσσετ' ἄμεινον! Rumor de
gina iſta, quæ in carceribus noſtris olim
bitavit, prorſus inanis fuit : In urbe no-
a nunc ancillatur, locum, nec animum
ttans ; qui libidinoſus eſt. Exemplum
putationis ſuæ Wagenſeilius, quem ob
rogavi, per alios jam miſit. Imaginem
iam, & oſculis, & gratiis dignam, lætus
cepi. Compiegnius, ex recutito dudùm
hriſtianus factus, & Pariſiis nunc degens;
ſignem, ac eruditum Car. de Veil com-
entariolum in Canticum Canticorum hoc
ino ibidem editum, mihi transmiſit; in
uo cum vitula Bocharti arat, ac longos
ːpè ſulcos ex illo ducit. Clariſſimi Reiſe-
ri

atina Viri Clar. Steph. Bergleri ſumtibus Thomæ
ritſchii. *Chriſtianus Democritus*, vel vero nomi-
e Jo. Conr. Dippelius in carcere Danico conſcripſit
Gedanken über Jac. *von* Melle Comm. de ſimulacris
ureis in Bornholmia inventis; *wie auch von dem in*
Jütland gefundenen güldenen Horn. Carceri natales
quoque ſuos debet Summa Colloquii Joannis Rainol-
di cum *Joanne Harto* de Capite & Fide Eccleſiæ,
Latine Henrico Parræo Gloceſtrienſi Epiſcopo inter-
prete Londini A. 1611. in fol. edita. Colloquium
enim illud cum Harto, familiæ Ignatianæ Sodali, eo
tempore habitum fuit, quo is in arce Londinenſi cap-
tivus tenebatur. Huc refer etiam *Ernſt Chriſtoph
Hochmanns von Hohenau Glaubens-Bekanntnuſs ge-
ſchrie-*

ri Bibliothecam Auguſtanam (13.) ære
libenter redimam : Scrutinium Tuum
deeſſe adhuc, video ; unà cum epiſtolâ
Meibomium. Alteram de Atheiſmo
dicando ad Reiſerum anno 1669. poſſ
quidem, ſed ſine Ejus diſquiſitione epi
lica, verùm unà cum literati homini
ceſſu. Hæc, inquam, incerto mihi c
cem figunt. His vale, Amicorum E
tiſſime, & in Tuis porrò habe

Norimb. d. 5. Maji.
1676.

C. Arnold
V. Qu

ſchrieben aus ſeinem Arreſt, *nebſt einer Rede an* ...
den A. 1703. *in* 12. nec non *Gotlieb Coberi V*...
Glocke, uti ex dedicatione Chriſto Servatori inſcrip-
ta videre eſt.

(13.) Innuitur hic Index Manuſcriptorum Biblio-
thecæ Auguſtanæ ab Antonio Reiſero A. 1675. in 4.
in lucem emiſſus cum duplici adpendice, quarum
prior eos auctores recenſet, quorum ſcripta pri...
ab inventione artis typographicæ annis ad initium-
que ſæculi XVI. ſunt impreſſa, poſterior eos, q
vel ortu vel officiô & munere publico Au-
guſtani in patria & alibi ſcripta publicarunt, item, q
partim manuſcriptos Codices e Bibliotheca edide-
runt, partim typis Auguſtanorum ſunt uſi.

V.

Quædam

D. BUXTORFII SECUNDI SIVE FILII AD THEOPH. SPIZELIUM

Epiſtolæ ex autographis.

I.

Vir Clariſſime, & Doctiſſime.

LIteræ tuæ, cum adjuncto munere literario de Re literaria Sinenſium (1.) recte mihi ſunt redditæ: Utrumque

P p quo

(1.) Theophili Spizelii de re literaria Sinenſium Commentarius, in quo Scripturæ pariter ac Philoſophiæ Sinicæ ſpecimina exhibentur, & cum aliarum gentium, præſertim Ægyptiorum, Græcorum, & Indorum reliquorum literis atque placitis conferuntur, Lugduni Batavorum typis A. 1660. in 12. exſcriptus eſt, cum auctor in itinere literario verſaretur. Exemplar illius inter reculas meas obſervationibus variis & non contemnendis ipſa Spizelii manu ornatum paſſimque emendatum me adſervare alibi jam dixi. Memorabile vero eſt ejus de ſuo hoc opuſculo judicium, quod in vita ſua à ſemetipſo conſcripta, & Memoriis Theolog. Pippingianis Decad. III. p. 363. ſqq. inſerta tulit, ingenue cenodoxiam ſuam mentemque laudis juſto appetentiorem, qua ductus & hunc libellum & Elevationem

quo minus exſpectatum, tantò fuit g[illegible] officium, ceu teſtimonium magni erga minem, nec notum, nec quicquam meritum, affectus. Ei ut reſpondeam mutuum amorem, quoad mea tem permittet, reponam, dabo operam. Qu vis plura fortè de me tibi pollicea quam ego præſtare poſſim. Pro erudi ſimo tuo de Sinenſibus ſcripto, quod donare voluiſti, habeo gratiam. De eo i dicare ſuperat meas vires, qui, ut verum ingenuè fatear, in his non ſum valdè ex citatus. Hebræi de rebus Indorum pa habent ἀξιομνημόνευτα: quæ recentiores illis ſcribunt, ex Græcis, & Latinis pla que ſunt excerpta, niſi quod illi his mul de ſuo affingant, de quodam nobis ign to Judæorum regno in illis terræ partibu Qui ex Gentilium Scriptoribus antiquis, Sa cri Codicis Hebræi integritatem impugna re, & falſi eum coarguere conantur, pro fanum ſuum produnt animum, quod non ma-

nem relationis Montezinianæ ſcripſerit, confeſſus L. p. 367. ſq. Ob hoc autem opuſculum & alia eruditio ſuæ ſpecimina, Lipſiæ antea jam edita, Spizelius inter eruditos præcoces referri meretur. vid. Jo. Kleſeld Bibliotheca eruditorum præcocium p. 359. ſqq.

gis vel fidei, vel authoritatis illius le-
oni tribuant, quam his. Quo nihil re-
s Sacris contumelioſius, & pernicioſius
cogitari poteſt. Quid hæc Criſis ſit pa-
ura, docebit tempus, & jam nunc docet,
um paſſim jam à Pontificiis varia in He-
æorum Codicum integritatem injuria, in
ublicum ſcripta evolant, Capellianæ Criticæ
rincipiis innixa. Abrahamus Ecchellen-
s Romæ edidit Catalogum librorum Syro-
um, tam Eccleſiaſticorum, quam profa-
orum, cujus author Hebed jeſu (2), lati-
à verſione à ſe donatum, & notis illuſtra-
um. Eum ego quidem nondùm nactus
um: ſed Pariſiis ad me ſcriptum, illum
mole quidem parvum, ſed grandiorum in
multos de literis Sacris bene meritos viros
maledictorum pondere eſſe graviſſimum,
(quos inter, nî fallor, Pater meus b. m.
& ego quoque ſumus) & totum Capel-
lianis principiis innixum, & Codicis He-
bræi authoritatem enervantem. Sic nuper
quidam Johannes Fronto, Gallus, profeſ-
ſione Canonicus Regularis, Epiſtolam edi-

 dit,

(2.) De Hebedjeſu nec non de Abrah. Ecchellenſi vid. Bælii Diction. P. I. f. 16. & P. II. f. 1045. & 1402.

dit, ad Illuſtriſſimum Harlæum, Rothomagenſem Archipræſulem de Scriptura, Eccleſia, fermento Moriniano & Capellano totam tumeſcentem. Rectam tamen mihi, Vir Præſtantiſſime, viam inſiſtere videris, qui Sacri Codicis authoritatem aſſerendam ſuſcipis. De loco Eſa. 49. 12. tua expoſitio mihi non diſplicet, ſed ... videtur: nihil cauſæ video, cur de ... nis explicetur. Affinitas nominis nimis infirmum eſt argumentum. Hebræi communiter de Meridionalibus exponunt populos, quia mentio Septentrionalium, & Occidentalium præcedit, Orientem vero intelligi volunt per מרחוק. Videatur Abarbanel. Kimchius tecum facit. Et accuratior totius loci Analyſis facile detegeret inutilitatem alterius expoſitionis. Neſcio, num etiam conſulueris in hoc tuo libro Claudii Dureti librum Gallicum, quem vocat *Threſor de l' Hiſtoire des Langues de ceſt Univers.*

(3.) Neutiquam videlicet cum illis fecit Spizelius, qui l. c. סינים pro Sinis accipiunt, ſed potius innui arbitratur poſteros חוינו, cujus mentio fit Gen. X. 17. in finibus Arabiæ habitantes, Hevæorumque vicinos, quos etiam novit Joſephus Antiqu. Lib. I. C. VII. vid. Comment. de re liter. Sinenſ. p. 6.

vers. In eo quædam etiam de Sinitis habet, & varios authores citat, quos neſcio an omnes videris. Quæ ſcripſiſti de conatu (4.) quorundam decem Tribus hæreditas inveniendi, atquè adeò oſtendendi, grata fuerunt. Miror non Judæos, quod illi his narrationibus fidēm habeant, (quod enim quisque optat, id facilè credit,) ſed Chriſtianos, qui hæc non tantùm ipſi credunt, ſed aliis etiam perſuadere conantur. Quos verò tu nominas, qui hâc de re ſcripſerint, eorum nullum ego

(4.) Aaron Levita, alias Antonius Montezinius, Luſitanus, in Indiis ſæculo ſuperiori medio peregrinatus, & hinc reverſus Amſtelodami Menaſſi ben Iſraël multa de decem tribubus Iſraëliticis adhuc in America ſuperſtitibus narravit, atque ſic occaſionem ipſi præbuit ſcribendi librum, cui titulum indidit *Spes Iſraëlis*, de quo vid. Celeb. Wolfii Bibliothec. Hebr. Part. I. p. 125. & 783. nec non Part. III. p. 707. Putidiſſimum vero hoc commentum confutavit B. Spizelius, in lucem Baſileæ A. 1661. in 8. emiſſa *Elevatione Relationis Montezinianæ de repertis in America tribubus Iſraëliticis, & Diſcuſſione argumentorum pro origine gentium Americanarum Iſraëlitica à Menaſſe Ben Iſrael in* מקוה ישראל *ſeu Spe Iſraëlis conquiſitorum*. Librum hunc dedicavit Buxtorfio & Jo. Henrico Hottingero, principibus ejus ævi philologis. Dedicationi

vidi. Scio Judæos omnia conquirere, & his omnibus, qui perſpicaciores ſunt, i certam fidem adhibent. Credo hæc ... à ſagacioribus inter eos ſpargi, ut plebem ſuam in fide, & ſpe Judaicâ tanto facilius contineant, & liberationem tantò patientius exſpectent. Aliqua hac de re etiam produxi in Præfatione Libri Coſri. Ego hæc omnia pro meris fabulis, & figmentis habeo, & vix digna, quibus legendis tempus aliquod tribuatur. Duabus illis Epiſtolis, quas in Præfatione Libri Coſri publicavi (ſ.) tertia adjuncta eſt de Regnis Judæorum, eorumque potentia, ſub Imp...

tioni autem adjecit Buxtorfii de Judaico iſto ... epiſtolam, A. 1661. menſe Febr. exaratam, cujus αὐτόγραφον itidem in manibus meis fuit.

(ſ.) Duas illas epiſtolas Buxtorfius decerpſit è libro Iſaaci filii Abrahami, nepotis Jehudæ Akriſch, cui titulus קול מבשר *Vox Evangeliſtæ*, easque cum verſione Latina præfationi Libri *Coſri* Baſileæ A. 1660. in 4. excuſi indidit. Prima à R. Chaſdai, filio Iſaaci ad Regem Coſræorum, altera eaque reſponſoria à Joſepho, Rege Togarmorum, ad Raf Chaſdai, Archimalotarcham, filium Iſaaci fil. Eſræ, Hiſpanum, ſcripta eſſe perhibetur. Utraque anilibus fabellis ſcatet, & glorioſum ſimulque in commentis fingendis fœcundum ingenium Judaicum, judice Buxtorfio, plus ſatis prodit.

rio Preſtegani. Sed ea mihi ita abſurda viſa ſunt, ut, cum maximè ad inſtitutum meum non fecerint, tum publicare erubuerim. Communicavi eam D. D. Hottingero, qui his de rebus ex profeſſo ſcribit. Quæ de Batavórum ſtudiis ſcripſiſti, ea grata fuerunt. De Michlol Jophi, jam ante audivi, à Judæo illo ipſo, qui eum edit. Jam diu eſt, quod David Kohen de Lara librorum illorum, de quibus ſcribis, edendorum ſpem fecit. Catalogum librorum Arabicorum D. Golii non vidi; ſed nec adeò curioſus hactenus in his fui, cum Linguæ Arabicæ peritiam mihi non vendicem. Undè non eſt, quod illo teipſum fortè prives, & mihi communices, cum tibi magis poſſit ſervire, quam mihi, niſi tamen reſiduum aliquod habeas, quo carere poſſis. Voſſius per me licet ut retineat ſuam ſententiam, me nunquam habebit ſibi ὁμόψηφον: & hæc ejus ſententia magna ex parte innititur principiis Capellianæ Criticæ. Prolixiorem equidem tua Epiſtola requireret reſponſoriam, ſed quia ſpem facis tui ad nos adventus, coràm facilius de ſingulis fuſius conferendi dabitur occaſio, ut & de aliis. Tabulam hujusmodi Sinitarum numeratoriam, qualem

exhibuiſti pag. 215. tui libelli, nuper
dimus apud Legatos Moſcovitarum,
tranſeuntes, qui eâ utebantur, ac pro-
ptiſſimè & expeditiſſimè quævis nomen
poterant. Sed deſino. Uti denuò Ti
pro amiciſſima hac compellatione tua g
tias habeo, ita viciſſim, quæcunque
grata à me proficiſci poſſunt, offero,
ſpondeo. Vale, Vir Doctiſſime. D
Baſil. 10. Novembr. 1660.

Tuus omni officio, & amor

Joh. Buxtorfius.

II.

Vir Clariſſime, & Doctiſſime

QUantas tibi pro eo, quem erg
me teſtaris, affectu debeam, ma-
lim reipſa, quam verbis, exprimere,
ſi modo mea tenuitas tale quid præ-
ſtare poſſit, & occaſio exoptata ſeſe offe-
rat. Nec ætas, nec otium, nec valetudo,
cum qua mihi perpetua lucta, mihi per-
mittunt eſſe verboſo. Pro transmiſſis Ca-
talogis librorum Orientalium iterum gra-
tias tibi me debere agnoſco. Gratum fuit
videre

re deſideratum Catalogum librorum
rum Hebed Jeſu, quod ejus deſideri-
mihi excitarint literæ Pariſienſium;
mvis in eo in me, vel Patrem me-
in ſpecie nihil reperiam, quod mihi bi-
, concitare poſſet. Quod Abrahamus il-
Ecchellenſis mavult de codicum Hebrai-
rum integritate Capelli, quam noſtrum
qui judicium, nec miror, nec indignor.
tea ſcivi, pleroſque Pontificios amba-
is manibus illam Criticam amplexuros,
eâ in rem ſuam uſuros. Ecchellenſis ille
t homo futilis, nullius ſolidæ eruditionis
propria lingua, nedum Hebraica, Thra-
glorioſus, vanus, adeoque etiam impro-
us, uti eum depingunt editis ſcriptis Va-
rianus de Flavigny Doctor Sorbonicus, &
Gabriel Sionita (1.) Cum talibus litem ini-
e, eſt cum muliere furioſa, & impudica
itigare. Plures hujusmodi fœtus pariet

(1.) Diſſidiorum inter Gabrielem Sionitam & Abrahamum Ecchellenſem eo tempore, quo Biblia Polyglotta Pariſienſia immenſis Michaëlis Jayi ſumptibus adornabantur, exortorum hiſtoriam fuſe & curate tradit Jacobus le Long in Bibliotheca Sacra Tom. I. f. 28. ſqq. edit. Pariſienſis recentiſſimæ. Pro Sionita ſtabat Flavignius & Banneretus; pro Ecchellenſi vero Joannes Morinus. Utrinque atrociſſimis convitiis res acta eſt.

bella illa Critica Salmurienſis. Dec[illegible] brum habeo ex prima editione. Si u[illegible] deſideras, commoda occaſione m[illegible] tam. Grandiuſculus enim eſt in 4. A[illegible] proprium deſideras, poterit, nî fallor, e[illegible] plar Genevâ haberi uſque ad nundin[illegible] gentinenſes, & quidem ex ſecunda ed[illegible] ne, quæ priore, quam ego habeo, c[illegible] ctior. Curabit id filius meus. Nov[illegible] los Authores de Iſraëlitis Americanis, antea ſcripſi, hactenus non vidi, nec [illegible] quam antea de illis audivi. Omnes illæ lationes, tam ſunt fabuloſæ, ut mirer, ter Chriſtianos eſſe, qui fidem illis ad[illegible] beat. Ille Author, quem ego in præfa[illegible] ne Coſræana produxi, omnes alias pro[illegible] tiis habet, exceptâ eâ, quam ipſe affert. [illegible] dæi communiter non magnam fidem i[illegible] adhibent, & fatentur, mirum eſſe his te[illegible] poribus, quibus omnia habitata loca Or[illegible] penetrantur à Chriſtianis, nihil de iis ad n[illegible] deferri. Coguntur credere, decem tribu[illegible] alicubi latere, quia & illarum reductionem & cum reliquis conjunctionem tempo[illegible] Meſſiæ futuram credunt. Coſroëm, cu[illegible] Ecchellenſis meminit, non puto eſſe eu[illegible] qui libro Coſri nomen dedit: quia depr[illegible] hendi, כוזר hîc ſumi non pro Nomine pr[illegible]

viri, ſed Regionis, ut in præfatione
ıi: & Rex ille aliud nomen habere
ıitur. Cæterum totum illum Catalo-
ı non adeo magni facio: Authores pu-
ıleroſque eſſe ſatis recentes, & eo tem-
e ſcriptos, quo Eccleſiam jam magna
erſtitio invaſit. Hoc etiam fine, & ſco-
ab Ecchellenſi eſt editus, ut ex eo Pon-
ciorum dogmata confirmentur, &, ut
ait, Hæretici convincantur. Quamvis
ılta etiam ab illis violenter detorquean-
:. Nomina Authorum videntur in Cata-
go: de illis vero judicare, quia iis deſti-
imur, eſt difficile. Ab hujuſmodi rabu-
ı eos ſinceros, & indelibatos expectare,
uſtra eſt. De his vero judicium permit-
ı iis, qui profundius quam ego in hæc ſtu-
ia Syriaca, & Arabica &c. ſe demittunt.
go plus ſatis negotii reperio in ſolis libris
Iebraicis, intra quorum fines ſubſiſto, vel
altem reliquarum linguarum Orientalium
ludium, extra ſacras literas extendere ope-
roſius, nec potui, nec volui. Occupor
nunc in paranda ad prelum nova editione
Synagogæ Judaicæ Patris mei, ſed, ad va-
rias virorum doctorum flagitationes, non
ſolum recenſitâ, ſed innumeris novis ac-
ceſſionibus ampliatâ, & locupletatâ; ſi mo-
do

do per vires, & valetudinem abſolve-
ceat. Quia video multorum manibus
quædam uberius explicanda, quædam
addenda duxi. Propediem prelo ſub-
tetur. His, vale, Vir Clariſſime, & me a-
re perge. Dab. Baſ. Kal. Decembr. A.
1660.

Tibi omni officio, & amo[re]

deditiſſimus

Johannes *Buxtorfius*.

III.

Vir Clariſſime, & Doctiſſi[me]

ITeratas tibi gratias debeo, non ſo[lum]
pro literis humaniſſimis, ſed & pro tra[ns]-
miſſo & communicato illo programma[te]
Nihuſii, Apoſtatæ & Thraſonis impude[n]-
tis. Quid de conſenſu Eccleſiarum *Orien*-
talium in Dogmaticis ſtatuendum ſit, e[go]
non habeo dicere, qui pauciſſimos Chri-
ſtianorum Orientalium libros vidi: quos
vidi, in illis deprehendi in *nonnullis* con-
ſenſum cum noſtris Eccleſiis, in *aliis* diſſen-
ſum, & fermentum Pontificium *redolen*-

tia.

videre deſideratum Catalogum librorum Syrorum Hebed Jeſu, quod ejus deſiderium mihi excitarint literæ Pariſienſium; quamvis in eo in me, vel Patrem meum in ſpecie nihil reperiam, quod mihi bilem concitare poſſet. Quod Abrahamus ille Ecchellenſis mavult de codicum Hebraicorum integritate Capelli, quam noſtrum ſequi judicium, nec miror, nec indignor. Antea ſcivi, pleroſque Pontificios ambabus manibus illam Criticam amplexuros, & eâ in rem ſuam uſuros. Ecchellenſis ille eſt homo futilis, nullius ſolidæ eruditionis in propria lingua, nedum Hebraica, Thraſo glorioſus, vanus, adeoque etiam improbus, uti eum depingunt editis ſcriptis Valerianus de Flavigny Doctor Sorbonicus, & Gabriel Sionita (1.) Cum talibus litem inire, eſt cum muliere furioſa, & impudica litigare. Plures hujusmodi fœtus pariet

(1.) Diffidiorum inter Gabrielem Sionitam & Abrahamum Ecchellenſem eo tempore, quo Biblia Polyglotta Pariſienſia immenſis Michaëlis Jayi ſumptibus adornabantur, exortorum hiſtoriam fuſe & curate tradit Jacobus le Long in Bibliotheca Sacra Tom. I. f. 28. ſqq. edit. Pariſienſis recentiſſimæ. Pro Sionita ſtabat Flavignius & Banneretus, pro Ecchellenſi vero Joannes Morinus. Utrinque atrociſſimis convitiis res acta eſt.

Ligthfoothi. Quod ad Samuelem Me-
tinet, annus eſt, ex quo primùm a-
ſcripſit Auguſtâ vindelicorum. Glo-
de multis à ſe conſcriptis libris; qui
ſint, neſcio. Cabalæ inprimis jacta-
tiam. Natione eſt ex Comitatu Ty-
ſi, ex nota & inter Judæos celebri fa-
In re etiam ibi lauta fuit: Cur illum
mitatum ita nudus deſeruerit, & om-
deſtitutus mediis, ipſe enarrat. Lites
nas habuit cum Fratre ob hæreditatem
ternam ampliſſimam. Quo animo C
ſtianam religionem ſit amplexus, a
Chriſti amore, vel fratrum Judæorum o
neſcio. Ore eum profitetur, ſed circ
tiſſimum tergiverſatur, prætendens, ſe
prius eum ſuſcepturum, quam Judæ
falſa ipſorum dogmata refutârit. Qu
doctrinam & eruditionem ejus, certum
illum & Linguæ Hebrææ, & rerum Ju-
carum eſſe peritiſſimum, ſed ineptum
eam docendam. De fundamentis Gram-
ticis nihil novit, elegantiſſimas autem,
eruditas ſcribit Epiſtolas Hebraicas. Vi-
tur autem mihi, tum ex nimiis ſtudiis, n
ex litibus illis cum fratre, & perſecutio-
bus, de quibus conqueritur, deliquiu
aliquod mentis pati. Quæ jactat, omni

magna

prio viri, ſed Regionis, ut in præfatione docui: & Rex ille aliud nomen habere ſcribitur. Cæterum totum illum Catalogum non adeo magni facio: Authores puto pleroſque eſſe ſatis recentes, & eo tempore ſcriptos, quo Eccleſiam jam magna ſuperſtitio invaſit. Hoc etiam fine, & ſcopo ab Ecchellenſi eſt editus, ut ex eo Pontificiorum dogmata confirmentur, &, ut ille ait, Hæretici convincantur. Quamvis multa etiam ab illis violenter detorqueantur. Nomina Authorum videntur in Catalogo: de illis vero judicare, quia iis deſtituimur, eſt difficile. Ab hujusmodi rabulis eos ſinceros, & indelibatos expectare, fruſtra eſt. De his vero judicium permitto iis, qui profundius quam ego in hæc ſtudia Syriaca, & Arabica &c. ſe demittunt. Ego plus ſatis negotii reperio in ſolis libris Hebraicis, intra quorum fines ſubſiſto, vel ſaltem reliquarum linguarum Orientalium ſtudium, extra ſacras literas extendere operoſius, nec potui, nec volui. Occupor nunc in paranda ad prelum nova editione Synagogæ Judaicæ Patris mei, ſed, ad varias virorum doctorum flagitationes, non ſolum recenſitâ, ſed innumeris novis acceſſionibus ampliatâ, & locupletatâ; ſi modo

tandem prorſus mentis fiat impa
vice propter varias diſtractiones p
licet. Quæ de decem deperditis T
Iſraëliticis colligis, & meditaris, &
aliis viſu ac lectu grata & *jucunda* fu
ra. Non eſt autem opus, ut aliqu
huc ad me mittas, cum *ſpem* facis
tus tui & alloquii : maxime cum
ter valetudinis curam, etiam aliis l
abſtrahar. Miror, illorum, quo
hoc argumento mentionem facis,
ctenus huc allatum eſſe. *Vale Vir* do
& me ama.

Dabam Baſil. 15. Decemb. A. 1660

Tibi omni officio, hon
& amore

addictiſſimus

Joh. Buxtorfius.

Rogo, Samueli Mey præſens tradi
epiſtolium.

IV.

Vir Clariſſime, & Doctiſſime

QUod eas, quas D. Carpzovio *inſcript*
tuæ curæ committere auſus ſum,
bea

tia. Neſcio etiam cujus antiquitatis, vel fidei ſint ſinguli. Animadverti etiam ex verſionibus Biblicorum librorum in quibusdam libris Biblicis, illos plerumque cum LXX. interpretibus ſæpius quam cum Textu Hebræo convenire. Non dubito, ſi nimium de illorum conſenſu velimus gloriari, quin Ecchellenſis, & ejus ſimiles, multum ſint nobis facturi negotii. Quantum illis tribuendum ſit fidei, etiam inde mihi ſuſpectum, quod, ut à fide dignis accepi, & qui illas regiones ex parte peragrarunt, incredibilis inter eos regnet ignorantia in rebus fidei. Fieri etiam poteſt, ut Pontificii multùm in illis regionibus invexerint ſuperſtitionis. Sed hæc illis relinquo, qui illarum linguarum, & rerum Orientalium ſunt peritiores. D. Hottingerus hîc regnat, & ſuâ tum peritia, tum diligentiâ, & indefatigabili φιλοπονίᾳ multum præſtare poteſt. Pro Dureto filius meus jam Genevam ſcripſit, ſi illic adhuc proſtent exemplaria, accipiet unum, & alterum, ut & Frontonis Epiſtolam, quam tamen puto vix ibi repertum iri, ſed Lutetiis quærendam eſſe. Edowardi Leighi Criticam Sacram non vidi, nec de eâ audivi. His nundinis accepi Horas Talmudicas Ligth-

ſo expiſcare, & jube illos tibi mo[...]
Quæ de Teraphim dicit &c. ea hab[...]
ſomnio. Miſer eſt, nec ſcio, quid [...]
ſit facturus. Quæ de animadverſion[...]
D. Hottingeri Theſaurum *Philolo*[...]
ſcribit, meræ ſunt offuciæ, & homin[...]
ſatis ſani indicia. Diſplicet, quod [...]
ſtianismum non tam amore Chriſti, [...]
odio Judæorum amplectatur. De te[...]
nio nuper ei ſcripſi, me non poſſe *ipſ*[...]
ficari. Cauſas diſertè addidi, ut me[...]
meam potuerit intelligere; nec ſcio, [...]
jam poſſim addere. Si tuum propo[...]
de Hiſtoria decem tribuum deperdit[...]
quâ in re juvare poſſim, conferam lub[...]
quicquid vel à me, vel ex mea Biblio[...]
proficiſci poteſt. Si prius eam non pu[...]
juris facere decreveris, quam huc ven[...]
ipſemet videbis, an mea opera tibi p[...]
eſſe hanc ad rem uſui.

Quod ad Inſcriptionem Americanam (2.)
transmiſſam attinet, nihil eâ eſt inſulſi[...]
Si Hebraica, inſulſa eſt interpretatio Me-
naſſis,

Vener. Wolfius in Biblioth. Hebr. Vol. II. p. 1274 [...]
& Vol. III. p. 1179.

(2.) Vid. Spizelii Elevationem Relationis Monte-
[...]næ. p. 68. ſqq.

magnam præ ſe ferunt vanitatem. Glorioſus eſt, ut Judæi omnes, maxime cum, inter Judæos vivens, magno in honore fuerit habitus, & ſplendidè vixerit ſemper. Bonis conſiliis non obtemperat. Quæ de Lugdunenſibus gloriatur, neſcio quo fundamento nitantur. Sunt Leydæ jam Abendanæ, & David Kohen de Lara, quibus erit ludibrio. Cerebrum habet confuſum, & heteroclitum. Hîc quosdam ſtudioſos cœpit informare in linguâ Hebraicâ, per non multos dies, idque meo ſcitu, & ſuaſu: poſtea gloriatus eſt, ſe illos tam brevi temporis ſpatio abſolviſſe, & à me Profeſſorem factum eſſe, eoque nomine petit ſibi dari teſtimonium. Delirium eſt hominis, cujus me miſeret. Si quis eo uti vellet, ad legendos & exponendos libros Rabbinicos & Talmudicos, in his poſſet alicui eſſe uſui. Neſcio, quid tandem de illo ſit futurum. Monui ipſum aliquoties, ſi ſeriò Chriſtianam religionem profiteatur, ut alicubi ſe baptizari curet, tunc futurum, ut tantò major fides ipſi habeatur, ſi non, ſuſpectam fore profeſſionem, ſed fruſtra. Vix ad Judæos revertetur: quomodò inter Chriſtianos, ſeu quibus mediis ſit victurus, etiam non video. Deus ipſi det ſanam mentem. Vereor ne

tandem

illas alicubi eſſe ſuperſtites, quæ ... fluctuante. Contuli aliquando eâ de ... Rabbino Judæo, qui, poſt multa ... eò devenit, ut diceret, licet ipſi ho... rent, tamen Deum, qui per Ezech. T... conjunctionem promiſit, ſciturum, q... do, vel undè eas velit reducere. Sc... nunc non licet. Vale, Vir Clariſſime, ... ama. Baſ. 11. Jun. 1661.

Tuus omni amore, & o...
Joh. Buxtorffius.

V.

Reverende, & Clariſſime V...
Amice honorande.

CUm præſentium exhibitor, Juvenis ... neſtiſſimus è noſtratibus mihi ſign... ret, ſe in itinere, quod ſuſcepit, Augu... veſtram quoque, inter alia loca tranſitu... & pro more ſua quoque officia offerret, vo... eâ occaſione uti, ac hoc epiſtolio memori... amicitiæ noſtræ refricare, ſimulque eu... tuæ humanitati commendare. Nuper ... Paſtore quodam Marchico intellexi, te M... neri Eccleſiaſtico in urbe veſtra admotu... eſſe, quo nuntio ſum gaviſus, Deum ve...

ran...

, ut ſancta hæc Tua vocatio cedat ad
ınis ejus divini gloriam, Eccleſiæ ædi-
onem, & tuam ſalutem. Ad me quod
et, vivo adhuc, & valeo, per Dei gra-
, mediocriter, ſed ſenectus indies in-
eſcens, cum variis curis, alacritatem
ires paulatim atterunt, & conſumunt,
:ntè valdè omnia mihi procedant. Ad-
morbus lethalis ante ſesquiannum me
ədens, ex quo tamen, præter ſpem hu-
nam, Deus pro ſua miſericordia me gra-
e liberavit, corpuſculum meum haud
um debilitavit. Quæ hactenus in publi-
n dederim, fortaſſe vidiſti. Nunc nihil
vi ſub prelo habeo; recuditur Theſaurus
ammaticus Parentis, à me ſparſim meis
ſervationibus hinc inde auctus. Accedet
iam Deo volente index locorum Scripturæ
Syntaxi adductorum, quod multi jam du-
ım optarunt. Eo ad finem perducto, for-
ſſis meas in Decalogum Diſſertationes ſub-
ıngam. De his verò & aliis nihil certi pro-
ittere poſſum, nec amplius lubet, qui de
aſis colligendis quotidie moneor. Si ta-
nen Deus vitam proroget, dabo operam,
ıe eam otiosè tranſigam, ſed, quantum li-
:ebit, bono publico promovendo impen-
dam. Tu quid agas, quid valeas, & an ſtu-

dia Philologica, uti antehac, urge[illegible]
ubi otium erit, aliquando me cer[illegible]
redderes, id mihi pergratum foret. [illegible]
nunc ſollicitus ſum de Filio meo, na[illegible]
note, paulatim formando & informa[illegible]
ut, Deo volente & favente, Studia [illegible]
& Parente meo tractata, aliquandò cum [illegible]
de & utilitate continuare poſſet. Sed [illegible]
& alterius anni ſpatium adhuc requir[illegible]
ut fundamenta aliqua ſolida jaciat, & [illegible]
nihil, quæ jam à me hauſit, matureſ[illegible]
præſertim, quia cum Linguis, Theolo[illegible]
etiam Studium conjungit: Ingenio, judic[illegible]
& memoriâ ſatis pollet. Deus & huic [illegible]
tuto benedicat. Vale, Vir Reverende, [illegible]
me ama. Dabam Baſil. d. 12. Febr. 166[illegible]

Tuæ Reverentiæ

ſtudioſiſſimus

Joh. Buxtorfius.

P.S. Salutem adſcribo Rever. D. Ste[illegible] nero, eique omnia fauſta preco[illegible]

Audio Verſæ (*) Veſtræ Judæos eſſe, q[illegible] etiam Bibliothecas inſtructas habent. Si d[illegible] illis tibi conſtat, quid rari habeant, velim de eo data occaſione certiorem me reddas.

VI. EL[illegible]

(*) *Verſa*, vel *Pferſsheim* potius, pagus, Auguſtæ Vindelicorum vicinus, in quo Judæi haud pauci habitant.

VI.

ELECTA EPISTOLICA (a).

I.

Idiſtine unquam librum ſingularem de Hiſpanicis iſtis Illuminatis, *los Alumbrados* dictis, cujus meminit Wolfius (b) in :morabilibus ſuis? Sectam vero ipſam :viter exponunt Covarruvias in Lexico, ,crælius in ſyntagmate, & Lætus in Compndio. Ac videtur ſane iſta in regia aula odieque dominari; quod de Rege defuno haud obſcure innuit Sorbierius ſeu alius itinere ſuo Hiſpanico. Præfatio Gallici belli, *la morale pratique des Jeſuites*, ſatis)erte dicit, inter ipſos Jeſuitas eſſe Illuninatos, qui ſe & uxores aliorum ſpurca bidine hac fini collutulant, ut ſic Deum colant,

(a) Decerpſimus hæc ex autographis epiſtolarum, ad B. Theophilum Spizelium, Theologum quondam Auguſtanum celeberr. ſcriptarum.

(b) Verba Wolfii in Memorab. Lection. Tom. II. f. 912. ad Annum 1579. ſunt hæc: *Alombrates. Hi novæ cujusdam factionis ſectarii in Hiſpania hoc anno ſunt damnati, eo, quod dicerent, ſibi integrum eſſe & licere, coire cum fœminis maritatis, de quo ſingularis extat liber.*

colant, more Gnoſticorum. *Chriſtoph.* *nold.* Norimb. d. XVI. Sept. 1671.

2.

De Podeſtæ libello Germanico, re Turcicarum hiſtoriam complectente, tiorem Te reddo, iſtum Cenſuræ no nunquam fuiſſe exhibitum: impreſſus enim eſt Sulzbaci, ſine cenſura, pro Bibliopola. Nunc vero Latine hic pro cum cenſura, quæ Vappam dubio p vexabit. Nomen huic eſt Franciſcus Mesgnien Meniniski; quem ſuperbiſſi hominem, gente Polonum, ejusdem deſtæ, juſſu Imperatoris, in lingua Tu ca & Arabica quoque præceptorem ſcias. Hunc vero diſcipulum præce ſuo prætulit Leopoldus noſter in legat bus Turcicis: hinc iſte livor & invidia, alio ſeſe ſcripto jam, veluti ſorex ſibi prodidit, in notis ſcilicet hujusdem Me ciski in Aſſertiones Podeſtæ de princi linguæ Turcicæ, Arab. & Perſ. *Idem* d. ult. Aug. 1672.

3.

Deum ſupplex & venerabundus oro, vires Tibi & otia ſuppeditet ad perfici

du

n & abſolvendum, quod occupaſti, in-
.e & exoptatiſſimum opus de bibliothe-
is ſtudiis. Alterum Tu Photium præ-
e ſufficis, dummodo ab aliis tricis &
ıctionibus fores liberior. Geſnero, Ly-
theni, Simlero, Friſio, quin & Poſſevi-
, tum Fabiano Juſtiniano, Auberto item
ıræo, Sauſſayo etiam, C. Bellarmini am-
atori, Labbæo denique omiſſa omiſſos-
, aliisque, nemo diligentius ſupplere
ıtis. Voëtius, Hottingerus, & pauci alii
centiores ſubjiciunt nunnullos; ſed Tu
mnia plenius & rectius noſti. *J. C. Ba-
o Boineburgius* Francof. IV. Oct. 1671.

4.

Theophilus Spizelius, verbi divini in Eccleſia Auguſtana Miniſter.

Per purum anagramma (z in t ſ reſol.)

I.) *Ah! Vir augebit Eccleſiam intus piis in vita: pellens inde hoſtis virus.*

Evolutio.

Viderat Euſebie, multis prodeſſe politis
Orbi Chriſtiano Spizelium usque libris,
Quos docti innumeri cum mirarentur, bo-
noro
Illum mactavit protinus elogio:

Intus is augebit magis ab! Ecclesia
Membris in vita Vir, pius qui
Pellens inde etenim virus feliciter
Quæ facienda ſient, quæ fugienda
et.
Adplaudunt quicunque boni: proſperi
optant,
Sit ſcriptis, dictis, conſiliisque ſ

2.) *En Iſte Elias pius, perch*
Numini: Ab! uti Sol lucebit
gaudiis: ſiet!

Evolutio.

Quam Zelo Elias fuerit pietateque
Scriptura ſancta nos docet.
En! iſte Elias pius alter gloriam Jesu
Propugnat uſque maſcule.
Numini ob id perchanus ovat: celesti
illis
Lucebit ab in gaudiis,
Sol uti, divini verbi ceu præco fidelis!
Siet, vovemus id, ſiet.
M. Jac. Crell.

5.

Bibliotheca olim Reineſiana (c)

nunc

(c) Celeberrimi Polyhiſtoris Thomæ Reineſii Bibliothecam nomine Principis coëmit Seckendorfius, addi-

VI.

ELECTA EPISTOLICA (a).

I.

VIdiſtine unquam librum ſingularem de Hiſpanicis iſtis Illuminatis, *los Alumrados* dictis, cujus meminit Wolfius (b) in Memorabilibus ſuis? Sectam vero ipſam breviter exponunt Covarruvias in Lexico, Micrælius in ſyntagmate, & Lætus in Compendio. Ac videtur ſane iſta in regia aula hodieque dominari; quod de Rege defuncto haud obſcure innuit Sorbierius ſeu alius in itinere ſuo Hiſpanico. Præfatio Gallici libelli, *la morale pratique des Jeſuites*, ſatis aperte dicit, inter ipſos Jeſuitas eſſe Illuminatos, qui ſe & uxores aliorum ſpurca libidine hac fini collutulant, ut ſic Deum

(a) Decerpſimus hæc ex autographis epiſtolarum, ad B. Theophilum Spizelium, Theologum quondam Auguſtanum celeberr. ſcriptarum.

(b) Verba Wolfii in Memorab. Lection. Tom. II. f. 912. ad Annum 1579. ſunt hæc: *Alombrates. Hi nova cujusdam factionis ſectarii in Hiſpania hoc anno ſunt damnati, eo, quod dicerent, ſibi integrum eſſe & licere, coire cum fœminis maritatis, de quo ſingularis extat liber.*

6.

Non poſſum non hac occaſione fa[illegible] quod Indices (d) mei Expurgatorii ſum [illegible] perti, narrare. Commiſſarius ſiquidem [illegible] ſareus, qui Francofurti ad Moenum lib[illegible] recens editos ſolet inſpicere, ne qui[illegible] lucem prodeat, quod juribus Impera[illegible] atque imperii directe queat officere, [illegible] requiſita, ut alias moris eſt, ordinarii [illegible] giſtratus autoritate, Bibliopolium Lipſi[illegible] ſe, ubi exemplaria Indicum meorum a[illegible] vabantur, vi aperiendum, & omnia ex[illegible] plaria curavit inde auferenda. Bibliop[illegible] Lipſienſis quamprimum hoc reſcivit, [illegible] injuriam ſibi factam & damnum illa[illegible] queſtus eſt apud Magiſtratum oppidanum, qui Commiſſarium Cæſareum violatæ juris dictionis reum poſtulavit, & tandem hoc reſponſi accepit: Titulum diſquiſitionis meæ corrigendum, & vocem: *Papiſtarum*, prorſus omittendam eſſe. Verum hoc à me nunquam impetrabitur. Congeſſi interim adhuc nonnulla, quæ, ſi fortaſſis edi-

tio

(d) Digitum intendit Francus in diſquiſitionem ſuam Academicam de Papiſtarum Indicibus Librorum prohibitorum & expurgandorum, quæ typis exſcripta eſt Lipſiæ A. MDCLXXXIV. in 4.

dum & abſolvendum, quod occupaſti, inſigne & exoptatiſſimum opus de bibliothecariis ſtudiis. Alterum Tu Photium præſtare ſufficis, dummodo ab aliis tricis & functionibus fores liberior. Geſnero, Lycoſtheni, Simlero, Friſio, quin & Poſſevino, tum Fabiano Juſtiniano, Auberto item Miræo, Sauſſayo etiam, C. Bellarmini ampliatori, Labbæo denique omiſſa omiſſosve, aliisque, nemo diligentius ſupplere potis. Voëtius, Hottingerus, & pauci alii recentiores ſubjiciunt nunnullos; ſed Tu omnia plenius & rectius noſti. *J. C. Baro Boineburgius* Francof. IV. Oct. 1671.

4.

Theophilus Spizelius, verbi divini in Eccleſia Auguſtana Miniſter.

Per purum anagramma (z in t ſ reſol.)

1.) *Ah! Vir augebit Eccleſiam intus piis in vita: pellens inde hoſtis virus.*

Evolutio.

Viderat Euſebie, multis prodeſſe politis
Orbi Chriſtiano Spizelium usque libris,
Quos docti innumeri cum mirarentur, bo- noro
Illum mactavit protinus elogio:

legendas ſuſpecti epiſtolas tutius æternis
pelliviſſet tenebris, quam in lucem cum
plane nullorum ſcandalo traxiſſet publice.
Ego etſi maximum hunc Virum & de o
nibus literis optime meritum maxim
debito ſemper apud quoscunque æſtim
ita ſæpius in ore ſoleo habere inque vo
utut nimium ſeris adeoque fruſtraneis:
cum tantus Vir in literis extiteris, atque
toto & conſtans noſter fuiſſes! Novi,
pauca juſto acerbius olim & poſt in eum
cta fuiſſe & ſcripta, & hodie forſitan
paucis memoria ejus ſuſpectior reddita
quam par eſt; ſed ſi, quod ſentio, aperte
cet in ſinum amici effundere, in omni
excuſari vix poteſt, neque immerito Nol
hactenus animi mutabilitatem atque in
bus fidei inconſtantiam ei objecerunt, qu
Acta prioris ſeculi publica legenti ignota
eſſe non poteſt. Tu pennæ & ani
mei in exprimenda de hoc Viro cenſura l
bertatem æqui conſule bonique. *M. A*
ton. Reiſerus Poſonii V. Calend. Junii A
1668.

8.

De Domino *Spetio* (e) pauca adhuc ad
h

(e) Intelligitur *Joannes Petrus Speeth*, Auguſtanus,
homo

nunc
Auſpiciis Illuſtris Viri
Domini Viti Ludovici a Seckendorf &c.
Ducalis & publica facta
loquitur, ominatur ac vovet
interprete M. Bartholomæo Franco,
Diacono Neoſtadienſi.

Ut me Ciza ſibi præ Dreſda aut Lipſia haberet,
Fecit, qui viva hic Bibliotheca fuit.
Nomine, ſi neſcis, quod Seckendorfius *iſto*
Signetur, ſi vis diſcere, ſæpe redi.
Diſcere ſi nolis, nequeasve, recedito, nempe
Tam ſtupidæ non eſt hic locus invidiæ.
Tanto macte bono Princeps accredito, plures
Seckendorfiadas ſi bona fata dabunt,
Quæ modo Ciza fuit, Guelphæ certaverit arci,
Moxque Auguſtus *erit, qui modo* Mauritius.

Barth. Frank, Neoſtadii ad Orilam. D. 1. Mart. 1672.

6. Non

addiditque Ducali Cizenſi, quæ olim ab Epiſcopo Julio cœpta colligi, hactenus parum aucta erat. Nunc indies fere præſtantiſſimis auctoribus augetur. *Hæc idem Bartholomæus Franck in ſuis ad Spizelium literis.*

cum, plurimaque, quæ ad ipſum ſpe[illegible] mihi expoſuit; animadverti, quo[illegible] abſtractionem aliquam ab omnibus [illegible] prætendens, in corde tamen papiſmu[illegible] veat & deamet, adverſus quem m[illegible] medium adduxi, quæ non dubito, [illegible] animum ipſius aliqua ratione ſuſpenſ[illegible] tinebunt, & ſi omnino mihi dicen[illegible]

[illegible]nio aut triennio poſt Amſtelodami mortuus eſt, ve[illegible] ferunt, è medio ſublatus à Judæis, qui eum [illegible] Thalmudiſtarum non ſatis probare ſuſpicabantur. [illegible] inter Judæos agens verſibus Alcaicis verſionem [illegible] ſatis elegantem Odæ Judaicæ, Mi Camocha dict[illegible] *verpi in feſto Purim cantitare ſolent. Fovebat [illegible] Apoſtata easdem plane de Antiquitate ſententias, [illegible] vet Harduinus, & ſæpenumero dixit, quod ſupr[illegible] tum Wachterum, qui hæc ab eo audierat, refe[illegible] audivi, adinventam eſſe à Conſtantino Magno R[illegible] Chriſtianam, nec aliud eſſe quam fabulas, quæcun[illegible] rantur & ſcripta ſunt de martyriis veterum Chriſtian[illegible] Novum Teſtamentum, & eorum Patrum ſcripta, [illegible] bus poſt Chriſtum ſæculis floruerunt, jubente Conſt[illegible] fuiſſe conficta; Judaicam Religionem totum antea [illegible] rum orbem occupaſſe.* In Lipſienſi Lexico Biogr[illegible] Eruditorum Tom. II. p. 1114. ubi juxta ordinem [illegible] beticum nomen *Speeth (Jo. Pet.)* occurrit, lecto[illegible] quidem remittuntur ad *Moſes Germanus*, ſed neq[illegible] lit. G. neque in litera M. quicquam de hoc homuncio[illegible] notatum juſto loco reperi. Quædam eum concernen[illegible] tia leguntur in Godofr. Arnoldi Hæreſiologia, *Volum.* II. p. 1203. ſq. edit. II. Non deſunt, qui illum tandem in impia Atheorum caſtra transfugiſſe cenſeant.

d e re eſſe judico, bonus alioquin ho- neque fundamenta religionis noſtræ & aſſe ipſius etiam Chriſtianismi ex aſſe & nĉte nunquam percepit. Ponitur e. fundamentum aliquod abnegatio ſui as a myſticis pontificiis jam olim tradi- , neque a noſtratibus modernis rejectum, quid ergo eccleſiam Pontificiam deſerere nanime fundamentum in alia eccleſia, r. Lutherana, quærere? Sed ad hæc & plura s generis alia prolixe reſpondi, & quo erius mentem exponere poſſim, com- ercium literarium ab ipſo petii; ſunt ſpe- oſa omnino, quæ profert, ſed certe non- ſi ejus generis, cujus omnia illa eſſe ſo- nt, quæ miſeri hi errones viam perfectio- m præ ſe ferentes & intra & extra eccle- am noſtram hodie jactitant. *Jo. Petrus cheſerus* Francof. d. 27. Jan. 1687.

9.

Reſpondit Dn. D. Fauſtius, qui vel ſo- us jam pro veritate religionis noſtræ intre- pide atque fervide militat, ad ſcriptum il- lud, quod Jeſuita P. Dez de reunione Pro- teſtant, cum eccleſia Romana nuper edi- dit, & licet ſumma modeſtia uſus fuerit, verendum tamen, ne per hoc ipſum animi

adverſariorum magis magisque exace tur. Dn. D. Schmidius, malo huic lum fere remedium ſupereſſe judicans, ne ſtudium continuationi commentari ſacrorum confert; vocatus hic eſt pridem a Rege Succiæ ad Profeſſ. p riam in Academia Livonienſi Derpa iterum reſtauranda, oblatique ei octi ti imperiales, præter beneficia, quæ ſtoratu ſimul etiam ei conferendo poterat, ſed vocationem renuit: deſi tamen ei a Landgravio Darmſtatino Dn. D. Hinkelmann ſummo cum applauſu Epiſcopi vices ſuſtinet) Prof in Academia Gieſſena, ſi forte fortun quando abhinc egredi jubeatur. *Ar*gentor. d. $\frac{10}{20}$ April. 1688.

IO.

Hulſemannum proh! amiſimus. Q ipſius leget veſtigia? Nondum mihi a rore poſſum temperare. Jam dem quis Hulſemannus fuerit, experiemur. ut hodie ſtudioſa juventus ſtudium theo giæ tractat, mihi quidem nil magni mittit. Vel enim philologiæ vel ſubti philoſophiæ apparatus parvus eſſe vide Deus excitet ingenia! *D. Jo. Ad Sch*

…erzerus Lipſiæ poſtridie ſepultus … Hul-
…anni 1661.

II.

…Spethius (f) noſter (utinam adhuc noſter!) nuper iterum ſcripſit ad me, ſed …loqui literis mage neceſſariis obſeptus …ium reſponſo prodigere nolo, hoc contentus, quod mea commendatione a Francofurto jam deget remotior, nec noſtris …ocere valeat. Animum ipſius quod attinet, talem mihi ideam fingo, quod Pontificiæ ſuæ Eccleſiæ errores & abuſus agnoſcat graviſſimos, ſed perſuaſus ſit, matris omnia toleranda eſſe, ſaltem ab ejus communione nullam unquam ob cauſam diſcedendum, ſed præſtare, ut qui abominationes agnoſcunt, eas graviter increpent, ob hoc ipſum ſanguinem fundere parati. Qui toto animo ſunt Pontificii, ejus libertatem ferre non poterunt, unde ad extremum aut conſcientiæ ſuæ vim inferre neceſſe habebit, aut ad meliora redibit, aut ſe Eccleſiaſticis opponens gravia in caput ſuum excitabit diſcrimina. Ego non deſinam miſeram

(f) Conf. de ipſo B. Speneri Conſil. & Judic. Theolog. Latin. Part. III. p. 430. ſqq.

adverſariorum magis magisque exacerbatur. Dn. D. Schmidius, malo huic ſolum fere remedium ſupereſſe judicans, ut ne ſtudium continuationi commentariorum ſacrorum confert; vocatus hic erat haud pridem a Rege Sueciæ ad *Profeſſ.* primariam in Academia Livonienſi Derpta iterum reſtauranda, oblatique ei octingenti imperiales, præter beneficia, *quæ ex pa*ſtoratu ſimul etiam *ei* conferendo capere poterat, ſed vocationem *renuit: deſignat* tamen ei a Landgravio Darmſtatino (ubi Dn. D. Hinkelmann ſummo *cum* fructu applauſu Epiſcopi vices ſuſtinet) Profeſſio in Academia Gieſſena, ſi *forte* fortuna aliquando abhinc egredi jubeatur. *Idem* Argentor. d. $\frac{10}{20}$ April. 1688.

10.

Hulſemannum proh! amiſi*mus*. Quis ipſius leget veſtigia? Nondum mihi a mœrore poſſum temperare. Jam *demum*, quis Hulſemannus fuerit, experiemur. Prout hodie ſtudioſa juventus ſtudium theologiæ tractat, mihi quidem nil magni promittit. Vel enim philologiæ vel ſubtilioris philoſophiæ apparatus parvus eſſe videtur. Deus excitet ingenia! *D. Jo. Adam. Scher-*

berzerus Lipſiæ poſtridie ſepulturæ Hulſemanni 1661.

II.

Spethius (f) noſter (utinam adhuc noſter!) nuper iterum ſcripſit ad me, ſed alioqui literis mage neceſſariis obſeptus otium reſponſo prodigere nolo, hoc contentus, quod mea commendatione a Francofurto jam deget remotior, nec noſtris nocere valeat. Animum ipſius quod attinet, talem mihi ideam fingo, quod Pontificiæ ſuæ Eccleſiæ errores & abuſus agnoſcat graviſſimos, ſed perſuaſus ſit, matris omnia toleranda eſſe, ſaltem ab ejus communione nullam unquam ob cauſam diſcedendum, ſed præſtare, ut qui abominationes agnoſcunt, eas graviter increpent, ob hoc ipſum ſanguinem fundere parati. Qui toto animo ſunt Pontificii, ejus libertatem ferre non poterunt, unde ad extremum aut conſcientiæ ſuæ vim inferre neceſſe habebit, aut ad meliora redibit, aut ſe Eccleſiaſticis opponens gravia in caput ſuum excitabit diſcrimina. Ego non deſinam miſe-

(f) Conf. de ipſo B. Speneri Conſil. & Judic. Theolog. Latin. Part. III. p. 430. ſqq.

INDEX.

A.

Aaron Levita autor fabulæ de decem [...]lis tribubus in America inve[...]dis. [...]
Acronius (Joannes). 347. 3[...]
Acta Sanctorum Ordinis Benedictini. 2[...]
Aegidius Viterbienſis Arabicæ linguæ c[...]lentiſſimus. 2[...]
Aethiopicæ linguæ ſtudium inter Suecos 256. [...]
Alexandro (Natali) in hiſtoria quantum [...]fidendum. 2[...]
Alombrates qualis ſecta in Hiſpania. 60[...]
Ambroſius (Theſeus) præceptor Widman[...]ſtadii in lingua Arabica. 232. ſeq.
Amerbachius (Bonifacius) celebris olim Ictus Baſileenſis. 347. 35[...]
Angela C. S. Curionis filia docta. 363. ejus epiſtolæ. 364. ſeqq.
Anima hominis eſt progenies Dei ſecundum Platonem. 69. eſt naturæ compoſitæ ſecundum eundem. 76

Ani-

Anima mundi num ſit à Mente orta, ſecundum Platonem, & quidem per emanationem 71. ſeqq. quo ſenſu à Platone & Platonicis vocetur Genita. 74. ſeq. quo ſenſu totum mundum permeare Platoni dicatur. 79. ſeq. ſecundum Platonicos recentiores ineſt materiæ per aſſiſtentiam, non per informationem. 102. ſeq. ex mente Platonis non unam efficit cum mundo ſubſtantiam. 145. ſeqq. differt à Deo ipſo ex Timæi Locri ſententia. 147. ſecundum Platonem non ſimilis eſt materiæ ſubtiliſſimæ Carteſii. 153. quo ſenſu Plato eam ἀποσπασμάτιον eſſentiæ divinæ vocet. 57. ſeq. duplex eſt ex mente Plotini & Cudworthi. 164

Annales Ordinis Benedictini. 279. ſeq.

Anthuſa filium ſuum omni conatu à ſtudio theologico revocare conatur. 553

Apibus quo ſenſu Veteres divinitatem tribuerint. 138

Appellantium à Conſtitutione Unigenitus in Gallia perſecutio 301. ſeqq. à Duce Aurelianenſi, Regni Adminiſtratore, cohibita. 305

Arabicæ linguæ cultura inter Suevos. 238. ſeqq.

Ariſtotelis libri juſſu Friderici II. Imp. è Græco & Arabico in Latinum verſi.

Arnoldi (Chriſtophori) Epiſtola ad Th. Spizelium.

Atheiſmi num recte accuſetur Stras Lampſacenus. 312.

Auguſtana Pharmacopœia a Jo. Zwelfero impugnata 24. a Luca Schroeckio defenſa.

Auguſtani Medici præcipui.

Auguſtus, Elect. Sax. maximus Jo. Ho lii patronus.

B.

BÆlius (Petrus). Judicium Maſſueti de ejusque Dictionario. 293.

Balmannus (Erhardus)

Barlæi (Caſpari) delirium melancholicum

de Baronii Annalibus judicium Fortſ

Bechius (Philippus) Medicus olim Baſileenſis. 351

Beckii (Matthiæ Frid.) merita in literaram Orientalem, ſpeciatim Chaldaicam & Arabicam. 253. ſqq.

Beham (Joannis) ſec. XV. merita in ſtudium linguæ Hebrææ. 201

Bellarminus (Robertus) notatus. 267
Bembi (Petri) opera ab Auguſtino Curione edita. 401
Benedictini Ordinis Annales. 279. ſeq. & Acta ſanctorum. 282
Bernhardus Saxo, celebris Germanorum in bello tricennali Dux. 520. 522
Bertſchius (Marcus). 358
Berus (Oſwaldus) Medicus olim Baſileenſis. 358
ad Bibliographum quæ requirantur. 294
Bibliotheca Reineſiana Ducali Cizenſi inſerta. 607. in eam epigramma Barth. Franckii. ibid.
Bibliotheque Raiſonnée notatur. 395
Boecleri (Jo. Henrici) judicium de Epiſtolis Chriſtoph. Forſtneri. 501. ſqq.
Boineburg (Jo. Chriſt. L. B. de) Spizelium ad perficiendum opus Bibliothecarium excitat. 605
Bolandus notatus 267. ſeq. defenſus. 276
Borelius (Joannes) fanaticus. 576
(Adamus) 576
Borrhaus (Martinus) Theologus olim Baſileenſis. 346. 358.
Boſchenſteinus (Jo.) linguam Hebræam in Suevia multos docuit. 210

Brahe (Tycho de) juvenis adhuc inſ-
Aſtronomiæ cultor.
Bremius (Jo.) præceptor Curionis.
de Brulii (Petri) Epiſtolis in carcere ſc-
tis. 5
Bucerus (Mart.) quomodo gradum Ma-
ſterii acceperit Cantabrigiæ. 346.
Bufflerus (Petrus) Senator Iſnenſis, m-
gnus bonarum literarum Mæcenas 2
ſuis ſumtibus Paul. Fagium in eden-
variis ſermonis Hebræi Chaldæique l-
bris adjuvat. 2
Burgundia anno 1636. a Gallis infeſta
520. ſeq. a Cæſareanis vindicata. 5
de Burnetii (Thomæ) Theoria Telluris q-
ſentiendum. 5
Buxtorfii (Jo.) Patr. uxor Margaretha, Le-
nis Curionis filia, 3
Buxtorfii (Jo.) fil. Epiſtolæ quædam ad Theo-
philum Spizelium 581. ſqq. is recudi c-
rat Patris Theſaurum Grammaticum cu-
ſuis acceſſionnibus 601. ejus judici-
de inſcriptione quadam pſeudo-hebra-
in America inventa. 59

C.

CAnaan quo ſenſu *das gelobte Land* di-
catur. 395

Carara (Georg.) præceptor Curionis. 330
Carolus V. Imp. ſummus literarum & literatorum Mæcenas. 423. ſq. Eruditio. 424 ſqq. Diploma, quo Jo. Homelium S. R. I. Equitis & Comitis Palatini dignitate ornavit 431. ſqq. ſingularis ejus erga Homelium favor. 423. 427. 456
Carolus Lotharingus, Celebris Cæſareanorum in bello tricennali Dux. 506. 513
Carpzovii (Jo. Ben.) Epiſtolæ ad Theoph. Spizelium. 565. 568. is Grotianas Epiſtolas edere promiſit. 566. ejus de piis Deſideriis Speneri judicium. 566. ſq. 569
Caſtalio (Sebaſtian). 358
Cave (Guil.) Hiſtoria literaria Scriptorum Eccleſiaſticorum. 283
Citationes Auctorum in ſcriptis Germanorum frequentiores acriter perſtringit Masſuet. 293
Cleberus (Jo.) primus ſcholæ Memmingenſis moderator. 409. ob rejectum *interim* in exilium pellitur. 410
Clementis XI. P. R. infallibilitas qualis. 305
Cœlum quo ſenſu a Platone Deus vocetur. 115
Coloredus, celebris Cæſareanorum in bello tricennali Dux. 519

Con-

Conjugium infelix Henrici Uſſerii. 573
Jo. Miltoni. ibid. Heerboordi. ibid.
de Conſtitutione Unigenitus judicium Maſueti 304. ſq. quantam illa in Gallia excitaverit perſecutionem. 301. ſqq. à Duce Aurelianenſi, Regni adminiſtratore, inhibita. 305
Corneliæ, G. J. Voſſii filiæ, encomium. 571
funeſtus obitus. 572
Cruſius (Mart.) 201
Cudworthi ſententia de duplici anima mundi à Platone aſſerta. 164
Curio (Cœlius Secundus) de ejus vita atque obitu oratio Jo. Nicol. Stupani 325. ſqq. ejus nativitas, parentes, patria. 329. præceptores. 330. libros Lutheri, *Melanchthonis* & Zwinglii legit & admiratur. 330. ſq. ob puriorem Theologiam in Germaniam tendit, 331. ſed *in itinere* capitur. 331. ſq. reliquiarum cultum ſuperſtitioſum eſſe judicat & docet. 332. ſq. ejus uxor. 335. à ſorore fraudatur hæreditate paterna 336. ſq. Lutherum defendit adverſus Dominicanum quendam Monachum. 338. in duro carcere detinetur, 340. ſed ingenioſa fraude elabitur 340. ſq. de ejus Dialogo, quem *Probum* inſcripſit. 342. in Papienſi Academia Profeſſo

feſſor creatur. ibid. dein in Luccenſi 343. Lauſannenſis ſcholæ moderator conſtituitur. 344. è manibus inquiſitorum denuò effugit, 345. Baſileæ politiores literas docet, & Magiſterii gradum aſſumit. 346. Variæ eæque amplæ ipſi offeruntur vocationes. 348. ſq. Ejus ſcripta, 350. ſeqq. óbitus, 353. Epitaphium, 359. ſeq. liberi, 361. ſeqq. Auctores, qui de eo ſcripſerunt 382. 397. ſeqq. ab objecta Unitariorum hæreſi defenditur 380. ſqq.

Curio (Auguſtinus) 358. 373. ejus Elogium. 401

Curio (Horatius) 370

(Leo) 377. celebres ejus poſteri. 398

D.

DAnnevouſius, Baro, celebris Gallorum in bello tricennali dux. 508. ſq. 526. 528

Dei naturam & eſſentiam nemo intelligit, 62. 177. ſq. in Deo quo ſenſu emanatio admitti poſſit. 61. Deus quo ſenſu â Platone cauſa mundi efficiens dicatur. 81. ſq. & cum materia connexus ſtatui queat ſine crimine Spinoziſmi. 92. num Deus ideo, quod ab æterno potuerit ac voluerit mundum creare, illum quoque ab æterno

creaſſe dicendus ſit. 116. ſqq. Dei c[illegible]
vatio rerum creatarum non [illegible]
ex creatore & creaturis ſubſtantia[illegible]
num aliquid in Deo eſſe poſſit, qu[illegible]
eſſentiam ejus non pertineat. 166. [illegible]
in divinitate perſonarum diſtinctio [illegible]
minibus explicari non poteſt. 182. [illegible]
Democriti (Chriſtiani) i. e. Jo. Con. Di
pelii liber de ſimulacris aureis in Boh[illegible]
mia inventis, in carcere ſcriptus. [illegible]
Dezius (Jo.) de reunione proteſtan[illegible]
D. Iſaaco Fauſtio refutatus. 61[illegible]

E.

ECchellenſis (Abrahamus) catalogu[illegible]
brorum Syrorum Hebedjeſu edidit. 5[illegible]
de eo judicium Buxtorffii, 589. ejus c[illegible]
Gabriele Sionita controverſia. ibi[illegible]
Eccleſiaſtici officii arduitas. 556. ſqq. illu[illegible]
olim multi inviti receperunt. 557. ſq.
Ellenbogius (Nicolaus) Monachus ol[illegible]
Ottoburanus, elogio ornatus. 411. ſq. de
ejus epiſtolis. 41[illegible]
Eloquentiam docendi ratio à C. S. Curio[illegible]
obſervata. 35[illegible]
Emanatio ex Deo quotuplici ſenſu intellig[illegible]
queat. 61

Enc[illegible]

Encenas (Franciſcus) ſcripto libro carceris moleſtias ſibi lenivit. 578
Epiſcopius (Nicolaus). 346
Epiſtolas clam perferendi varii modi. 509. ſq.
Epitaphia liberorum C.S. Curionis. 363. ſqq.
Erzbergerus (Severinus) 358
Evangelicæ Eccleſiæ ſtatus corruptus, ejusque cauſæ & remedia ex mente Speneri & Spizelii. 538. ſqq.
Eunomius notatur. 90. ſq.

F.

FAbricii (Joan.) ſenior. obitus. 570
Fabricius (Joan. Albertus) laudatus à Maſſueto. 293
Fagius (Paulus) de literis Hebraicis atque Chaldaicis bene meritus. 212. ſqq. laudatus ab Elia Levita. ibid. libelli Hebraici ab eo editi. 216. ſq.
Faventini (Fanini) libri in carcere ſcripti. 578
Ferdinandus I. Imp. de Linguæ Syriacæ & Arabicæ ſtudio in Germania promovendo bene meritus. 225. 234. ejus ſumtibus N.T. Syriacum Viennæ 1555. prodiit in gratiam Chriſtianorum in Syria. 227. 230. 234. Artificioſiſſimum horologium Solymanno Imp. Turcarum dono mittit. 429

Ferrarii proluſiones de Infelicitate lit-
rum.
Filii Dei generationem æternam quo
patres ἀπορροίαν vocent. 65. ſq. & qu
ſu in ea explicanda ſimilitudine ſolis
diorum ejus utantur.
Flaminii (Marci Antonii) explicatio
morum laudatur.
Forcæus celebris Gallorum in bello
nali dux. 509. 511
Forſteri (Jo.) merita in linguam Heb
210. ſqq. Reuchlini judicium de eo
ejus conſiliis utitur B. Lutherus in v
ſione Bibliorum Germanica. 211
Forſtneri (Chriſtophori) Epiſtola ad
thiam Berneggerum. 501. ſqq. Bo
judicium de ejus Epiſtolis. 501. fit
fectus urbis Mompelicardi. 505. ſq.
tas ejus in anguſtiis 506. ſqq. unica
pia in adverſis conſtantia 508. laudab
illius adverſus futura pericula con
providentia 5. â peſte Mompelia
graſſante cum tota familia immunis
516. ſq. publica ejus negotia. 517.
Epiſtola ad Bœclerum. 533. ſ
Franci (Danielis) Diſquiſitio de Papiſtar
indicibus librorum prohibitorum. 6

Fran

Franckii (Bartholomæi) Epigramma in Bibliothecam Reineſianam. 607
Frechtii (Martini) Diarium MSC. eorum, quæ Wormatiæ & Ratisbonæ anno 1540. & 1541. ab illo obſervata ſunt. 469
Fridericus I. Imperat. per conſtitutionem authenticam de ſcholaribus bene meritus de literis. 200
Fridericus. II. Imp. magnus bonarum literarum cultor atque fautor. 200. ſqq. lucium piſcem cum annulo Græcæ inſcriptionis ſtagno cuidam immittit. 202. libros Ariſtotelis & aliorum ê Græço & Arabico ejus juſſu in latinum verſos Academiæ Bononienſi donat. 203. ſqq.
Frithus (Jo.) adverſus Thomam Morum contra corporalem Chriſti in S. Cœna præſentiam ſcripſit. 577
Frobenius (Hieronymus) 346
de Frontonis (Jo.) Epiſtola de Scriptura & Eccleſia judicium Buxtorffii 583. ſqq.

G.

GAllaſius, Comes, celebris Cæſareanorum in bello tricennali dux, 520. 522. ſqq.
Generationis vocabulum aliter in divinis, aliter in humanis rebus accipitur 186

de Germanis ſcriptoribus contemtim ni[illegible]
dum judicat Maſſuet 292. ſeq. & c[illegible]
ſas apud eos autorum citationes [illegible]
perſtringit. [illegible]
Gerſen (Jo.) de Canabaco, Abbas V[illegible]
lenſis, auctor libelli de Imitatione C[illegible]
ſti creditur 266. ſeqq. eum non ex[illegible]
in rerum natura ſub Abbatis Vercel[illegible]
ſis nomine, evincitur 272. ſub Ger[illegible]
nomine ſec. XV. intelligi Gerſon[illegible]
Cancellarium Pariſienſem, docetur. [illegible]
de Græcæ Ecclefiæ cum Latina conſen[illegible]
tentia Buxtorffii. 592. [illegible]
Græca lingua in Suevia jam ante Frid[illegible]
II, Imp. tempora quodammodo c[illegible]
[illegible]
Græca inſcriptio annuli reperti in bra[illegible]
ſub cute lucii piſcis anno 1497. [illegible]
Heilbronnam capti [illegible]
Grammaticæ Hebrææ primum inter Chr[illegible]
ſtianos compendium typis exſcriptum
206. Syriacæ primus inter German[illegible]
editor Widmanſtadius, 237. Turc[illegible]
Hieronymus Megiſerus 255. Chaldaic[illegible]
Sebaſt. Munſterus 209
Grataroluſ (Guilelmus) Medicus olim Ba-
ſileenſis 35[illegible]

Gro-

Grotianas Epiſtolas edere promittit Carpzovius 566
Grynæus (Thomas) 346
Gumppenbergus (Ambroſius) 473. 475
Gyrfalkius (Thomas) 358

H.

HAfenrefferi (Matthiæ) Templum Ezechielis laudatur 218
Hebedjeſu Catalogus librorum Syrorum ab Abrah. Ecchellenſi editus 583. 589
Hebrææ Grammaticæ primum inter Chriſtianos compendium typis exſcriptum 206. linguæ cultura inter Suevos 207. ſeqq.
Heerboordi infelix conjugium 573
Hellwigii (Jo.) obſervationes Phyſico-Medicæ a Luca Schrœckio editæ 31. ſeq.
Hericuria urbs a Cæſareanis anno 1637. obſeſſa 525. ſeq. ope Mompelicardenſium fortiſſime ſe defendit 526. ſeqq. unde obſidione liberata 528. ſq.
Herlinus (Chriſtianus) encomio ornatus a Melanchthone 415. ejus obitus 450
Hertelius (Jacobus) 358
Hilleri (Matthæi) merita in literaturam Hebræam 219. ſeqq. ejus encomium 220. 223. ſcripta 220. ſqq.

Hœppen (Paulus) 4
Hofmannus (Fridericus) 1
Homelius (Andreas) 4
Homelius (Jo.) de ejus Vita ac meritis diſſertatio 403, ſeqq. ejus patria & parentes 405. ſq. ſtudia academica 414. ſeq. a Melanchthone ſenatui Memmingæ commendatur 417. ſeqq. in Patriam vocatur 422. ob rejectam formulam Interim in exilium pellitur 423. ſcientia Mathematica Caroli V. Imp. gratiam adipiſcitur, 423. 427. 456. artificioſi mi horologii inventor 428. conſtituitur Lipſiæ Mathematum Profeſſor 430. 4 Equitis S. R. I. ac Comitis Palatini dignitate mactatur 431. ipſum Cæſaris ſuper re diploma 432. ſeqq. Elogium Joach. Camerario ei ſcriptum 453. ſeq varia inſtrumenta Mathematica ab eo in inventa vel perfectiora reddita 454. ſeq ejus patroni 446. 457. ſcripta Mathematica inedita 458. virtutes ac mores 45 notitia literarum elegantiorum 460. obitus 450. Epitaphia & Epicedia virorum eruditorum in eum 451. 460. Epicedium Caſp. Jungermanni in eum 4 ſeqq. ejus Teſtamentum atque Legat pro literarum bonarum ſtudioſis 4 ſeq

ſeqq. ejus Bibliotheca uſui publico legata. 466
Hopperus (Marcus) 358
Horologium artificioſum ab Homelio conſtructum 428. aliud a Ferdinando I. Imp. Solymanno Turcarum Imp. dono miſſum. 429
Huggelius (Jacobus) Medicus olim Baſileenſis. 358
Hugobaldus (Huldricus) 355
Hulſemanni (Jo.) elogium a Scherzero ipſi tributum. 614
Huperus (Jo.) Archiater olim Baſileenſis. 358
Huttenus (Mauritius) Epiſcopus Eichſtættenſis. 490

I.

IDearum origo quænam ſit? 162. ideæ divinæ quid ſint? ibid. ideæ in Deo num ad eſſentiam Dei pertineant 167. ſeqq. idearum æternitas. 170. ſeq.
Jeſaiæ cap. XLIX. 12. vindicatur. 584
Illuminati qualis ſecta in Hiſpania 603. tales etiam dantur in Jeſuitarum ordine ibid.
de Imitatione Chriſti librorum auctor quis? 266. pro Jo. Gerſene argumenta. 267. ſqq.

ſqq. refelluntur 270. ſqq. pro Tho[illegible]
Kempis argumenta. 27[illegible]
Inſcriptio Pſeudo-Hebræa in Americ[illegible]
venta; judicium Buxtorfii de ea [illegible]
Iſelius (Huldricus) [illegible]
Iſingrinus (Michael) [illegible]
Iſnæ Paulus Fagius typographiam Hebr[illegible]
cam erigit. 213. ſq[illegible]
Iſraëlitarum tribus decem in captivitat[illegible]
abductæ an in America quærendæ? ſ[illegible]
ſq[illegible]
Jungermanni (Caſp.) Epicedion in Jo[illegible]
melium. 461. ſq[illegible]
Junius (Joannes.) [illegible]

K.

à KEmpis (Thomas) num ſit auctor lib[illegible]
rum de imitatione Chriſti, negat[illegible]
268. affirmatur & probatur. 276. ſ[illegible]
Kiska (Joannes) 348. 377. ſq.

L.

de LAtinæ Eccleſiæ cum Græca conſen[illegible]
ſententia Buxtorfii 592. ſq.
Leo (Jo.) Eliberitanus, Arabicam linguam
Romæ docuit 238. ſq.
Levita (Elias) Paulo Fagio *in edendis libris*
Hebraicis aſſiſtit. 213. 215
Lexi-

Lexicon Hebraicum inter Chriſtianos primus concinnavit Jo. Reuchlinus. 290 Chaldaicum Seb. Münſterus. 209. ſq. Syriacum edidiſſet Widmanſtadius, niſi fata obſtitiſſent. 237. Arabicum primus inter Germanos edidit Franc. Raphelingius. 240. ſq. Turcicum Hieronymus Megiſerus. 255. Æthiopicum Georg. Weiganmajerus. 257

Liberi ante nativitatem Deo conſecrati. 552

Libri ex infortunio nati. 577. in carcere ſcripti. ibid.

Linguarum ſtudium neglectum Eccleſiæ maxime nocet 258. reſtauratum illi prodeſt. ibid.

Liuronus (Antonius) Marchio Bourbonnæ 504. ſeq.

Locrus (Timæus) tempus una cum mundo a Deo productum aſſerit, 108. ſeq. num æternitatem mundi ſtatuerit 123. animam mundi vehiculo quodam corporeo veſtitam putat 75. ſq. eam a Deo diſtinguit. 147

Λόγος Platoni quid ſit 60. quo ſenſu eum a Deo ſummo generari dicat 61. ſq. pro effluvio τῦ λόγυ num animam mundi habeat. 71. ſqq.

Lon-

Longomontanus (Chriſtianus) Aſtronomus celebris. 450
Lucretius dictus fuit Jo. Albertus Widmanſtadius. 470. 479
Ludolfus (Jobus) laudatus. 257
Lutetia Pariſiorum florentiſſima literarum ſedes. 295. ſq.
Lutherus (Martinus) æſtimat ac commendat linguarum ſtudium 259. illum defendit C. S. Curio adverſus calumnias monachi cujusdam 338. ejus ut & Melanchthonis & Zwinglii libri in Italia circumferuntur. 331
Lycoſthenes (Conradus) 358

M.

MAbillonii (Jo.) Ordinis Benedictini annales. 279. ſq. continuati â Theod. Ruinarto & Renato Maſſueto 280. ejusdem Acta Sanctorum ordinis Benedictini. 282
Machanæus (Dominicus) Præceptor Curionis. 330
Magiſterii gradum aſſumendi modus honoratior. 346. ſq.
Magiſtratus quam habere debeat Curam in Conſtituendis Eccleſiæ miniſtris. 541. ſqq.

Ma-

Magius (Hieronymus) infelix literatus. 571
Majus, (Jo. Henr.) Pat. laudatus. 208
Maſſueti (Renati) Editio operum S. Irenæi. 280. Continuationem Annalium Ordinis Benedictini in ſe ſuſcipit. ib. vitam Mabillonii ſcripſit. 287. Scriptores Germanos, maxime Proteſtantes vilipendit. 292. ſq. nimias eorum citationes auctorum exagitat. 293. Lutetiam ob literarum florem laudat. 295. de Germanorum in Gallos ſuſpicionibus queritur. 301. de perſecutione appellantium in cauſa conſtitutionis Unigenitus graves querelas inſtituit. 301. ſqq.
Materiæ emanationem ex Deo num ſtatuerit Plato ? 49. ſqq. num Heraclitus, Pythagoras & alii. 54. num Chaldæi & Thales. 55. ejus creationem non credidit Plato 50. Materia quo ſenſu â Platone Non ens vocetur. 104. ejus æternitatem aſſerit. 107. ſqq.
Maurocordati (Jo. Nic.) Wallachiæ Principis liber de Officiis in captivitate ſcriptus. 578
Mederus (Johannes) 358
Medici Auguſtani clariſſimi. 5. 34.
Megiſerus (Hieronymus) linguæ Turcicæ pri-

primus inter Germanos ſtator & vindex. 257

Melancholicum Delirium Caſpar. Barlæi. 5.

Melanchthon (Philippus) fautor Jo. Homelii 456. Epiſtolæ ejus an ſint edendæ an vero ſupprimendæ 609. ſq. ejus epiſtola pro Homelio ad Senatum Memmingenſem ſcriptæ. 417

Melitenſis belli Hiſtoria â C. S. Curione ſcripta. 383

Memmingenſis ſcholæ origines. 407. ſqq.

Menaſſis ben Iſraël liber Spes Iſraëlis. 585. Judicium Buxtorfii de eo 598. ſq. refutatur â Theoph. Spizelio. 585

Meninciski (Franciſci de Mesgnien) Polonus in literatura Orientali clarus. 604

Meredinæus (Moſes) Widmanſtadii in edendo N. T. Syriaco adjutor. 235

Meſſenius (Joh.) Scandiam Illuſtratam in captivitate elaboravit. 578

Mey (Samuel) Judæus ad Chriſtianiſmum ſuperiori ſeculo convertendus. 594. ſq. 597

Mezleri (Thomæ) ſententia de Jo. Gerſone, Abb. Vercellenſi, auctore librorum de Imitatione Chriſti, refutatur. 270. ſqq.

Mil-

Miltoni (Joh.) Infelix conjugium. 571. opus de divortio qua occaſione ſcriptum. 573
Miniſtrorum quorundam verbi divini vitia. 545. 548. ſqq.
Mollius (Joh.) Montilcinus comment. in Geneſin in carcere ſcribit. 578
Mompelicardenſis comitatus triſtia in bello tricennali fata. 506. 510. 530. ſqq. Peſtis Mompelicardum graviſſime infeſtans. 516
Monteziniius (Antonius) alias Aaron Levita, auctor fabulæ de decem tribubus Iſraëliticis adhuc in America ſuperſtitibus. 585
Moſchi hiſtoria à Luca Schrœckio edita. 33
Müllerus (Andreas) Greiffenhagius laudatur. 235
Münſterus (Sebaſt.) de Literatura Hebræa bene meritus. 209
Mundi æternitatem num ſtatuerit T. Locrus. 123. ſqq. num Plato. 107. ſqq. mundo & tempori initium tribuit Plato. 123. ſqq. & T. Locrus. 108. ſq. mundum quo ſenſu generari dixerit Plato. 56. mundi cauſam efficientem quo ſenſu Deum Plato faciat. 81. ſqq. num ex ejus mente mundus per continuum fluxum à Deo conſervetur. 98. ſq.

Mundi

Mundi animam quo ſenſu vocet ἀποσπασμάτιον eſſentiæ divinæ. 57. ... num eam pro effluvio τῦ λόγε ... 71. ſqq. quo ſenſu eam genitam à ... ſtatuat. 74. ſq. quomodo eam totam ... dum permeare aſſerat. 79. ſq. ... & mundo unam faciat ſubſtantiam ... ſqq. Differentia animæ mundi à Deo ... ta Platonem. 154. ſqq. ex mente T. Lo... 147. eam vehiculo quodam corpo... veſtitam ſtatuit Locrus. 75. ſqq. Phi... cis recentioribus ineſt mundo per aſſi... tiam non per informationem. ibid. ...

N.

NAellingenſis à Patria dictus fuit Jo. ... bertus Widmanſtadius 47

Nigri, (Petrus) Primus inter Christiano... Hebrææ Grammaticæ compendium typ... exſcriptum edidit. 20...

Nigronus (Julius) primus Jo. Gerſenem, Abb. Vercellenſem librorum de Imitatione Chriſti autorem eſſe demonſtrare voluit. 266. ſq.

de Noailles, Cardinalis, laudatus. 308

Novum Teſtamentum Syriacum à Jo. Alb. Widmanſtadio Viennæ 1555. editum. 234

234. ſq. quis huic edendo occaſionem præbuerit. 229. ſq.

O.

OChinus (Bernardinus) in Angliam ab Eduardo Rege vocatus. 392
Oporinus (Joannes) celebris quondam Typographus Baſileenſis. 358
Ordinis Benedictini annales. 279. ſq. Acta Sanctorum ejusdem Ordinis. 282
Orientales literæ multum debent Suevis. 197. ſqq.
Oſiander (Daniel). 355
Ottoburani Gymnaſii primordia. 412

P.

PAntaleon (D. Henricus). 346.
Parentes haud pio zelo liberos ſuos ſacris ſtudiis admoventes multorum in Eccleſia malorum cauſæ. 552
Patina, (Carola Catharina) Caroli Patini filia, laudata. 38. ſq. ejus epiſtola ad L. Schrœckium de Patris ſui morbo ac morte. 39. ſq.
Patres quo ſenſu æternam filii Dei generationem per ἀπόῤῥοιαν explicaverint. 65. ſqq.

quo ſenſu ſimilitudine ſolis & radi
in eadem explicanda uſi ſint.
Peireſcius (Nicol.) ſcripta Guilielm. S
ckardi inedita conquirere ſtuduit.
Pellicanus (Conradus) de Literatura Heb
bene meritus. 2
Pfaffius (Chriſtoph. Matth.) laudatus
Maſſueto. 3
Pharmacopœia Auguſtana à Jo. Zwelfe
impugnata. 24. à Luca Schrœckio d
fenſa.
Philoſophi veteres omnes num per ſpiri
nonniſi materiam aliquam ſubtilem
lexerint. 137. in eorum ſententiis expli
candis perſpicuis opus eſt teſtimoniis.
de Piis Deſideriis Speneri judicium Speck
536. ſqq. Carpzovii. 566. ſq. 569.
du Pin (Ludovici Ellies) Bibliotheca Auto
rum Eccleſiaſticorum laudatur. 282. 29
Plato num emanationem materiæ ex De
ſtatuerit. 49. eum creationem materiæ e
nihilo credidiſſe Hierocles falſo aſſe
rit. 50. ex totius ſyſtematis ſui nexu d
explicandus. 51. ſolem, lunam, cœlum,
terram, ſtellasque omnes & dæmone
Deos vocat. 56. 85. quo ſenſu id faciat
86. ſqq. 125. ſq. quo ſenſu mundum
generari dixerit. ib. quo ſenſu animam
mundi

mundi vocet ἀποσπασμάτιον eſſentiæ divinæ 57. ſq. de λόγῳ ſeu νῷ diverſimode ratiocinatur. 60. quo ſenſu λόγον à Deo generari aſſerat. 61. ſq. an inde emanationem proprie dictam in Deo ſtatuiſſe dicendus ſit. 64. Animam hominis progeniem Dei vocat. 69. num animam mundi habeat pro effluvio λόγε ſeu Mentis. 71. ſqq. quo ſenſu eam genitam à Deo ſtatuat. 74. ſq. quo ſenſu eam totum mundum permeare ſtatuat. 79. ſq. quomodo Deum cauſam mundi efficientem vocare poſſit, quum ex ejus mente materiam non creaverit, ſed tantum exornaverit. 81. ſqq. quomodo Deorum omnia plena eſſe dicat. 87. ſq. num ex ejus mente mundus per continuum fluxum à Deo conſervetur. 98. ſq. Materiam quomodo Non-ens vocaverit. 104. Deum, tanquam cauſam efficientem à rebus genitis factisque diſtinguit. 105. ſq. æternitatem quidem materiæ, non vero mundi ſtatuit. 107. ſqq. uti mundo, ita & tempori initium tribuit. 123. ſqq. tria ſtatuit in Divinis diverſa principia, Deum Summum, Mentem, & animam mundi. 145. 149. animam mundi non unam cum mundo eſſe ſubſtantiam aſſerit. 145. ſqq. anima

mundi Platonica non eſt ſimilis ani-
ſubtiliſſimæ Carteſii. 153. num d
rentia inter animam mundi & D
juxta Platonem talis tantum ſit, q
eſt inter totum & partem. 154. C
worthus duplicem ipſi adſcribit anim
mundi. 164. de multis locutus eſt, q
ipſe ignoravit. r
Platonici recentiores Platoni tribuerun
non quod ipſe ſenſit, ſed quod eum ſe
ſiſſe putarunt. 93. ſqq. nullam crea-
tionem à Deo proprie dictam ſtatuun
95. ſq
Plotinus laudatus. 80. explicatus. 98. ſqq
Plutarchus illuſtratus, 142. ſqq. notatus
156. ſq.
Podeſtæ libellus Germanicus de rebus Tur-
cicis. 604
Porphyrius laudatus. 74. ſq
Poſtellus (Guilielm.) laudatus. 224
Proclus num omnia ex eſſentia divina ne-
ceſſario emanaſſe ſtatuat. 96. ſq. quomo-
do coelum perpetuo maneat ex ejus
mente. 100
Providentiam divinam quo ſenſu negaverit
Strato Lampſacenus. 317. ſq.

R. Rainol-

R.

RAinoldi (Jo.) Colloquium cum Jo. Harto de Capite & fide Eccleſiæ. 579
Raphelengius (Franciſcus) primus inter Germanos Lexicon Arabicum edidit. 240
Regii (Urbani) in literis Hebraicis & Rabbinicis peritia. 211. uxor Hebrææ & Chaldææ linguæ perita. 210
Reimmannus (Jac. Frid.) notatus. 207
Reineſii (Thomæ) Bibliotheca Ducali Cizenſi Bibliothecæ infertur. 607. in illam Bartholom. Franckii Epigramma. ibid.
Reiſeri (Antonii) judicium de Melanchthone ejusque doctrina & Epiſtolis. 609. ſeq.
Reliquiarum cultum ſuperſtitioſum eſſe docet C. S. Curio. 332. ſqq.
Reuchlini (Jo.) ſive Capnionis, encomium. 208. merita in literaturam Hebræam & Græcam. ibid. literarum Hebræarum & Græcarum in Germania reſtaurator. ibid. ejus diſcipuli. 209
Rheticus (Georgius Joach.) quondam Pro-

feſſor Mathem. Lipſiæ. 446. Copern
diſcipulus. 447. laudatur.
Roëllius (Herm. Alex.) laudatus.
Rosweydus (Heribertus) notatus.
Ruinartus (*Theodoricus*) *poſt Jo.* Mab-
lonii mortem continuationem An-
lium Ordinis *Benedictini* in ſe ſuſcip.
21

S.

SCheuchzeri (Jo. Jac.) Opus Biblic
Phyſicum laudatur. 21
Schickardi (Guilielmi) merita in literas He-
bræas, 245. Arabicas. 246. ſq. Epi-
phium ei ab Hug. Grotio erectum.
inedita ejus opera Peireſcius fruſtra
quiſivit. ib.
Schroeckii (Lucæ) Elogium. 1. Patria. 3. pa-
rentes. 5. dotes animi. 7. educatio lite-
raria. 8. vita Academica. 10. Præcepto-
res Academici. ib. diſputationes Aca-
demicæ. 12. Honores Academici. 13.
itinera per Germaniam. 14. & Italiam.
16. munus in patria 18. praxis clinicæ
felicitas. 19. ſcripta 22. ſqq. *honores*
36. ſqq. vita privata. 42. mores. 43.
obitus. 44.

Schu-

Schudelinus (Jo.) 408
ad Scriptoris alicujus rite explicandam ſententiam quid requiratur. 134
Scultetus (Bartholomæus) diſcipulus in Mathematicis Joannis Homelii. 454. ſcitus inſtrumentorum Mathematicorum fabricator. ibid.
Scalteli (Angeli) oratio invectiva in Jo. Albertum Widmanſtadium. 242. ſeq. 467. ſqq.
von Seelen (Joann. Henricus) laudatus. 259
Servetus (Michael) de eo judicium. 393. ejus opera in Ptolomæi Geographiam laudatur â Seb. Münſtero. ibid.
Simon (Richard.) notatus. 137
de Sinenſium re literaria commentarius Theophili Spizelii, fœtus juvenilis. 581
Sionitæ (Gabrielis) controverſia cum Abrahamo Ecchellenſi. 589
Spechtius (Joann.) literaturæ Hebraicæ callentiſſimus. 217. ejus conciones paſſionales ex antiquitatibus Judaicis illuſtratæ. 218. opus affectum de templo Hieroſolymitano. ibid.
Speeth (Jo. Petr.) vertumnus in religione 610. ſqq. inter Judæos Moſis Germani

nomen aſſumſit. 612. fata ejus varia.
ſq. impia de novo Teſtamento ſen-
que Patrum trium primorum ſeculor.
ſententia. 612. judicium Jo. Petr. Sc
feri de eo ejusque opinionibus. 61
itemque Speneri. 615.
de Speneri (Phil. Jac.) præfatione Poſt.
Arndianæ præfixa judicium Spizelii 5
Carpzovii. 566. 5
Sphondratus, Mediolanenſis, præceptor G
rionis. 5
Spinozæ impia de voluntate & potentia D
ſententia. 11
Spizelii (Theophili) Epiſtolæ ad D. Phil. J
Spenerum. 536. 547. ad Spizelium E
ſtolæ duæ Carpzovii 565. ſqq. una C
ſtophori Arnoldi 570. aliquot Jo. Bux
fii filii 581. ſqq. commentarius de re
teraria Sinenſium in juventute ab
ſcriptus. 581. illum ad perficiendum op
de Bibliothecis excitat Boineburgius
605. Anagrammata in ejus nomen. 6
ſq. Theſauro Spalatini & aliorum epi
lico Bibliothecam ſuam auget. 60
Stoppelius (Jac.) celebris quondam Mathe-
maticus Memmingenſis 413. ejus Lexi-
con Geographicum. 413. ſq.

Sto-

Stratoni Lampſaceno à quibus atheiſmus fuerit imputatus. 312. ſq. ob quas cauſas id factum. 314. ſqq. contra atheiſmi crimen defenditur. 317. ſqq. quo ſenſu providentiam divinam negaverit. 317. videtur tantum perpetuum Dei influxum negaſſe. 318. & neceſſitatem rerum hypotheticam non abſolutam ſtatuiſſe. 320. de vera tandem animi ejus ſententia judicium ſuſpendendum. 322. ſq.
Studioſi Academiam petentes doctori cuidam Academico commendandi. 416
Stunica (Jac. Lopes) præceptor Widmanſtadii in Linguis Orientalibus. 232
Stupani (Jo. Nic.) Oratio Panegyrica de C. S. Curionis vita atque obitu. 325
Suevia eruditis in omni literarum genere clara 198. ſq. in ea primum Grammaticæ Hebrææ compendium à Chriſtianis profectum typis excuditur. 206
Suevicorum Imperatorum in literas merita. 200. ſqq.
Suevorum in literaturam orientalem merita. 197. ſqq. primi inter Germanos fuêre in reſtaurando linguarum ſtudio. 206. imprimis in excolenda lingua Hebræa. 207. ſqq. Syriaca. 223. ſq. Arabica 238. ſqq. Turcica. 255. Æthiopica 256

Sulcerus (Simon) Eccleſiæ Baſileenſis quondam antiſtes. 5

Sulcerus (Albertus) 35

Swammerdami Apoſtaſia. 5

Syriaca N. T. verſio Jo. Alb. Widmanſtadii. 234. Syriaca Grammatica Widmanſtadii in Germania prima. 25

T.

TEmpori initium tribuit Plato 123. ſeqq.

Timæus Locrus. 108. ſeq.

Turcicæ linguæ ſtudium inter Suevos 255. ſeq. Turcicarum rerum hiſtoria Podeſtz. 60

Turrianus Cremonenſis, Mathematicus in ſignis. 425

V.

VAletta, Cardinalis, in bello tricennali variis Gallorum expeditionibus intereſt, 511. 513. 515. 520. 52

Verburgii (Philippi) Hiſtoria Germanicorum Cæſarum. 535

Vicofortius (Abrahamus) hiſtoriam Imperii Germanici molitur. 535

Virgilius num ſit Spinoſiſmi ſuſpectus 128. ſeqq. Epicureus fuiſſe videtur 129. ſeq.

de

de Deo locutus fuiſſe videtur ex mente non ſua, ſed Stoicorum 131. nam ex mente Platonis locutus ſit de Deo 133. duriora Virgilii de Deo verba tanquam poëtæ ſanum quoque admittere poſſunt ſenſum. 135
Vocatio illegitima ad ſacrum munus multorum in Eccleſia malorum cauſa. 554
Vondelii (Juſti) in religione inconſtantia. 575
Voſſius (Gerh. Jo.) ob funeſtum filiæ obitum infelix literatus. 571
Vſſerii (Henrici) infelix conjugium. 573

W.

WAchterus (Jo. Georg.) laudatus. 611. ſeq.
Wedelius (Georg. Wolfg.) laudatus. 10. ſeq.
Weiganmejerus (Georg.) primus Lexicon Æthiopicum concinnavit. 256
Weisbruckeria (Anna) Vrbani Rhegii conjux, Hebræi & Chaldæi ſermonis apprime perita. 210. ſeq.
Welſchius (Georg Hieron.) laudatus 7. 30. 249. ſeq. ejus vitæ hiſtoria & ſcripta quædam anecdota a Luca Schrœckio edita

edita 30. ſeq. fuit linguæ Arabicæ ... lentiſſimus, 249. 251. ejus ſcripta ... bica & merita in hanc linguam 251 ... opus affectum Turcicum de hiſtoria ... raria Turcarum. 255.
Widmanſtadius (Jo. Albertus) 223. ... fuit Hungarus, ſed Suevus, 224. ... ſpeciatim Nællingâ Vlmenſis 231. ... ejus apud Ferdinandum I. Imp. ... & dignitates 228. ſeq. ubi & quibus ... præceptoribus linguas Orientales, ... ſpeciatim Syriacam & Arabicam didice- rit 231. ſqq. 238. qua occaſione ad edendum Novum Teſtamentum Syria- cum fuerit inductus 229. ipſa N. T. Sy- riaci editio ab eo procurata 234. ſeq. quale præmium hunc ob laborem a Ferdinando I. Imp. ſibi expetierit 235. ſeq. primus Germanorum Grammaticam Syriacam edidit 237. ejus ſtudium in promovenda inter Germanos linguæ Arabicæ cultura 240. 242. ejus Biblio- theca quorſum pervenerit 237. ejus ad- verſarii & ſtructæ vitæ ejus inſidiæ 241. ſeq. num idem ſit cum Lucretio Wid- manſtadio 244. 470. Angeli Scaleli Oratio invectiva in eum 468. ſeqq.

Z.

anchii (Hieronymi) conjux Violanthis C. S. Curionis filia. 362
emanni (Georg.) liber in carcere criptus. 578
cher (Sebaſt.) ſibi dictionarium Arabicum concinnavit. 241
elſerus (Jo.) notatus. 24